

M A R T I A N I

MINEI FELICIS

C A P I T U L A E,

AFRI CARTHAGINIENSIS,

LIBRI NOVEN.

PARS POSTERIOR.

M A R T I A N I
MINEI FELICIS
C A P E L L A E,
AFRI CARTHAGINIENSIS,
DE
NUPTIIS PHILOLOGIAE ET MERCURII
ET DE SEPTEM
ARTIBUS LIBERALIBUS
LIBRI NOVEM.

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM

CUM NOTIS

BON. VULCANII, HUG. GROTH, CASP. BARTHII, CL. SALMASII, H. J. ARNTZENII,
CORN. VONCKII, P. BONDAMI, L. WALTHARDI, JO. AD. GOEZII, HENR. SUSII,
MARC. MEIBOMII ALIORUMQUE

PARTIM INTEGRIS PARTIM SELECTIS

ET COMMENTARIO PERPETUO

EDIDIT

ULRICUS FRIDERICUS KOPP,

HASSUS CASSELANUS.

FRANCOFURTI AD MOENUM MDCCCXXXVI
PROSTAT APUD FRANCISCUM VARRETRAPP.

M A R T I A N I
MINEI FELICIS
C A P E L L A E,
AFRI CARTHAGINIENSIS,
DE
G E O M E T R I A
LIBER VI

Virgo armata, decens, rerum sapientia, Pallas,

567

Virgo] Παρθένος. Sic peculiariter dicta Minerva (Pausan. 1, 28, 7. 5, 11, 4. 10, 34, 4. Diodor. 1, 12; p. 39 Bip. Arnob. 7, p. 227. Silius 9, 479), quippe aeternam professa virginitatem (Lycophr. 354. 355) et γάμων ἀδίδακτος (Nonn. 2, p. 52); unde et *inmuba* (Lucan. 9, 665. Valer. Flacc. 1, 87. Auson. epigr. 106, 3 et nostro infra §. 725), *innupta* (Virg. Aen. 2, 31. Claudian. in cons. Prob. 84. Macrobian. Saturn. 6, 9), et ἀλέκτωρ (Athen. 3, 20; p. 98 Casaub.).

armata] Ut omnino sollemne erat antiquis, quam plurimis deos cognominibus iavocare (Spanheim ad Callim. hymn. in Dian. 7), sic et noster Minervae epitheta ex omni erudita antiquitate conquisita cumulavit. *Armata* autem hic appellatur, ut ab aliis ὀπλοχαρῆς (Orph. hymn. 51, 6), εὐδωρήξ (Nonn. Dion. 34, p. 861 Falk.), κόρη vel παρθένος ἐνοπλος (Luc. dial. deor. 8, p. 27; Philopat. 6; p. 244

Bip.), ζωστηρία (Paus. 9, 17, 2. Hesych. p. 1394), *armifera* (Pede Albinov. eleg. 1, 22. Ovid. trist. 4, 10, 13; amor. 2, 6, 35; fast. 3, 681. 6, 421), *armipotens* (Virgil. Aen. 2, 425 et 11, 483. Claud. rapt. Proserp. 2, 142. Gall. 3, 90), *armisona* (Val. Flacc. 1, 74. Virg. Aen. 3, 544). Pingi etiam eam Cornificius testatur (ap. Fest. p. 241 Dac.) *minitantem armis*; multiplicique modo armatam finxit Seneca (Agam. 522). Inprimis autem conferatur Procli hymnus (Bibl. d. alt. Lit. n. Kunst St. I, p. 47):

Ἄρσενόθυμε, φέραβπι, μεγάθυγε, ὄβρι-
μοπάτρη,

Παλλὰς, τριτογένεια, δορυόβος, χρυσειο-
πήληξ κ. τ. λ.

ejus omnis color proxime ad nostrum accedit.

sapientia] Apollinaris Sidonius (carm. 6, 19):

•Protulit ut mox te patrius sapientia vertex.

Aetherius fomes, mens et sollertia fati,
 Ingenium mundi, prudentia sacra tonantis,
 Ardor doctificus, nostraeque industria sortis
 Quae facis arbitrium sapientis praevia curae,
 Ac rationis apex divumque hominumque sacer νοῦς,
 Ultra terga means rapidi ac splendentis Olympi,
 Celsior una Jove, flammantis circulus aethrae,
 Ἐπτάς in numeris, prior igni, tertia Luna,

aetherius fomes] Ignem vivificum, calorem omnia vegetantem, aethereum vitalemque spiritum in calore omnia vivificantem et foventem notat. Sic de Jove ipso multis initio Arati sui Avienus. Capella alibi de Sole:

Ignoti vis celsa patris vel prima propago

Fomes sensificus, mentis fons, lucis origo.

BARTH. (ad Stat. II, p. 400). — Sic ab Artemidoro (oneirocrit. 2, 35; p. 123 Rig.) conjungitur πῦρ τὸ αἰθέριον καὶ Ἀθηνᾶ, Cornutoque auctore (20; p. 185 Gal.) a veteribus Minerva αἰθερόνευα appellata est. Plura vide supra (ad §. 59).

praevia curae] Sensus hic esse videtur, Minervam, quippe Jovis prudentiam ardoremque eum, unde sapientia illius atque doctrina proficiscatur, consilia ejus, quibus mundus gubernatur, quasi praecedere; quare etiam industriam dicit noster, quae nostrae sortis arbitrium faciat, id est unde fortunae nostrae regimen pendeat; ipsa enim Minerva πρόνοια sive providentia divina appellabatur, ut immensa eruditionis mole demonstravit Lennepius (ad Phalar. epist. p. 142 — 150).

νοῦς] Conditricem et conservatricem rerum animam universi designat. BARTH. (ad Stat. II, p. 401). — Non ex Platonis hoc sed ex Aristotelis stoicorumque doctrina explicandum, quorum consensum et Cicero (N. D. 2, 16) confirmat. Et ille

quidem mentem conjungit cum quinta essentia sive aethere, unde moveri mundum ait numinisque divini eum sedem facit (de coelo 1, 3; de gener. animal. 2, 3); hi vero ipsam animam mundi appellant ignem artificialem sive spiritum igneum (Cic. Academ. 1, 11. Plat. plac. philosoph. 1, 6. Diog. Laert. 7, 156. Stob. ecl. phys. I, p. 58), quem et alio nomine aethera dicebant (Diog. 7, 137), cuique summam rationem atque prudentiam tribuebant (Cic. N. D. 2, 22 sequ.).

celsior una Jove] Id enarrat etiam Macrobius lib. III, cap. 4, ubi de Penatibus disceptatur: esse autem medium aethera Jovem, Junonem vero inum aërem cum terra, et Minervam summum aetheris cacumen. ceter. BARTH. (ad Stat. II, p. 401). — Adde Celsum (apud Originem l. 8, p. 422), Augustinum (de civ. dei 4, 10), et quae docte Creuzerus disputat (Symbol. II, p. 800 sequ.).

ἑπτάς] Supra docuimus cur ἑπτάς sacra sit Palladi. Quod sequitur «prior igni» est prior Vulcano, cui octonarius sacer, qui subsequitur heptada. GROT. — Macrobius (s. Sc. 1, 6; p. 30 Zeun.), «Huic autem numero septenario adeo opinio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur» ceter. Plura vide supra (§. 40) et infra (§. 738).

tertia Luna] Luna tertio a coitu die apparere incipit, et tunc Minerva dicitur; unde non desunt,

Quam docto assimilant habitu, qui agalmata firmant:

Hinc nam tergeminae rutilant de vertice cristae,

Quod dux sanguinea praesulque corusca duello,

368

qui *τριτωνίαν Παλλάδα* dictam arbitrantur. Hoc innuit Arnobius quum ait, ex Granio Aristotelem docuisse argumentis verisimilibus Minervam eandem cum Luna esse. GROT. — Posteriora tantum verba apud Arnobium (3, p. 118) leguntur, cui adde Eusebium (praep. evang. 3, 4, 11; p. 115) et Augustinum (de civ. dei 7, 16); de *tertia* nihil, neque *Τριτόνιας* nomen huc referam, licet hoc ipso Minervam quasi Lunam appellari multi veterum crediderint (conf. Harpocrat. p. 287. Etymol. magn. p. 767. Tzetz. ad Lycophr. 549); sed vide ne ideo potius *tertia Luna* appelletur, quia aliae quoque deae, ut Diana et Isis, pro Luna habebantur, fere ut Cicero in libris de natura deorum compluria ejusdem nominis nomina numeris inter se distinguit.

firmant] *Lege formant*. Sic et in Arnobio (ni fallor): «vel ex materiae quo genere constitutionem ipsam confirmaverit corporum» legendum *conformaverit*, quod tamen non dissimulabo et Meursium meum, canescentis ingenii pubedam, vidisse. GROT. — Recte doctissimus Grotius *agalmata formant*. *Doctus habitus* hieroglyphicus est, aenigmatodes. Ratio poetices Capelliana, a qua isthic membranae nobis collatae non absentiuunt. BARTH. (ad Stat. II, p. 401). — Cangius in glossario hunc nostrum locum ita laudat, ut *fungunt* legat, quare quum lectio incerta sit, malui nihil quam prave emendare. Ceterum aliam Minervii habitus explicationem itidem symbolicam exhibet Fulgentius (mythol. 2, 2; p. 667 Stav.).

tergeminae] *Tergeminae cristae* in Palladis picturis observandae sunt; indicant enim eam fulminis etiam, quod *triangulum ignem* hic vocat Capella,

potestatem habere, quod traditum Servio ad Aen. 1. Mendosus in his rebus est *Albricus* scriptor ante haec quatuor secula notus, ut alibi ostendimus: «Minerva», inquit, «pingebatur a poetis in similitudinem unius dominae armatae lorica et gladio accinctae, cujus caput viri decinctum circum erat, ipsamque cassis cum crista desuper detegebat. Ipsa autem lanceam tenebat in dextra, in sinistra vero scutum crystallinum habebat, quod caput Gorgonis a cervice serpentibus monstrosae continebat. Haec igitur oculos habebat splendidos triplici colore. Pallium induebat distinctum aureo, purpureo, et coelesti. Juxta se habebat olivam viridem pictam, desuper avem, quae dicitur noctua, volitantem.» BARTH. (ad Stat. II, p. 402). — *Tergeminae cristae* et alibi occurrunt, ut in Turni galea apud Virgilium (Aen. 7, 785):

«Cui triplici crinita juba galea alta chimaeram
Sustinet» — —

Minervae nec Silius (9, 445) nec Claudianus (de rapt. Pros. 2, 21 et 145) eas tribuunt.

duello] Hinc appellatur *πολεμοκλόνος* (batrachom. 267), *πολεμητόκος* (Orph. hymn. 31, 10), *ἀρεία* (Paus. 1, 28, 5), *στρατεία* (Lucian. dial. meretr. 9; T. VIII, p. 234 Bip.) *ἀλκμάχη* (Suidas p. 117), *bellica* (Ovid. fast. 3, 814; met. 4, 753. 5, 46), *belligera* (Martial. 7, 1* 1. Senec. Herc. fur. 501), *bellatrix* (Ovid. trist. 1, 5, 76; met. 8, 264. Silius 3, 323); *aspera belli* (Claudian. rapt. Pros. 2, 20), *belli metuenda virago* (Ovid. met. 2, 765), *belli potens* (Stat. Theb. 2, 715), *belli praeses* (Virg. Aen. 11, 485. Auson. epigr. 1), et *regina bellorum* (Stat. silv. 4, 5, 25); *pugnax*

- 569 Vel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis;
 Hinc tibi dant clypeum, sapientia quod regat orbem,
 Vel rationis opem quod spumea proelia poscant,
 Hasta etiam vibrans penetrabile monstrat acumen,
 Lymphaseum magis est et scutum circuitus ambit;
 570 Hinc jam vernicomae frudent tibi munera olivae,
 Artes cura vigil per te quod discat olivo;
 571 Glaucam dant volucrem, quod lumine concolor igni est,

quoque (Ovid. trist. 3, 9, 7) et *tubarum potens* (Claudian. rapt. Pros. 2, 141).

triangulus ignis] Igni etiam pyramidalem formam assignant philosophi. GROT. — Vide Platonem in Timaeo (p. 56 Steph.). Ipsum triangulum Pythagoreos Minervae nomine appellasse tradit Platarchus (de Isid. p. 381).

spumea proelia] Rabiosa. Rabiem enim saepe spuma sequitur: et talia sunt Capellae epitheta! BARTH. (ad Stat. Theb. II, p. 403). — Certe non reprehendisset in Martiano hoc epitheton vir doctus, si recordatus fuisset illius apud Lucanum (5, 190) versus:

»Spumea tunc rabies vesana per ora effluit.»

hasta] Vibrare hastam fingebatur Minerva, parata nimirum pugnae semper. Unde eam describens lib. II de raptu Pros. Claudianus »hastam terribili gyro nubes transcendere« dicit. BARTH. (ad Stat. II, p. 403).

penetrabile] Reichenauensis codex *penetrabile*, absurde; *penetrabilis* etiam active usurpari Oudendorpius (ad Appul. II, p. 321) satis demonstravit. Ceterum similis est Fulgentii explicatio: »longam etiam hastam fert, quod sapientia longe verbo percutiat.«

lymphaseum] Hoc est *crystallinum*, ut liquet ex Albrico, qui omnino eadem Minervae tribuit, quae

Capella; itemque ex scholiaste Germanici in fabula Perseos. GROT. — Verba *lymphaseum* et *magis* corruptionis non absolvo, licet *crystallinum* recte non negem explicatum a summo viro Hugone Grotio. Manuscripta duo exemplaria, quae consulimus, nullam literam mutant. Dicam latere aliquid de ingenio Palladii scuti, quod vitreum ideo fingebatur, ut transspici posset, non se hostibus contra ostendere. Commentarius Germanici Caesaris in Aratum: »Quidam Perseum a Minerva missum dicunt et ab ea clypeum vitreum accepisse, per quem videre, nec videri a Gorgonibus posset.« BARTH. (ad Stat. II, p. 403).

hinc jam] Scitius in MSS. »*hinc* tuae vernicomae.« Minerva enim inventrix oleae vel Marone contestante. *Vernicomae*, quod semper vernare videatur. In altero meliore libro deinde legitur »tunc hujus ignis scilicet.« BARTH. (ad Stat. II, p. 404). — Pro *jam* et Grotius in margine aliam lectionem notavit *nam*; sed mutandi causam non video.

olivo] Id est *lucernis*, quibuscum semper artium studia Martianus conjungit. Vide supra (ad §. 2).

glaucam] Id est *noctnam*, *γλαῦκα*, quam tamen Latino sermone ad primam declinationem retulit, ut supra (§. 31) *bupedam* dixit pro *βοῦπαιδα*. Mox pro *igni es*, quod in editis erat, scripsi *est* e margine libri Norimbergensis. Optime

Tuque ignis flos es, cluis et γλαυκῶπις Ἀθήνη,

An mage noctividae tibi traditur alitis usus,

Quod vigil insomnes ducat sollertia curas?

Pectore saxificam dicunt horrere Medusam,

Quod pavidum stupidet sapiens sollertia vulgum.

572

omnia intelliges, si memineris γλαυκῶς apud Graecos non tam caesium vel adeo caeruleum significare, quod vulgo putant, quam potius splendidum, lucidum, ut erudite demonstravit Lucas (de Minervae cognomento γλαυκῶπις, Bonn. 1831. 4). Ceterum jam Diodorus Siculus (1, 12) physicae cognominis γλαυκῶπις rationem affert: λέγεται δ' αὐτὴν καὶ γλαυκῶπι, οὐχ ὡς τις τῶν Ἑλλήνων ὑπέλαβον, ἀπὸ τοῦ τοῦς ὀφθαλμοῦς ἔχειν γλαυκῶς (ταῦτο μὲν γὰρ εὐθὺς ὑπάρχειν), ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα ἔχειν τὴν πρόσθετον ἑγγλαυκον: quem sequitur et Porphyrius (ap. Euseb. praep. evang. 3, 2, 3; p. 89).

[Flos] Flos enim ignis divinum aliquid putabatur, hoc est purissimus ignis; eum alii Minervam dicebant. Γλαυκῶπις Ἀθήνη, παντέχνου πηρὸς, unde omnium artium fons. BARTH. (advers. p. 334). — Vide supra (§. 206), ubi Philologia, postquam in coelum advenerat, florem ignis toto pectore deprecatur.

[an mage] In eodem libro est nam age; scribendum puto:

«Unde age noctivagae tibi traditur alitis usus?» BARTH. (ad Stat. II, p. 404). — Vulgata optime sese habet. An quam maxime accommodatum est interrogationi, quae alteram respondendi viam aperit; noctivadam autem vel ideo melius appellabimus noctuam, quia ad nocturna studia et lucubrationes refertur, in quibus non tam vagari quam videre homines oporteat.

[saxificam] Seneca (Herc. fur. 901):

«Pallas cujus in laeva ciet

Aegis feroces ore saxifico minas.»

Multo tamen rectius noster pectori potius quam laevae aegida tribuit, consensam poetarum secutus. Virgilius (Aen. 8, 437):

«Connexosque angues ipsamque in pectore divae Gorgonae — —

Lucanus (9, 58):

— — «bellumque immane decorum

Palladē e medio confecit pectore Gorgo.»

Adde Propertium (2, 2, 60), Valerium Flaccum (3, 88), Statium (Theb. 8, 319), Silium (9, 443), Sidonium (carm. 15, 8; p. 374 Sirm.), aliosque quam plurimos. Solus Claudianus (IV cons. Honor. 165) clipeum cum aegide confudisse videtur; sed Pausanias quoque (1, 24, 7) Medusae caput eburneum Minervae signo κατὰ τὸ στέρνον additum fuisse ait. Controversiam notat et Wowerus (polymath. 10, p. 72).

[stupidet] Minime hic verbo stupidare significatur «frequenter stupere», ut Vossius (de vitiiis serm. 4, 26) e glossariis refert: sed potius «stupidum reddere», id quod inferior etiam locus (§. 725) confirmat. Simili ratione verbo turbidare pro «turbidum reddere» monente Stephano (ad Sax. p. 54) usus est Saxo Grammaticus.

[sapiens] In membranis clare scribitur sapientis, quod ego de glossemate introductum puto, et scripsisse Martianum

«Quod pavidum stupidet sapidi sollertia vulgus.»

573

Arcibus urbanis veteres tibi templa dicarunt,
 Quod ratio amplifcet quodque illa elatior urbe est.
 Hinc de patre ferunt sine matris foedere natam,
 Provida consilium quod nescit curia matrum,
 Consultisque virum praesis, hinc dieta virago.

574

O sacra doctarum prudentia fontigenarum,

BARTH. (ad Stat. II, p. 404).— Notissima enallage emendationem non suscipit.

vulgum] Ita, non *vulgus*, codices Monacenses (A. C) et Reichenauensis, plurimisque ab Gudenberpio (ad Appul. I, p. 118) inspecti.

arcibus] *Ἀκροπόλεις* enim Minervae sacrae. Virgilius:

— *Pallas quas condidit arces*

Ipsa colat.

Hinc nata *ἄκριας* et *ἐπιπρογυδίας* cognomina.

Eleganter facit cum Martiano Homerus, qui canit:

• *Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρη.*

Et Catullus de eadem diva:

— *retinens in summis urbibus arces.*

GROTIUS.— Ab Homero jam (II. 6. 305) *ἐρυδίπτολις* appellata; ab Herodoto (I, 160), Aristophane (nub. 585 sequ. 598), et Pausania (3, 17, 3) *πολιοῦχος*. Adde Virgilium (Aen. 2, 615), Petronium (c. 5, p. 22 Burm.), Claudianum (rapt. Pros. 2, 19), ipsosque historiarum scriptores (Liv. 31, 30. 57, 37. 45, 28. Valer. Maxim. 5, 3 f.) et Vitruvium (I, 7), imprimis autem Aristidis orationem in Minervam (T. I, p. 21 Cant.). Exstat praeterea singularis commentatio A. F. Oeselei praeside L. W. Balhorn de Minerva urbis praeside. Lovan. 1754. 8. Ceterum pro *dicarunt* in aliis teste Grotio est *sacrarunt*.

urbe est] Lege *urbe*, vel secundum alia exemplaria:

• *Quodque illa elatior urbe est.*

Et Plurnutus de Pallade: *ἰδρῶται δὲ ἐν ταῖς ἀκροπολέεσι μάλιστα*, et rationem addit: *ἀπὸ τοῦ μετέωροτάτους καθιδιτῶν*. GROTIUS.— Stupidissime in membranis scriptum «quodque villa elatior urbe est.» Quae prodigiosa lectione quid faciam non video. In aliis fuit *illa elatior*. Sed aliae nostrae vulgatam scripturam tuentur. Scribe:

• *Quod ratio amplifcet, qua villa est altior, urbem.*

Qua villa major est urbs, rationi debet. Sine rationis usu primi homines habitabant villas, stabula cum pecudibus nempe communia. At ratio urbanam humanamque vitam instituit. BARTH. (ad Stat. II, p. 404).— Absurdam Barthii explicationem vel retulisse taedet. Sed nec vulgata placuit, quae haec erat: «quodque est elatior urbes»; quare Grotii codices secutus sum.

consilium] Hoc est, quod feminae excluduntur e curia, ubi agitantur consilia. VULCAN.— *Consilium* lege e MSS. cunctis et construe: «quod provida curia nescit consilium matrum.» OUDEND. (ad Appul. metam. p. 372).— Grotius nimirum ediderat *consilii*; alii *consilia*, sed nostram lectionem jam Barthius in MS. reperit confirmantque et mei codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Monacensis uterque (A. C).

o sacra] Versus est Rhopalicus, a monosyllaba crescentibus semper vocibus in plurisyllabas. BARTH. (ad Stat. II, p. 405).

Sola novem complens, Musis mens omnibus una,
Te precor, ad proprium dignata illabere munus,
Inspirans nobis Graeas Latialiter artes.

Ago tibi habeoque, diva, persolvendusque perpetes debebo grates, quae optatis 575
fulgida dignaris annuere. Nosco venerorque, quod vidi. Parent denique jam
ingressurae artes obsequio electissimae feminarum, quae decentem quandam
atque hyalini pulveris respersione coloratam velut mensulam gestitantes ad
medium superi senatus locum fiducia promptiore procedunt. Sed quae istae
sunt, quidve gestitent, gerendorum inscius non adverto. Hic, ut lepidula 576

fontigenarum] Ab aliis poetis hanc vocem de
Musis usurpari nondum vidi, qua noster et infra
(§. 208) iterum utitur; ratio tamen in aperto est,
quum, ut Servii (ad ecl. 7, 21) verbis utar, secun-
dum Varronem ipsae sint *nymphae* quae et
Musae; nam et in aqua consistere dicuntur, quae
de fontibus manat, sicut existimaverunt qui Cymo-
nis fontem consecrarunt. Plura dabit Creuzerus
(Symbol. III, p. 273 sequ.), quidquid obloquatur
Buttmannus (Mythol. I, p. 273 sequ.).

sola novem] Sensus hic: O sacra scil. Minerva,
unde prudentiam suam doctae fontigenae (Musae)
ipsae acceperunt, tu sola, quae una illis mens om-
nibus es, complens omnes illas. Ne autem cum
Barthio (p. 405) *Musas* pro *Musis* scribendum ali-
quis putet, interpungendo prospexi.

te precor] Sic scripsi e membranis a Barthio
laudatis pro *deprecor*, quod in editis erat. Marti-
nus precatur Minervam, ut in animam suam illabi
dignetur ad munus ipsi proprium procurandum, se-
que inspiret, ut artes Graecas Latino sermone ex-
plicare possit. Ceterum colorem, ni fallor, traxit
e Virgilio (Aen. 3, 89):

Da pater augurium atque animis illabere no-
stris.

debebo] Sic scripsi e codicibus Monacensibus
(A. C) pro *debeo*, quoniam ei quod est *perpetes*,
id est *perpetuas*, futurum magis convenire videbatur.

fulgida] Nota hic usu venire, quod et saepe
alias, ut C pro G ponatur. Sic pro *Glaucopis* MS.
Claukopis refert. Grot. — *Sylburgius* (ap. Sciopp.
in gr. philos. p. 255 Herz.): C pro G frequenti-
ter in usu fuit. Sic enim *cenas* dixerunt pro *genas*;
sic *frucem lece* pro *frugem lege*; itidemque *lecere*,
rocato pro *legere*, *rogato*. Quod igitur apud Mar-
tium editum erat *fulcida* haud cunctatus correxi,
minime curans orthographiam a librariis intrusam.

parent] Pro *patent*, quod in editis erat, cor-
rexi codicum auctoritate Reichensauensis, Darmstat-
tensis, et Monacensis (C).

electissimae] Hoc pro Grotiano *lectissimae* re-
stitui ex anterioribus editionibus, codicibus Reiche-
naucensi et Darmstattensi adstipulantibus.

pulveris] Quo geometrae utebantur. Confer
Barthium (ad Claudian. de cons. Mall. 126; p. 128)
nosque supra (ad §. 337). *Hyalinus* autem est
vitreus, ut supra (§. 66. 67).

inscius] MS. *inconscius*. Grot. — Item Darm-
stattensis contra meliorem plurimorum librorum
lectionem.

est et quae totam fabellam ab inchoamentorum mota limineque susceperit, Satira jocabunda: ni fallor, inquit, Felix meus plurimum affatimque olivi, quantumque palaestras perluere vel sponsi ipsius posset, superfluo perdidisti, dispendiaque lini perflagrata cassum devorante Mulcibero, qui tot gymnasiorum ac tantorum heroum matrem Philosophiam non agnoscis, saltem quum per eam Jupiter dudum coelestis consultum senatus tabulamque vulgaret, quumque ad Philologiae concilianda consortia procum affatum connubialiter allegaret, ne tunc eam noscere potuisti? Sed quia nunc Arcadicum ac Midinum sapis, praesertimque ex quo desudatio curaue districtior tibi forensis rabu-

et quae] Malim atque — suscepit. Susrus (in Gurlitt. anim. part. 4, p. 9).

olivi] Pro olei, ut Martialis (4, 89, 8):

•Dum parvus lychnus modicum consumat olivae Nimirum hic quoque lucubrationem ad lucernam respicit; sed ut simul et notissimum illud proverbium tangat: operam et oleum perdidit.

sponsi] Mercurii, palaestrarum custodis et tutoris, ut sensus sit, tantum eum olei perdidisse, quantum omnibus palaestris satis esset. Olei usus in palaestris notus est.

lini] Ellychnii; ἑρναλλιδος. Graec. — Recte, licet eum vocabali usum apud alios non repererim. Ceterum, ut omnino figuras cumulare amat Martianus, perflagrata dispendia dixit per hypallagen pro dispendiis perflagrati lini, itemque per prolepsin junxit perflagrata devorante, quum devorando demum perflagrarentur.

affatum] Recepti e codice Monacensi (C) pro affatim, quod nihili erat, Darmstattensi quoque in partes veniente, ubi adfatu legitur. Sed pro supino habendum est, ut sensus sit, Philosophiam ad Philologiae nuptias conciliandas allegasse scil. Philologiam, ut procum connubialiter affaretur. Vide supra (§. 131 et de senatus consulto §. 96).

ne tunc] Lege nec tunc vel ne tunc quidem.

Graec. — Quod ne necessarium putes, confer Ruhnkenium (ad Rutil. Lupum p. 129) et Plumium (ad Persium 5, 172; p. 466).

Arcadicum] Hoc est asininum. Asinus enim pecus Arcadicum est. Sic Fulgentius Arcadicos sensus dixit. Graec. — Adde Arcadicum juvenem apud Juvenalem (7, 160).

Midinum] MS. Midinum. Urbis Mideae meminit Homerus:

•Οἱ τε πολυδάφνηλον Ἄρνην ἔχον, οἱ τε Μίδειαν.

Sed Meursio meo videtur Midinum a Mida deductum, cujus stoliditas nota. Ergo Arcadicum ac Midinum sapis idem est quod asini in modum stupes. Nam asinus pecus Arcadicum est, et Midas asini aures habuisse dictus propter stultitiam. Graec. — Unice verum vidisse Meursium, vix est quod moneam; quapropter et Midinum reposui pro Medinum, quod in editis erat. Ceterum constructio est ut apud Persium (1, 8): quum sapimus patruos.

ex quo] Sic codex Darmstattensis; vulgo ex illo quo.

forensis] Forensibus causis agendis Martianum occupatum fuisse non ex hoc solum loco patet, sed ex inferiori etiam (§. 998):

lationis partibus illigata aciem industriae melioris obtudit, amisisse mihi videris et hujus matronae memoriam, et jam ejusdem germanam voluisse nescire. Illa namque parili quam accinctam cernis officio, *Παιδεία* vocitatur, femina 578 admodum locuples et quae illas Croesias Dariasque prae suis opes gazasque despiciat. Haec utpote talentorum conscia in omnium rara congressus, nec cuiquam facile primores saltem vultus superba committens plerumque tamen adhaesit arrisitque pauperibus, magisque illis quos aut pedibus nudos aut intonso crine hispidos aut sordenti conspexit pallio semitectos; denique si Marcum Terentium paucosque Romuleos excipias consulares, nullus prorsus crit, cujus ista limen intrarit. Vides igitur utrique feminae quam insit fa- 579 stuosa censura; tamen utraeque Mercurialis ministrae, quae veniet, officio praeparantur. Illud quippe quod gerulae detulerunt abacus nuncupatur, res

«Indocta rabidum quem videre secula

Jurgis caninos blateratus pendere.»

Quapropter et *rabulationis* reponendum erat pro *fabulationis*, non e Grotiano tantum sed et e Reichenauensi, Darmstattensi et Monacensi (C) codicibus. Praeterea e Reichenauensi pro *alligata* scripsi *illigata*.

germanam voluisse] Haec non satis cohaerent, quam illud «*videris*» ad antecedentia et sequentia simul pertinere nequeat. Scribe «*germanam voluisti.*» Susius (in Gurlitt. anim. part. 4, p. 10). — Difficultatem facile expedivi, et jam disjunctim scribendo pro *etiam*, quod sententiarum nexum turbavit.

Παιδεία] Est liberalis educatio, quam et Lucianus (somn. T. I, p. 9 Bip.) per prosopopoeiam introduxit. Saepissime cum *Philosophia* jungitur, cujus usus exempla attulit Loersius (ad Platonis Menexenum p. 58. 60).

in omnium] *Lege dominii*. Вонск. (spec. crit. p. 83). — Inepta correctio critici sanequam temerarii, qui si opem nostro loco ferre voluisset, multo certe melius conjecisset verba «utpote talen-

torum conscia» alieno loco intrusa adque antecedentem sententiam referenda esse.

magisque illis] Philosophos significat ἀνοδοθησία et scissili, ut Appulejus ait, *pallastro*, τριβωνία nimirum atque omnino inculto corporis habitu et squalore jam inde a Socratis tempore vel insignes vel infames; qua de re vide Wyttenbachium (ad Plutarchi moralia p. 440).

Terentium] Varronem videlicet, cujus multiplex eruditio testimonio non eget.

consulares] Quum pauperum tantum intraverit limina, quod ex prioribus patet, haec quadrare non videntur. *Lege*: «paucos Romuleos (i. e. viros antiquae nobilitatis) excipias, *consularis* nullus.» Susius (in Gurl. anim. part. 4, p. 10). — Non necesse est. Nam antea de Graecis locutus erat; apud Romanos eruditionem penes primores tantum fuisse constat, ut Ciceronem, Caesarem, Messalam; nec *Romuleus* apud nostrum aliud quam *Romanum* significat (§. 355. 592).

illud quippe] Codex Monacensis (A) quoque, male. Mercurialis ministra ipsa Geometria est.

abacus] Plerumque tabulam rationibus subdu-

depingendis designandisque opportuna formis; quippe ibi vel lineares ductus vel circulares flexus vel triangulares arraduntur anfractus. Hic totum potis est ambitum et circos formare mundi, elementorum facies ipsamque profunditatem adumbrare telluris; videbis istic depingi quidquid verbis visum non valeas explicare. Nimirum, inquam, ista quae veniet Apellem Polycletumque transcendit; ita quippe memoratur posse omnia effigiare, ut Labyrinthus
 580 Daedalus eam credendus sit genuisse. Et cum dicto prospicio quandam feminam luculentam, radium dextra, altera sphaeram solidam gestitantem, amictamque laevorsum peplo, in quo siderum magnitudines et meatus, circolorum mensurae connexionesque vel formae, umbra etiam telluris in coelum quoque perveniens vel Lunae orbis ac Solis auratos caliganti murice deco-
 581 lorans inter sidera videbatur; ipsum vero vernantis aethrae colore refulgebat, denique etiam in usum germanae ipsius Astronomiae crebrius commodatum; reliqua vero versis illitum diversitatibus numerorum, gnomonumque stilis, interstitiorum, ponderum, mensurarumque formis, diversitate colorum variata renidebat. Crepidas peragrandae telluris causa easdemque permense orbe
 582 contritas viatrix infatigata gestabat. Quae quidem ingressa senatum deum,

cendis significat, quae ad Arithmetica potius pertineat (vide interpretes ad Persium 1, 131), sed nostro est mensa pulvere strata, cui radii ope figurae geometricae inscriberentur (§. 337. 582. 586. 715. 729).

arraduntur] Sive *adraduntur*; sic Grotianus, Darmstattensis, et Reichenauensis codices pro *adraduntur* quod in editis erat.

radium dextra] Vergilius:

«*Descripsit radio totum qui gentibus orbem.*»

GROT. — (Ecl. 3, 41). Confer quae supra (§. 337) a nobis sunt exposita.

laevorsum] Ad haec Martiani verba doctissimus Cuperus (apoth. Hom. p. 145): «Unde patet quoad formam induendi nihil a virorum chlamyde pepulum discrepasse; quam sinistrum quoque humerum

texisse, in dextro fibula junctam haecisse docuerunt Ferrarius et Rubenius. Pallium contra laevorsum injecisse barbarum et ridiculum habebatur (Aristoph. Aves 1574. Artemidor. Onirocrit. 3, 24).

colore] Monacensis (A) *salore*, quae non contemnenda lectio est (§. 17 not.).

reliqua] *Τὰ λοιπὰ*: adverbialiter ut *ceterum*. GROT.

versis] An non *variis*? GROT. — Equidem intelligo «omni modo *conversis* atque *versatis* diversitatibus.»

interstitiorum] Codices Darmstattensis et Monacenses (A. C) *interstitutionum*, male.

variata] MS. *variegata*. GROT.

contritas] Codices Monacenses (A. C) *attritas*, quod multo minus est.

licet quot stadia e terris in coelum quotque uluas quot denique digitos permensa sit instanter absolvere, tamen Joviali coelestiumque majestate contacta, ad illam abaci renudati mensulam, circumspectans camerae exterioris ornatum et laqueata sideribus palatia, properavit.

Constitit attonito spectans stellantia visu,

Et decuit crinis, pulvereique pedes.

Ipsa etiam laeva sphaera fulgebat honora,

Assimilis mundo sideribusque fuit.

Nam globus et circi zonaeque ac fulgida signa

Nexa recurrebant, arte locata pari.

Tellus, quae rapidum consistens suscipit orbem,

Puncti instar medio haeserat una loco.

583

584

instanter absolvere] Subaudi *possit*. VULC. — Lege: *absolveret*, ut erratum sit ex repetitione: nisi quis putet infinitum hic per *ἐναλλαγὴν* modi pro imperfecto, vel simili, sumi, quod frequens est. GROT. — Mecum scribe: *instaret absolvere*. SUSSES (in Gurl. anim. part. 4. p. 10). — Codices nihil variant, et mutare eo magis nolui, quia infinitivus Graeco more quasi per *ὡστε* additus esse ad *permensa sit* videri potest.

contacta] E Grotiano codice omnino melius quam *contracta* in aliis. Tanto enim coetu conspecto commota erat.

camerae] Sic vetus poeta *coeli ingentes fornices* dixit. Idem enim *fornix, camera, testudo*. GROT. — Eandem significare videtur, quam *σφαιρίαν ἀψίδα* Plato (Phaedr. p. 247) appellavit. Tenendum autem deos apud nostrum in Galaxia residere (§. 208), sphaerarum omnium extrema et in finibus mundi visibilis posita, quare et Susii conjectura *excelsioris* pro *exterioris* languet.

laqueata] Coelum stellatum Manilius quoque (1, 276) cum lacunaribus sive tectis laqueatis comparavit:

*Haec igitur texunt aequali sidera tractu
Ignibus in varias coelum laqueantia formas.*

properavit] Hoc recepi e codicibus Monacensibus (A. C), Reichenauensi, et Darmstattensi, pro *properabat*, quod in editis erat. Accedit et *properabit* in margine apud Grotium notatum; B et V enim promiscue usurpantur.

crinis] Restitui ex anterioribus editionibus pro *crines*, quod Grotius edidit, licet et codex huic Darmstattensis faveat.

nam globus] In MS. verba illa ab *hinc nitidus* usque ad *flamma micat* ante hunc versum inseruntur. GROT. — Pessime quidem; nam hoc modo segregarentur *sphaera* antecedens et *globus*, infraque primum *sic* ab altero, quod ei respondere debet.

puncti instar] Similis est doctrina Cleomedis (in theoria cyclica 1, 11; p. 56 sequ.), *ὅτι ἡ γῆ σφαιρίων λόγον ἐπέχει πρὸς τὸν σφαιρῶν*. Adde Plinium (2, 68): *hae tot portiones terrae, immo vero, ut plures tradidere, mundi punctus*, et Senecam (quaest. natur. 1 praef., p. 681. 682 Lips.).

medio] Hoc jam Platoni placuit (Phaed. p. 108

62*

Hanc tener et vitreis circumvolitabilis auris
 Aër complectens imbrificabat aquis:
 Quae tamen immenso, quo cingitur illa, profundo
 Interrivata marmore tellus erat;
 Texerat exterior qui fulget circulus orbis
 Aetheris astrifico lumina multa peplo.
 Hinc nitidus rutilum Titan succenderat orbem:
 Moxque imitata pitum lactea Luna diem.
 Sic igitur furvae oculos splendescere noctis
 Cerneret ex auro ut sacra flamma micat.

385

f. Steph.) et Aristoteli (de coelo 2, 14) aliisque
 exinde multis (conf. Cleomed. 1, 6; p. 47 sequ.
 Plutarch. plac. philos. 3, 11; p. 893. Euseb. praep.
 evang. 15, 57. Macrob. in somn. Scip. 1, 19. Stob.
 ecl. phys. 1, 52, 41; p. 991 Heer.); unde v. c.
 Lucretius (5, 335):

«Terraque ut in media mundi regione quiescat
 et Ovidius (fast. 1, 110):

«Sederunt medio terra fretumque solo»
 pariterque Manilius (1, 180) de terra:

«Sed medio suspensa manet.»

Reliquorum praeterea testimonia alio in opere (pa-
 laeogr. crit. III. §. 286) collegi: quibus adde no-
 strum infra (§. 599).

interrivata] Id est interstincta Oceano. VULCAN.
 — Infra (§. 627) Hispaniam ait «Iberi fluminis
 tractu interrivatam esse.»

marmore] Marmor enim maris colori assignatur,
 sic infra: «marmoris fluctibus concolora.» Et supra:

«Quantus sit numerus marmoris haustibus.»

Usurpat Petronius et alii. GROT. — Vide supra
 (§. 92 not.).

peplo] Hoc imitatus est Fulgentius (myth. 1.
 p. 617 Stav.) versu:

«Tum nox stellato mundum circumlita peplo.»
 De die oriente Hilasius (Burm. anthol. Lat. 5, 6;
 p. 302):

«Nox abit astrifero velamine cincta micanti»
 atque noster supra (§. 116):

— «Et jam tunc roseo subtexere sidera peplo»
 ut et «astrificas noctis habenas» alio loco (§. 98) dixit.
pium] Pium diem, blandum Solem. VULC. —
 Equidem *pium* appellari Solem arbitror, quia fra-
 terno amore lumen in Lunam transfert.

sic igitur] Ratio versus postulat, ut immutetur
 ordo verborum et legatur: «sic oculos igitur fur-
 vae», et in sequenti pro «cernas auro ut lege «ex
 auro cernas ut»; tametsi frequenter synaloeppham
 negligit. VULC. — Lectionis varietas nulla est nisi
 hic pro *sic* et *cerneres* pro *cernas*, quarum illam
 in marginem rejecit Grotius, hanc recepit; quem
 ego secutus sum, codicibus quoque plurimis ad-
 stipulantibus.

flamma] Hi versus ad Pindarum alludunt, qui ait:
 Ἄριστον μὲν ἔδαρ ὁ δὲ χρυβὸς αἰθέμενον
 πῦρ
 Ἄτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα
 πλούτον.

Sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis
 Lucifero annuerat lumina tota suo.
 Omnia compar habet paribus sub legibus ordo,
 Nec minus haec mira est quam domus alta deum.
 Hanc mundo assimilem stupuit Tripartita tellus
 Archimedeae astrificante manu;
 O felix cura, et mentis prudentia major,
 Corpore sub nostro aequiparasse Jovem.

Tandem igitur reglutinatis ab aethrae intervibrantis admiratione luminibus 586
 decenti collustrans divos conspectansque censura quum omnibus reverenda
 venerabili dignitate et magistra ceterarum, quae notae divis sunt artibus, di-
 ceretur, exquisitum est eruditionis arcanum ut ab ipsis praeceptionis cunabulis
 auspicata depromeret. Tum illa, remoto paululum obstaculo contorti crinis a
 facie, orisque luculenta majestate resplendens, atque abaci sui superfusum

Vides enim ibi noctem et aurum et flammam. GROT.

— Confer et Horatium (Od. 1, 12, 46):

— — micat inter omnes

Julium sidus velut inter ignes

Luna minores.

Micare pari modo et Seneca (Oedip. 45):

: *Nullum serenis noctibus sidus micat*

idemque (Herc. fur. 125):

Jam rara micant sidera —

et noster infra (§. 911):

Te nam flammigeri semina fomitis

Spargentem referunt astra micantia.

Adde Virgilium (Aen. 2, 475) et notam superio-
 rem* (ad §. 350).

hanc mundo] Describit hoc carmine sphaeram
 Archimedeam, de qua sic Claudianus:

— — *regnumque deorum*

Ecce Syracosius transtulit arte senex
 et postea:

Percurrit proprium mentitus signifer orbem,

Et simulata novo Cynthia mense redit.

Videtur meminisse Ovidius:

Arte Syracosia suspensus in aëre clauso

Stat globus, immensi parva figura poli.

GROT. — De sphaera Archimedis veterum locos col-
 legit Fabricius (ad Sext. Emp. 9, 2, 114; p. 577.
 578), quem vide. Ceterum e codicibus Monacensi-
 bus (A. C) et Darmstattensi scripsi *Archimedeae*;
 Grotius *Archimedaea*.

reglutinatis] Eodem sensu, quo Catullus (25, 9):

*Quae nunc tuis ab unguibus reglutina et re-
 mitte.*

Nonnunquam enim *rursus glutinare*, contrarium
 igitur, significat.

contorti] Grotius *contracti*. Ego vero lectio-
 nem, quam ad marginem relegavit, recepi, adsti-
 pulantibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi
 codice.

587 pulverem movens, sic exorsa: Licet Archimedes meum inter philosophos
 conspicata Euclidemque doctissimum in adstruendae praeceptionis excursus
 potuerim subrogare, ne impolitum quidquam subsisteret assertorum aut pro-
 funditas caligaret; tamen congruentius ipsa vobiscum, quia Cyllenium excludit
 ornamentum, illi etiam Helladica tantummodo facultate, nihil effantes Latialiter,
 atticissant, quae etiam ipsos edocui, quod nunquam fere accidit, Romuleis
 588 ut potero vocibus intimabo. Ac prius vocabuli mei promenda ratio est, ne in-
 decenter et squalentior peragratrix coclicolarum auratam curiam et interstinctum
 cylindris gemmantibus pavementum rurali respersura pulvere credar intrasse.
 Geometria dicor, quod permeatam crebro admensamque tellurem, ejusque
 figuram, magnitudinem, locum, partes, et stadia possim cum suis rationibus
 explicare, neque ulla sit in totius terrae diversitate partitio, quam non memoris
 589 cursu descriptionis absolvam. Quo dicto, quoniam fuerant in deorum senatu
 quamplures, qui neque toti in terris essent, neque ipsi unquam dicerent se
 calcasse tellurem, ipse etiam Jupiter curiosius totius terrae latebras vellet ex-
 quirere, credo necubi decentes puellas isto quoque seculo is versiformis etiam

Cyllenium] Mercuriale ornamentum hic est ars oratoria, quam a geometria declaranda alienam esse significat. Ceterum scripsi *ornamentum* e codice Monacensi (A); vulgo *ornamen*.

tellurem] Apparet igitur non eam modo *geometriam* nostro dici, quam nos hoc vocabulo significantes mathematicis disciplinis annumeramus, sed ex originationis ratione etiam *geographiam* universam, pariter ut in illa Protagorae γεωμετρία τῆς οἰκουμένης, quam Photius (biblioth. cod. 188) se legisse testatur. Mox a codice Reichenauensi abest *cum ante suis*, male.

toti] Aliter fuit in MS. Sane vocabulum *toti* hic ἀπροδιόνυσον. GROTIUS. — Variatam nullam adverti lectionem, nisi quod in codicibus Reichenauensi et Darmstattensi et in libris ante Grotium editis vox in ommissa sit. Sed nihil muto. Deos

enim, qui toti in terris sunt, terrestres designat (confer §. 167. 426. 729. 810) opponitque iis, qui tellurem se nunquam calcasse dicerent.

versiformis] Simili cognomine Plantus (Amphitr. prol. 123) *versipellem* Jovem appellat. Confer et Catullum (68, 140):

»Noscens omnivoli plurima facta Jovis.«

Inserui autem etiam e codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensibus (A. C), quod ne abundare post *quoque* censeas, tenendum est, eleganter usurpari pro eo quod vulgo male *adhuc* dicitur. Imperitius vero paulo ante *necubi* dixit pro *eccubi*; licet enim *ne* quoque in interrogationibus locum habeat (Plant. Aulul. prolog. 39; Captiv. 1, 2, 24), tamen ibi tantum usurpatur, ubi fieri nolimus quod investigamus, quod hoc loco prorsus contra est.

cupitor audiret; hoc igitur promere Geometria, primum jubetur, ac demum
 cetera adstruendae praecepta artis aperire. Tum illa: Formam totius terrae non 590
 planam, ut aestimant, positioni qui eam disci diffusioris assimilant, neque
 concavam, ut alii, qui descendere imbrem dixere telluris in gremium, sed
 rotundam, globosam etiam, sicut secundus Dicaearchus asseverat. Namque 591
 ortus obitusque siderum non diversus pro terrae elatione vel inclinationibus
 haberetur, si per plana diffusis mundanae constitutionis operibus uno eodem-
 que tempore supra terras et aequora nituissent, aut item si emersi Solis ex-
 ortus concavis subductionis terrae latebris abderetur. Sed quoniam posterior 592
 assertio magis despicibilis opinionis cassae vilitate tenuatur, illam priorem,
 cui etiam physicus Anaxagoras accessit, praestat exigere, quamvis non nullas
 credatur adstruere rationes; quippe dicit planam terram ortu occasive Solis
 aut Lunae perspicue comprobari, qui mox ut primi luminis fulgor emergerit

positioni] Codex Monacensis *positionem*, quod tamen recte constituta interpunctione non necessarium est. De ipsa quaestione, quam hic tangit Martianus, eruditissime disputat Ukertus (Geographie der Griechen und Römer P. I, T. 2, p. 14 sequ.), quem vide.

gremium] Ita Lucretius (1, 251):

• *Postremo percunt imbres, ubi eos pater Aether
 In gremium matris Terrae praecipitavit;*

et Virgilius (georg. 2, 325):

• *Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
 Conjugis in gremium laetae descendit.* —

Sed Graccos potius nunc Martianus significat poetas, inque primis ut videtur Euripidem, qui talia multa e philosophorum placitis arripuerat. Vide omnino summum Valkenarium (in diatribe in Eurip. fragm. p. 46 sequ.).

Dicaearchus] Messenius e Sicilia, Aristotelis discipulus, quem geographiae operam dedisse e Suida aliisque vulgo notum est. Secundum tamen cur noster appellet, vix apparet, nisi hoc sibi vult,

post alium, Aristotelem fortasse, haec ab illo asseverata esse.

concavis] Fallor an Democritum ianuit, qui Plutarcho teste (de plac. philos. 3, 10) terram docuit esse *διδοκειδῆ μὲν τῷ πλατεί, κοίλην δὲ τὸ μέσον?*

cassae] Sic scripsi pro *cassa* e codice Darmstattensi, quoniam *vilitas* ejusmodi epitheto non indigeat; *opinionis* autem pro *opinationis* e codice Monacensi (A) recipere nolui.

Anaxagoras] Idem confirmat et Diogenes Laërtius (2, 8). Plura conguessit Schaubachius (Anaxag. fragm. p. 174), neglecto tamen nostro loco, quem solus, quantum sciam, Ukertus (Geogr. d. Gr. u. R. I, 2, p. 25) accuratius illustravit.

non nullas] Sic scripsi e codicibus Grotiano; Darmstattensi, et Monacensibus (A. C) pro *non nullas*, quod in editis erat, quasi *nullas*, quam tamen statim rationes afferat, quas Anaxagoras adstruxisse videatur. Alias vide apud Aristotelem (de coelo 2, 13).

confestim ad obtutus nostros directis lineis diriguntur, quod magis indubitabilis probamenti fiet, si in littore consistentes obstacula montium relinquamus; quod si ita esset, cunctis supra terras degentibus eodem tempore emergentia viderentur, occasusque uno obitu condita cunctas valerent tenebrare terras, ac falsa Romulei vatis exploderetur assertio, qua docet:

Nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis,

Illic sera rubens accendit lumina Vesper.

593 Quin etiam cunctae noctes ac dies similibus interstitiis horisque semper paribus convenirent, nullique parti telluris vel apparerent certa vel alia sidera negarentur. At quum Arctoa conversio supra verticem volvatur Hesperiae, apud Troglodytas Aegyptumque confinem ignoto occultoque penitus sidere nescitur; quum Canopum ac Berenices crinem stellas admodum praenitentes Scythia Galliaeque atque ipsa prorsus non cernat Italia, quum illae antarcticis terris conspicuae ac praenitentes et velut perpendiculatae capitibus suspectentur; in

indubitabilis] Grotius margini adscripsit *judicabilis*, quod tamen ad *probamenti* non convenit.

probamenti] Codex Monacensis (A) *probamentis* male. «Indubitabilis *probamenti* fit» dictum est ut «commodioris valetudinis» (Quinct. 6, 3, 77) vel «ambiguae aestimationis» (Val. Max. 9, 10, 2).

Romulei vatis] Virgilii (in georg. 1, 250).

quum Arctoa] Arctoam conversionem septemtriones sive ursam majorem (ἄρκτον) ejusque metus significare apparet. Eadem Plinius (2, 70, 71) hisce verbis tradiderat: «Sic enim (quum terra globo similis sit) haud debite fit, ut nobis septemtrionalis plagae sidera nunquam occidant, contra meridiana nunquam orientur: rursusque haec illis non cernantur, attollente se contra medios visus terrarum globo. Septemtriones non cernit Troglodytice et confinis Aegyptus: nec Canopum Italia, et quem vocant Berenices crinem.» Distinctionis igitur signum in nostro libro inter voces *Hesperiae*

et *apud* ponendum erat. Quae Plinius et Martianus hic tradunt, partim ante Aristotelem (de coelo 2, 14, 110) jam observata erant.

Aegyptumque] Retraxi lectionem a Grotio in marginem conjectam, Darmstattensi etiam codice adstipulante; Grotius *Aegyptiumque*.

Canopum] Hoc sidus suis temporibus primum observatum esse Strabo (1, p. 3 Casaub.) testatur.

Berenices crinem] Confer Gallum (epigr. 2, 9):

«E Bereniceo detonsum vertice crinem

Retulit esuriens Graecus in astra Conon» et Catullum (carm. 66); praeterea Hyginum (poët. astronom. 2, 24) et plura apud Bentlejum (ad Callimachi fragm. T. I, p. 581. 582 Ern.).

Scythia Galliaeque] Sic scripsi e codice Darmstattensi; vulgo *Scythiae*, in Monacensi (C) autem *Scythia Galliaeque*. Sed Galliae plures, togata, comata, braccata.

Alexandria etiam Canopus quarta parte interstitii signi unius ultra terras emineat, Trionesque geminos ut devexa non cernat; quum in Arabia Novembri mense sub noctis auspicio Helice non conspecta secunda vigilia prospectetur, in Meroe solstitio tantum exiguae brevitae conspicitur, ubi circa ortum Arcturi cum die nascitur, quae item in India Pataviano portu prima tantum parte noctis adspicitur, in qua etiam in Maleo monte quindecim tantum diebus annuis videtur; quis igitur dubitet globi devexioris oppositu alia inconspicua fieri atque alia velut sphaerae curvationibus eminere? Additur ad fidem globi 594 rotundioris ambigentibus asserendum, quod Solis Lunaeque deliquia in occasu facta orientis incolae non viderunt, itemque in ortu si accidant, a tota Britannia atque occasivis regionibus ignorantur; etiam in mediis plerumque regionibus horarum diversitatibus variantur; sicut in Magni Alexandri victoria

signi unius] Corruptum in editis vocabulum *signilis* sustuli et e fonte ipso correxi. Plinii enim (2, 70, 71) verba haec sunt: «Adeoque manifesto assurgens fastigium curvatur, ut Canopus quartam fere partem signi unius supra terram eminere Alexandriae intuentibus videatur.» Pariter paulo post ut *devexa* scripsi pro *et devexa* e codicibus Grotiano, Darmstattensi, Reichenauensi, et Monacensi utroque (A. C).

quum in Arabia] Atque haec etiam ipsa fere Plinii verba sunt de Septentrione: «In Arabia Novembri mense prima vigilia occultus secunda se ostendit: in Meroe solstitio vesperi paulisper apparet, paucisque ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur.» De Helices nomine confer Aratum (Phaenom. 36):

Καὶ τὴν μὲν Κυνόβουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,

Τὴν δ' ἐτέραν Ἑλίην· Ἑλίην γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ

Εἶν' ἀλλ' τεκμαίρονται ἵνα χροὴ νῆας ἀγινεῖν, et Reinhardum Sternium (ad Grat. Falisc. 55).

Pataviano portu] *Patalitanum* Plinius, unde reliqua noster habet, eujus verba haec sunt: «In Indiae gente Oretum mons est *Maleus* nomine, juxta quem umbrae aestate in austrum, hieme in septentrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet Septentrio. In eadem India *Patalis* celeberrimo portu Sol dexter oritur, umbrae in meridiem cadunt.» Codex Monacensis (A) absurde *Patavino*.

quod Solis] Haec quoque e Plinio, qui (2, 70, 72) paulo accuratius scripserat: «Ideoque defectus Solis ac Lunae vespertinos orientis incolae non sentiunt: nec matutinos ad occasum habitantes: meridianos vero saepius.»

occasivis] Grotius *occasus*, licet ipse in notis anteriorum editionum lectionem probet, quam codices quoque Darmstattensis et Reichenauensis confirmant.

sicut in Magni] Juvat hoc loco incredibilem Martiani hallucinationem observare, qui quum hunc Plinii locum: «meridianos saepius. Nobili apud Ar-bela» cet. cursim raptimque transcriberet, legit «me-

Lunam noctis secunda hora defecisse Servius Nobilis in Arabia nunciavit, quod in Sicilia in exortus primi splendore conspectum; Alpiano et Fontejo consulibus undecimo Kalendas Majas defectus Solis fuit, qui in Campania hora diei septima visus in Armenia ejusdem diei undecima comprobatur; quod factum est utique sphaerae circuitu moras per inflexus rotunditatis subinde
 595 variante. Denique ipsa vasa, quae horoscopa vel horologia memorantur, pro locorum diversitatibus immutata componuntur, alioque gnomone ultra quingenta stadia discernuntur, umbris pro locorum aut elationibus celsis aut inclinationibus infimatis. Hinc est quod in Meroe longissimus dies duodecim aequinoctiales horas et alterius bessem secat, Alexandriae quatuordecim, in Italia

ridianos. Servius Nobilis apud etc. ac deinde quae de hac defectione narrantur a Plinio, ea Servio Nobili auctore plane commenticio venditat. HARDUIN. (ad Plin. hist. 2, 70. 72). — Attamen in Plinii quoque editionibus exstat *Arabiam* pro *Arbela*, quod ex alio demum ejusdem loco (6, 12, 16) editores nonnulli correxerunt; ut appareat inveteratum mendum esse. Servium Nobilem utique Martiano soli relinquimus. *

Alpiano] Plinius: «Solis defectum *Vipsanio* et *Fentejo Coss.* qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Majas, Campania hora diei inter septimam et octavam sensit», quod et Tacitus (ann. 14, 12) iisdem consulibus factum refert; sed quum ambiguum sit, utrum *Vipsanium* an *Apronianum* restituendum sit, quod illius in fastis cognomen est, nihil apud nostrum quamvis corruptum mutavi; *Majas* tantum e codice Reichenauensi scripsi pro *Maji* in editis.

denique] Item e Plinio, qui (2, 72, 74): «Vasaeque», scribit, «horoscopa non ubique eadem sunt usui, in trecentis stadiis, aut, ut longissime, in quingentis mutantibus semet umbris Solis. Itaque umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore, aequinoctii die, paulo

plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit; in urbe Roma nona pars gnomonis deest umbrae; in oppido Ancone superest quinta decima; in parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.» Haec ille: conferas nunc velim inter se utrosque auctores. Ceterum *horologia* scripsi pro *horologica* e codicibus Monacensibus (A. C). De ipsis gnomonibus confer Martinium (von den Sonnenuhren der Alten, Lips. 1777).

infimatis] Ita infra (§. 867 f.) *infimatur*; vox Appulejo familiaris (met. 1, p. 38; de deo Socr. p. 127 Oud.).

hinc est] Ad verbum fere quae sequuntur e Plinio sumta sunt, quem (2, 75, 77) vide, et adde rei agrariae auctores (p. 174 ed. Amst. 1674) Vitruviumque (9, 1; p. 261 Bip.) et ipsum nostrum (§. 875). Accuratiores qui desiderat adeat Strabonem (2, p. 135).

Meroe] Nearchus apud Arrianum (hist. Ind. 23, p. 601 Raph.) auctor est «in Syene Aegypti puteum ostendi qui tempore solstitii aestivi meridie nullam faciat umbram; in Meroe quoque eodem anni tempore nullas umbras fieri.»

secat] Retraxi e margine Grotiana, adstipulan-

quindecim, in Britannia decem et septem; solstitiali vero tempore coeli verticem Sol invectus subjectas deorsum terras perpetui diei continuatione collustrat, itemque brumali descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Thyle compertum Pytheas Massiliensis asseruit. His temporum diversitatibus assertum, ni fallor, globosam rotunditatis flexibus habendam esse tellurem. Sequitur ut, quem mundi locum quamve granditatem sortita sit, approbemus. 596 Circulum quidem terrae ducentis quinquaginta duobus millibus stadiorum', ut ab Eratosthene doctissimo gnomonica supputatione discussum. Quippe scaphia 597 dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum ductus stili in medio fundo siti proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur, cujus umbrae prolixitas aequinoctio centri sui aestimatione dimensa vicies quater complicata

tibus codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi utroque (A. C), pro *secatur*.

Britannia] Vide Tacitum (in Agricola 12): «Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram; nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.»

coeli verticem] Grotius *cum coeli*; sed *cum* melius omissum est in Darmstattensi codice. Pariter mox pro *laevorsum* e codice Monacensi (A) scripsi *deorsum*; quod vero paulo inferius in margine notavit Grotius *oriri* pro *horrere* de nocte dictum recipere nolui.

Thyle] Sic nostri codices pariter ut Taciti (in Agricola 10) et Plinii (v. Salmas. ad Solin. p. 247) quum alii *Thulen* appellent, et Graeci quoque, ut Strabo atque Agathemerus (1, 7 in Gronov. geogr. ant. p. 205. 214) *Θούλην* scribant.

Pytheas] Vixit circa annum 284 ante Christum (vid. Memoires de l'acad. T. 19, p. 146 sequ.). De fide ejus inde a Strabone (1, p. 63. 75. 102. 104. 114. 115. 158. 190. 295) multum in utramque partem disputatum est; qua de re praeter Mannertum (in geogr. I, p. 72) et Ukertum (T. I,

P. 2, p. 298) confer inprimis Wilhelmum (das alte Germanien p. 300 sequ.), Brücknerum (in hist. reip. Massiliensium, Gött. 1826, p. 64 sequ.) et Lelewelium (die Entdeckungen der Carthager und Griechen auf dem atlant. Ocean, p. 33 sequ.).

ducentis] Conveniunt cum nostro Strabo (2, p. 132 Cas.), Plinius (2, 18. 112), Censorinus (de die nat. 13, 2), Vitruvius (1, 6; p. 37 Bip.); minus accuratior numerus 250,000 est secundum Macrobius (in somn. Sc. 2, 6) et Cleomedem, qui (1. 2, p. 183; add. l. 1, p. 135) pariter ut noster Eratosthenem auctorem laudat (§. 813 not.). Vide tamen quae contra hanc dimensionem disputat vir clarissimus D'Anville (in Mem. de l'acad. T. 26. p. 93). Appulejus (de mundo p. 305 Oud.): «At enim hujus terrae, quam nos colimus, latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta millia stadiorum tenet.»

scaphia] Haec ab Aristarcho Samio inventa esse tradit Vitruvius (1, 6. 9, 9; conf. Bald. ad Vitruv. p. 81). Plura dabit Martinius (l. l. p. 98. 99).

siti] Recepti e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi pro *sui* in editis.

aestimatione] Male in editis *extimatione*. No-

598 circuli duplicis modum reddit. Eratosthenes vero a Syene ad Meroen per mensores regios Ptolemaei certus de stadiorum numero redditus, quotaque portio telluris esset advertens, multiplicansque pro partium ratione circulum mensuramque terrae, incunctanter quot millibus stadiorum ambiretur absolvit.

DE POSITIONE TERRAE.

599 Comperta est terrae brevitare rationabili magnitudo; locus ejusdem ac positio doceatur. Quam in medio imoque mundi immobilem stare multiplicibus monstratur assertis, quae sibi ante constitutionem mundi in eodem loco fuerit, ex quo moveri non potuit, ac deinde divulsis a confusione prima commix-

stram lectionem tuentur Reichenauensis, Darmstatensis, et duo Monacenses (A. C), qui paulo inferiorius etiam *vicies* recte habent pro depravato in editis *vigies*, quod e mala tantum pronuntiatione ortum lexicographi recipere non debebant.

vicies] »Veut-il dire que la hauteur du pôle multipliée par 24 donne 720°, ou deux cercles? Il était plus simple de ne la multiplier que par 12, il aurait eu un cercle et la hauteur du pôle eût été de même 30°. DELAMBRE (hist. de l'astron. I, p. 310).

a Syene] MS. semper ab Syene, ut supra ab specie. GROTIUS. — Etiam si Martianus sic scripserit, cave tamen eum reprehendas. Cicero ipse (Tusc. 5, 23) ab Syracusanis scripsit. De dimensione ipsa auctoritate Ptolemaei regis facta vide Strabonem (2. p. 95. 4, p. 133 et 17, p. 786 Casaub.) et Freretum (mem. de l'acad. 24, p. 510 sequ.).

medio imoque] Haec ut intelligas, confer Ciceronem (Tuscul. 5, 24): »unde terra et quibus librata ponderibus, in qua omnia delata gravitate medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rotundo»; et alio loco (N. D. 2,

45): »id autem medium infimum in sphaera est. Ceterum jam Plato illud intellexerat, qui (Phaed. p. 112 f. Steph.): »δυνατὸν δ'ἔστιν, inquit, ἐκατέρωθε μέχρι τοῦ μέσου καθιέναι, πέρα δ'οὐ πάντες γὰρ ἀμφοτέροις τοῖς δυνάμει τὸ ἐκατέρωθεν γίγνεται μέρος.

immobilem] Sic et Appulejus (dogm. Platon. p. 203 Oud.) »globum terrae in medio situm aequalem loco ac figura immobilem stare» ait, e Platonis nimirum placito (Phaed. p. 108), licet hunc ipsum fuerint qui alio loco (Tim. p. 40) rotari terram circa axem suam statuisset arbitrarentur (Aristot. de coelo 2, 13. Plut. quaest. Platon. 8, 1). Confer omnino Ruhnkenium (ad Timaei Lex. Plat. p. 69—72) et Boeckhium (de Plat. syst. coel. glob. p. 7—11), qui recte Platoni immobiliter vindicat; sed de re ipsa imprimis quae Macrobius (ad somn. Scip. 1, 22) in illa Ciceronis verba commentatur: »nam ea quae media est et nona tellus, neque movetur et infima est, in eam feruntur omnia nutu suo pondera.»

deinde] Monacensis (A), non *Uchinc*, ut in editis. Mox *alimentis* pro *elementis* in margine Grotius notavit; male.

tionis elementis undarum immensa et volubilis latitudo aërisque natalis undique secus circa terrae stationem diffusus arctarit mediumque fecerit, quod teres ac volubilis circumcludit; sive quod in sphaera efficitur inum omne quod medium est, dum paribus ab extimae rotunditatis ambitu lineis quidquid eas sustinet consipatur. Inum vero jam necesse est sui extremitate consistere, 600 quia inferius quo decidat non est. Omnia etiam pondera in eam desuper cadunt, ut imber, grando, nix, fulgura, atque ipse qui in ejus penita praecipitatur Oceanus, et fluentia latentia quae fundo volvuntur in imo. Vides igitur eam, quae undas cunctaque sustentat, arctatam ex omnibus nihil subijcere quo secedat. Media igitur credenda est, quia postrema; quod prae-

aëris] Hinc Aristophanes (nub. 265):

ὦ δέσποτ' ἀναξ, ἀμέτροντ' Ἀθήρ, ὅς ἔχεις
τὴν γῆν μετώρον,

Anaximenem fortasse secutus; sed eam sententiam jam Plato impugnavit (Phaed. p. 108 f.): μηδέν αὐτῇ δεῖν μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεδεῖν μήτε ἄλλης ἀνάγκης μηδεμιᾶς τοιαύτης κ. τ. λ. Quamquam etiam Macrobius (ad s. Scip. 1, 22): «hanc spissus aër et terreno frigori propior quam Solis calori stupore spiraminis densioris undiqueversum fulcit et continet, nec in recessum aut accessum moveri eam patitur vel vis circumvallantis et ex omni parte vigore simili librantis aurae, vel ipsa sphaerae extremitas» cet.

undique secus] Uno verbo: sic *postsecus*, *antsecus*; simile est, quod alibi habes, *undiqueversus* seu *undiqueversum*. GROT. — Saxo etiam Grammaticus *undique secus* usurpat, similiter Martianus *utrinque secus*. STEPH. (ad Sax. p. 22).

Oceanus] Plinius (2, 65): «Denique Oceanus, quem fatemur ultimum, quamvis alia figura cohaereret atque non decideret, nulla ultra margine includente? Namque quum e sublimi in inferiora

aquae ferantur, et sit haec natura earum confessa, procul dubio apparere, quo quid humiliter sit, propius centro esse terrae, omnesque lineas, quae emittuntur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri, quam quae ad extremum mare a primis aquis. Ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum, ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur.»

fluenta latentia] Mire huc transtulit, quae de Titanibus dicit Virgilius (Aen. 6, 581):

«Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.»

media] Iterum e Plinio, cujus haec sunt verba (2, 69): «Mediam esse totius mundi haud dubiis constat argumentis: sed clarissime aequinoctii paribus horis. Nam nisi in medio esset, aequales dies noctesque haberi non posse deprehendunt et dioptrae, quae vel maxime id confirmant: quum aequinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, solstitialis exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Quae accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.» Adde Strabonem (2, p. 110 Casaub.). *Media* pro *medio*, quod est in editis, reposui e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi.

sertim aequinoctialis temporis interstitia manifestant; nam pares horarum metas tam antemeridialium quam etiam postremarum, et tam diei quam noctis ho-
601 rologia manifestant. Quo documento clarum est, tantundem undiquesecus ab terris abesse coelum; quod idem duobus circulis edocetur solstitiali et brumali. Nam utique quantum interstitii dies habet, quum coeli culmina Sol elatus illustrat, tantum spatii longior nox, quum Sol in brumam decidens repraesentat; itemque quidquid singula signa zodiaci intercapedinis luci contulerint, tantundem Sole e contrario rutilante umbris noctis ignoscunt; quod utique undiqueversum probat tantundem circulos sideraque distare, medianque tellurem esse. Quod si congrue videtur assertum, jam partes ejus, quas ipsa permensa sum, perhibebo.

DE QUINQUE ZONIS TERRAE.

602 Orbis terrae in quinque zonas, sive melius fascias dico, pro rerum diversitate discernitur, quarum tres intemperies multa a contrariorum nimietate

culmina] Grotius nescio unde *culmine*, quum jam anteriores editiones *culmina* haberent, quod et Darmstattensi codice et aliis (Oudend. ad Appul. I, p. 407) confirmatur.

intercapedinis luci] Sic scripsi e codice Monacensi (A); vulgo *intercapedine loci*, quod etiam explicari posset, tamen nostra lectione deterius videtur, praesertim quum mox itidem datus *umbris* sequatur. Construe igitur: *quidquid intercapedinis singula signa contulerint luci* cet.

quod si congrue] Sic codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis; vulgo inepte *utique post quod* iteratur.

quinque zonas] *Primus de zonis*, inquit Achilles Tattius (isagog. c. 51), *Parmenides* dicere instituit, de quarum numero magna dissensio est. Nam alii *sex* numerant, ut Polybius et Posidonius, qui torridam in duos dividunt; *quinque*

malunt alii, e quibus Eratosthenes. Itaque pluri-
 mi, ut et Virgilius (georg. 1, 233):

*Quinque tenent coelum zonae, quarum una
 corusco*

*Semper ab igne rubens et torrida semper ab igne,
 Quam circum extremae dextra laevaue trahantur,
 Caerulea glacie concretae atque imbribus atris.*

Tibullus (4, 1, 151), Ovidius (metam. 1, 45), alii; imprimis autem conferendi sunt Strabo (1, p. 64; 2, p. 110 Casaub.), Plinius (2, 68), Cleomedes (cycl. theor. 1, p. 55 et 2, p. 189 sequ. edit. Antv. 1555), Geminus (c. 12 et 13, p. 55 in Petav. Uranol.), Macrobius (in somn. Scip. 2, 5 et 6), Proclus (de sphaera c. 14, p. 27), Hyginus (astron. 1, 7; p. 353 Munch.), et ipse noster inferius (§. 735).

fascias] Macrobius (ad somn. Sc. 2, 7): *Zonas esse vel cingulos, haec enim unius rei duo sunt nomina.*

relegavit. Nam duae, quae axi utrique confines, algore immenso et frigidibus occupatae, desertionis causas pruinis ningentibus praebuere; media vero flammis atque anhelis ardoribus torridata propinquantes animantum amburit accessus; aliae autem duae vitalis aurae halitu temperatae habitationem animalibus indulserunt, quae quidem per totius rotunditatem telluris incurvae tam supernum hemisphaerium quam inferius ambierunt. Nam utique terra duas **603** sibi partes hemicycliorum quadam diversitate despicit, id est unam habet supernatam, quam nos habitamus et ambit Oceanus, et aliam infernatam. Sed haec superior initium habet a solari ortu, illa inchoat a solis occasu, quem circulum Graeci *ὀπίσθοντα* perhibent. Verum quia illae zonae volubili- **604** tatem utriusque partis includunt, decem utrinque circulo suo faciunt regiones, e quibus haec, quae a nobis habitatur, est una, atque ad aquilonem versus et septentriones adscendit; altera, quae e contrario ad meridiem atque austrum fertur, quam habitare illi aestimantur, qui vocantur *ἀντοῖκοι*. Similiter ex **605**

ningentibus] Sic scripsi e codice Grotii, Darmstattensi quoque adstipulante, qui *ningentibus* exhibet. Vulgo *mergentibus*; alios *ingruentibus* scribent Grotius in margine notavit.

amburit] Sic jam Grotius scripsit, utroque nunc Monacensi addicente; anteriores editiones *imburit*.

habitationem] Virgilius (*georg.* 1, 237):

— — *duae mortalibus aegris*

Munere concessae divum. — —

despicit] Grotius legendum censet *dispescit*; sed codices nihil mutant.

a Solis occasu] Codices Reichenauensis et Darmstattensis pro *Solis* habent *lucis*.

ὀπίσθοντα] Seneca (*nat. qu.* 5, 17; p. 765 Lips.): «Dimidia pars mundi semper supra, dimidia infra est. Hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, Graeci *ὀπίσθοντα* vocant: nostri *fnitorem* di-

xere, alii *fnientem*. Adjiciendus est ad hunc meridianus circulus, qui horizonta rectis angulis secat. Ex his quidam circuli in transversa currunt, et alios interventa suo scindunt. Necessesse autem est tot aëris discrimina esse, quot partes. Ergo horizon, sive finiens, circulus quinque illos orbes, quos modo dixi fieri, secat, et efficit decem partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu. Plura dabit Ukertus (*T. I, P. 2, p. 118*).

ἀντοῖκοι] Operae pretium erit cum his et sequentibus Gemini (in Petav. Uranolog. p. 56) doctrinam contulisse: «Eorum, qui in terra habitant, alii dicuntur *synoeci*, alii *perioeci*, alii *antoecci*, alii *antipodes*. *Synoeci* igitur sunt, qui circa eundem locum ejusdem zonae habitant. *Perioeci* vero, qui in eadem nobiscum zona in circuitu circumhabitant. *Antoecci* vero, qui in eadem australi zona sub eodem hemisphaerio habitant. *Antipodes* vero, qui in australi zona in altero hemisphaerio habitant,

infernatibus duae; sed hi qui nobis obversi, ἀντιποδες memorantur; qui contra illos, quos ἀντοίκους diximus, ἀντιχθονες appellantur. Sed nos cum illis diversitas temporum velut quadam contrarietate discriminat; nam quum aestate terremur, illi frigore contrahuntur; nam quum hic ver pubescit florentibus pratis, illic edomita aestas temporibus autumnescit; hic bruma, solstitium illic apparet; nobis Arctoa lumina spectare permissum, illis penitus denegatum.

606 Antipodes autem nostri unum nobiscum tractum perferunt hiemis et flagrantiam communis aestatis, sed noctem diversam diesque contrarios; licet aestate grandes dies prolixasque hieme noctes, nobisque Septentrio conspicabilis illos lateat siue fine. Ita etiam his, qui ἀντοίκοι vocantur, antipodes sui quatuor anni tempora novere communia, ac polum, qui est ad austrum, antipodibus suis

607 nobisque penitus ignoratum soli suspiciunt. Qui autem in media fascia sunt, his quotidie ortus occasusque mutantur; et supra quos Sol est, his citius exoritur tardiusque mersatur. Aequinoctiali autem tempore et oriens et occidens similiter apparebit, neque ulla astra sunt, quae illorum obtutibus denegentur, et quae una cum illis oriuntur, simul veniunt ad occasum. Hi dies cunctos pares suis noctibus intuentur, nec ulla meridiano die metiuntur umbras; eorumque antipodes dies noctesque sub eadem longitudine patiuntur. Quum autem solstitii properantia peragendi per eosdem transeat, et jam brumam

secundum eandem diametrum positi cum habitabili nostra terra.

ἀντιποδας] Sic jam Cicero (Acad. 2, 39): «nonne etiam dicitis esse e regione nobis e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντιποδας vocatis?» Plura dedi alio loco (in Palaeogr. crit. T. III, §. 35), ubi etiam ridicula Lactantii argumenta notavi.

diximus] Sic codices Reichenauensis et Darmstattensis pro dicimus, quod in editis erat. Ceterum ἀντιχθονες esse nostro quos Gemino perioecos, monere vix opus est.

autumnescit] Id est «in autumnum abit vel mu-

tatur», ut nec Burmanni correctione (ad Ovid. II, p. 234) nec Monacensis (A) codicis lectione autumnus nascitur indigeamus, licet hanc in Reichenauensem quoque corrector intulerit. Fortasse tamen praeferenda forma autumnascit, quam in margine Grotius notavit.

ita etiam his] Etiam hausi e codicibus Darmstattensi, Reichenauensi, et Monacensi utroque (A. C); vulgo et.

una cum illis] Cum inserui e codice Reichenauensi; moxque ad occasum scripsi pro in occasum ex Monacensi altero (C).

brumam] Forte «in brumam.» GROT. — Idem

itidem sol revertens similiter per illos iter ducat, et procul ab his utrinque secedat, dubium non est quin his hiemem et secundo patiantur aestatem; quibus quum ortus Solis est, eorum antipodibus apparet occasus. Verum illae 608
duae regiones, quas fascias item dixi, quarum una vicinantis Plaustris algore crustatur, altera transaustrini halitus desertione contrahitur, antipodas proprios non habent, sed ipsae sibi invicem contraria fiunt habitatione antipodae, nullosque ortus siderum absque planetis utrinque noverunt; quae quidem illis non supra caput eunt, sed de medio lateris oriuntur. Stellae etiam fixae coeli sex eis videntur mensibus, sex itidem non apparent, ortivusque circulus aequinoctialis illis est, senaque ex zodiaco signa conspiciunt. Denique sex mensibus diesque noctesque patiuntur, ut utrisque poli axisque termini supra verticem videantur; sed haec prior Septentrionis, altera Canopi stellae illustrata fulgore, cetera non noverunt.

DE CIRCUITU TERRAE.

Quarum regionum habitus prodidit doctissimus Pythagoras, sed ego 609
ipsa peragravi, ne qua mihi ignota videretur portio superesse telluris, cujus terrae totius habitus omnis plenusque circuitus, ut Romanorum dimensione

mox pro *secedit* alios *succedit* legere notavit in margine; male.

crustatur] Glaciatur, *κρυβάλλονται*. Grot.
— Sic et Ammianus Marcellinus (15, 10; p. 108 Gron.): «hieme vero humus *crustata* frigoribus» etc.

antipodae] Malim *antipodes*, sed sane confusas terminationes saepe in talibus vocibus invenias. Sic Cic. lib. 1 de div. *Druides* dicit, quum alii omnes *δρῦδας* dicant. Similia sunt *Macomades* *Macomadae*, *Marmarides* *Marmaridae*. Grot. — Editiones ante Grotium praeterea male *antipodaeque*.

artivusque] Sic e Grotii conjectura reposui pro

artibusque, quum B. et V. orthographica tantum ratione differant, quam me non curare saepe professus sum. Aliam lectionem *arcticusque* recte in marginem Grotius rejecit.

utrisque] Codex Monacensis (A) *utriusque*, male; incolae enim utriusque zonae frigidae significantur.

Pythagoras] Haec est *harmonica ratio*, quam appellat Plinius (2, 113), «quae terram nonagesimam sextam totius mundi partem facit.»

totius habitus] Sic codices Darmstattensis, Reichenaensis, et Monacenses (A. C), lectione a Grotio quoque dudum in margine notata; vulgo *ambitus*.

percenseam, quidquid stadiorum supputatione memoravi, est in millibus passuum trecenties et quindicies centenis: quo loco non puto transeundam opinionem Ptolemaei in geographico opere memoratam. Idem quippe zodiaci tractum omnemque complexum trecentis sexaginta coeli partibus secat; quas singulas in telluris centrum ita aestimat pervenire, ut unius partis latitudo istic quingentorum stadiorum mensura tendatur; singula vero stadia centum viginti quinque passibus explicata, quae octo millenos passus absolvunt, unde quingenta stadia, quae sunt partis unius, millia passuum colligunt sexaginta duo passusque quingentos. Verum illa stadia quingenta trecenties sexagesies complicata faciunt semel millies octingentiesque sexcentena; ex quibus millia passuum partitione praedicta collecta faciunt ducenties vices quinquies centena. Hoc de totius terrae globo oportuit intimari.

DE LONGITUDINE TERRAE.

611 Ceterum ejus longitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiae extremitate usque ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octuagies quinquies

pervenire] Ex iisdem; vulgo *provenire*.

stadia] In stadii mensura conveniunt cum nostro Plinius (2, 33, 24), Censorinus (13, 2), Strabo (7, p. 522 Casaub.), Plutarchus (in vita Gracchi p. 838), Polybius (3, 39); plura dabit Mannertus (Geogr. d. Gr. u. Röm. T. I, p. 199 sequ. novae edit.).

complicata] Id est multiplicata. Computatio haec est: stadia $500 \times 360 = 180000$, stadia $180000 \times 125 = 22500$ millia passuum; unde apparet non *sexcentena* sed *centena* in sequentibus legendum esse, sed mutare nolui, quum codices non modo nihil auxilii afferant, verum etiam majores turbas faciant; si quidem alii, Grotio teste in margine, *DCLXX stadia* legunt, Darmstattensis autem et lectio Norimbergensis libri margini adscripta

sexaginta habeant; id tantum mihi indulsi, ut pro *trecentis*, quod apud Grotium erat, *trecenties* restituerem. Ceterum de tota mensurae ratione confer ipsum Ptolemaeum (Geograph. 1, 3. 7. 11) et omnino Ukertum (T. I, P. 2, p. 49. 50).

longitudo] Haec quoque ex Plinio (2, 108, 112) hausta esse manifestum est, licet in numeris discrepent, cujus haec verba sunt: Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambienti Oceano velut innatans, longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas octuagies quinquies centena *sexaginta* octo millia passuum, ut Artemidoro auctori placet; ut vero Isidoro, nonagies octies *centena* et XVIII millia. Artemidorus adjicit amplius a Gadibus circuitu Sacri promontorii ad promontorium Arta-

centena septuaginta octo millia sunt, sicut etiam Artemidorus auctor asseruit; nam Isidorus nonagies octies dicit et decem et octo millia. Verum Artemidorus dimensionem praedictae adjicit quidquid a Gadibus procurrit; nam per Sphenis frontem circuitu Sacri promontorii ad aliud finale promontorium, quod Artabrum nominatur, procedere dicit terram in nongenta nonaginta unum millia.

ALIA DIMENSIO TERRAE.

Quae dimensio item fieri compendiosior potest, si per maria quis vectus 612
excurrat. Nam a Gange fluvio ostioque ejus, quo se in Eoum effundit oceanum, per Indiam Parthienemque ad Myriandrum urbem Syriae in Issico sinu positam quinquagies bis quindecim millia; inde proxima navigatione Cyprum insulam, Pataram Lyciae, Rhodum, Astypalaeam in Carpathio mari;

brum, quo longissime frons procurrit Hispaniae, CCCCXCL.

Artemidorus] Ephesius, qui mediterranei maris circuitum scripserat. Vide Ukertum (T. I, P. 1, p. 156). Ipsum Hispaniae littora oculis lustrasse testatur Strabo (3 init. p. 137 Casaub.).

Isidorus] Characenus, Augusti aequalis, quem narrat Frontinus (de coloniis p. 364) omnium provinciarum formas et civitatum mensuras compertas in commentarios contulisse. Confer Dodwelli dissertationem de Isidoro Characeno (in Hudson. geograph. minor. T. II, p. 57 sequ.).

Sphenis] Codices variant, siquidem Darmstadiensis exhibet *Syenis*, Reichenauensis *Spinam*, quarum lectionem utramque jam in margine Grotius notavit, Monacenses (A. C) denique *Spineam*; sed nihil mutandum esse Strabonis verba probabunt (3, p. 137 f. Casaub.): προὔχει δὲ τὰ ἰβηρικὰ ὄβαν χιλίους πεντακοσίους σταδίους κατὰ τὸ λεχθέν ἀκρωτήριον· καὶ δὴ καὶ τὴν προβεχῆ

ταύτῳ χώραν τῆ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι κόρυνησον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. De Cuneo, quem affectata eruditione hic *Sphenem* noster appellat, vide et Plinium (4, 22) et Melam (3, 1, 56):

promontorii] MS. semper *promontuarium*; sic octaginta, octuaginta. Gronov. — Idem pro *Artabrum* alios *Cantabrum* legere in margine notavit, male.

quae dimensio] Plinius: Id mensurae duplidi currit via. A Gange amne ostioque ejus, quo se in Eoum oceanum effundit, per Indiam Parthyenemque ad Myriandrum urbem Syriae in Issico sinu positam quinquagies bis centena XV millia passuum. Inde proxima navigatione Cyprum insulam, Pataram Lyciae, Rhodum, Astypalaeam in Carpathio mari insulas, Laconiae Taenarum, Lilybaeum Siciliae, Calarim Sardiniae, vicies et semel centena tria millia passuum. Deinde Gades duodecies centena et quinquaginta millia passuum; quae mensura universa ab eo mari efficit octogies quinquies centena LXVIII millia passuum. Adde Agathemerum (in Gronov. geograph. p. 186. 187).

item in insulam Taenarum Laconicae, inde Lilybaeum Siciliae, et Caralim Sardiniae, tricies quater quinquaginta millia; inde Gadibus quadragies bis quinquaginta millia. Quae mensura universa ab eo mari efficit octogies quinque septuaginta octo millia.

ITEM ALIA TERRAE MARISQUE DIMENSIO.

615 Potest item aliud terram marique iter duci per Gangem Euphratemque fluvium, Cappadociam, Phrygiam, per Aegeum pelagus, et Laconicum mare; itemque per sinus alios usque Peloponnesum, Leucadem, Corcyram, Acroceranium, Brundisium, Romam, Alpes et Galliam, per Pyrenaeos etiam montes in Oceanum vespertinum, Hispaniae oram, trajectumque per Gades; et omnis mensura, attestante Artemidoro assertionibus meis, habet millia octuagies sexies centena octoginta quinque. Habetis longitudinem multipliciter memoratam.

Taenarum] Forte: item insulam Tenaron. Grot.— Ipse enim facili errore *insula* edidit. Sed in ipso nomine mire variant codices, siquidem Monacensis (A) exhibet *insulam Tenetharum*, Darmstattensis item in sula tene clarum laconice, denique varians lectio ad libri Norimbergensis marginem adscripta *Tenedarum*, ut de Tenedo insula cogitare liceat, nisi *Laconicae* adscriptum esset, cuius tamen non insulam sed promontorium Taenarum fuisse satis constat.

inde Lilybaeum] Sic codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis; vulgo *unde*.

Caralim] Restitui e codice Grotiano, quum vulgo *Calarim* legeretur, ut sibi constaret Martianus, qui infra (§. 645) promontorium *Caralitanum* appellat; quanquam ubique fere (Liv. 25, 40. Mel. 2, 7. Flor. 2, 6. Claudian. bell. Gildon. 521) variant libri nec quidquam discriminis esse Harduinus (ad Plin. 3, 7, 15) docet.

potest item] Plinius (2, 108): *Alia via, quae*

certior, itinere terreno maxime patet, a Gange ad Euphratem amnem quinquagies et semel centena millia passuum et LXIX. Inde Cappadociae Mazaca CCCXIX millia. Inde per Phrygiam, Cariam, Ephesum CCCCXV millia; ab Epheso per Aegeum pelagus Delum CC, Isthmum CXXII quingenti. Inde terra, et Lechalco mari et Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi XC millia; Leucadem LXXXVII millia quingenti: Corcyram totidem: Acroceraunia CXXXII millia quingenti: Brundisium LXXXVII millia quingenti: Romam CCCLX millia. Alpes usque ad Scingomagum vicum DVXIII. Per Galliam ad Pyrenaeos montes Illiberim DCCCCXXVII. Ad Oceanum et Hispaniae oram CCCXXXI. Trajecta Gadi VII millia quingenti. Quae mensura Artemidori ratione efficit octuagies novies centena XXXXV.

Acroceraunium] *Acrocerauniam* exhibent codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis, et lectio in libro Norimbergensi notata; sed praestat vulgata lectio, quae suppleta voce *promontorium* intelligi-

DE LATITUDINE TERRAE.

Latitudo autem ejus a meridiano situ in septentrionis caput plurimum **614** minor est, nam utrinque intemperati aëris nimietate contrahitur. Eo accedit, quod a septentrionis plaga Sarmatarum gens copiosaque barbaries accessum indagandae dimensionis excludit; attamen quidquid intrepida permeare quivit excursio, competenter admensum est, repertaque latitudo habitabilis terrae paene dimidio minor, quam dicta est collegisse longitudo. Nam colligitur in **615** quinquagies quater centena sexaginta duo millia; quippe a littore Aethiopici

tur; quanquam plerumque *Acroceraunia* plurali numero dicuntur.

centena] Abesse ab aliis hunc numerum jam Grotius in margine notavit, abestque a codicibus Monacensibus (A. C), Reichenauensi, et Darmstattensi; sed male, si Plinium contuleris.

latitudo] Plinius: «Latitudo autem terrae a meridiano situ ad septentrionem dimidio fere minor colligitur; quadragies quater centena LXXX millia. Quo palam fit, quantum et hinc vapor abstulerit et illinc rigor. Neque enim deesse arbitror terris, aut non esse globi formam: sed inhabitabilia utrinque incomperta esse. Haec mensura currit a littore Aethiopici oceani, qua modo habitatur, ad Meroen decies centena millia. Inde Alexandriam duodecies centena millia quinquaginta. Rhodum DLXIII. Gnidum LXXXVII millia quingenti. Con. XXV millia. Samum C millia. Chium LXXXIV millia. Mitylenen LXV millia. Tenedon XCIV millia. Sigeum promontorium XII millia quingenti. Os Ponti CCCXII millia quingenti. Carambim promontorium CCCL. Os Macotidis CCCXII millia quingenti. Ostium Tanais CCLXXV millia, qui cursus compendiis maris brevior fieri potest LXXXIX millibus. Ab ostio Tanais nihil modicum diligentis-

simi auctores fecere: Artemidorus ulteriora incomperta existimavit, quum circa Tanaim Sarmatarum gentes degere fateretur ad septentrionem versus. Isidorus adjecit duodecies centena millia quinquaginta usque ad Thulen: quae conjectura divinationis est. Ego non minore quam proxime dicto spatio Sarmatarum fines nosci intelligo. Et alioquin quantum esse debet, quod innumerabiles gentes subinde sedem mutantem capiat? Unde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagae multo esse majorem arbitror. Nam et a Germania immensas insulas non pridem compertas cognitum habeo. «Observe velim a Martiano omnes numeros omissos esse, praeter illum, qui distantiam usque ad Thulen exprimat, atque in hoc etiam differre codicum lectiones. Nam Grotius edidit «duodecies centena quinquaginta millia»; Reichenauensis autem ex his millenarium numerum omittit: et Darmstattensis Monacensesque codices (A. C) tantum «duodecies quinquaginta» dant. Neque ubi infra (§. 689) noster promontorium Carambim ab ostio Ponti abesse dicit «millibus passuum ducentis viginti» cum Plinio consentit.

accedit] Codices Monacensis (C) et Darmstattensis *accidit*; sed vulgatam lectionem praestare arbitror.

oceanī, qua habitabilis primum est, ad Meroen, inde Alexandriam, Rhodum, Gnidum, Coum, Samum, Chium, Mytilenem, Tenedum, Sigeumque promontorium; os Ponti, Carambim promontorium, os Maeotidis, ostium Tanais praedicta dimensio comprobatur. Qui quidem cursus si per maria
616 transeat, in compendium ducit millia sexcenta septuaginta octo. Huc usque compertum progressum Artemidorus asseverat, sed Isidorus adjecit duodecies centena quinquaginta millia usque ad Thylen ultimam tendi, quae quidem opinatio mihi videtur incerta; nam ipsi tantundem latitudinis inesse dico, quantum longitudinis comprehensum. Neque enim, quum rotundum telluris orbem adstructio superior ratioque monstrarit, impar latus globo poterit provenire, sed supradicti scriptores habitabilem dixere tellurem.

DE ROTUNDITATE TERRAE.

617 Rotunditatis autem ipsius extima circumfusus ambit Oceanus, sicut navigatus undique comprobatur. Nam a Gadibus per Hispaniae Galliarumque

Carambim] Sic codices Monacenses (A. C.) pro *Carambim* in editis. Ejusdem promontorii infra (§. 689) iterum mentionem facit. Adde Dionysium (perieg. 159) et Plinium (4, 12, 26).

huc usque] Ita codices Monacenses (A. C.), Darmstattensis, et Reichenauensis, pro *nunc usque* in editis.

rotunditatis] Plato (Phaed. p. 108 f.) jam de terra «ἐν μέσῳ οὐρανῶ περιφερῆς οὐδα», item Aristoteles (de coelo 2, cap. extr.) «ὅχῆμα δὲ ἔχειν σφαιροειδὲς ἀνάγκαιον», et Eratosthenes (ap. Strabon. 1, p. 48 Casaub.): «σφαιροειδῆς γῆ ἢ ἄπαβα. Adde Eusebium (in praep. ev. 15, 56; p. 850), Plutarchum (de plac. philosoph. 3, 10; p. 895), et nostrum superiori loco (§. 595 f.). E Romanis similiter Cicero (N. D. 2, 45): «Si mundus globosus est, contingere idem terrae necesse

est; Seneca (nat. quaest. 3, 28): «in rotundum (terrae) orbis aequatus est.» Plinius denique (2, 70): «Reliquorum, quae miramur, causa in ipsius terrae figura est, quam globo similem, et cum ea aquas, iisdem intelligitur argumentis.»

Oceanus] Cicero (somm. Scip. 6): «Omnis enim terra, quae colitur a vobis, parva quaedam est insula, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris.»

navigatus] Sic Grotius nunc recte, quum anteriores editiones haberent *navigatur*, adstipulante etiam, quod mireris, codice Darmstattensi. Ceterum navigari posset necne Oceanus, multis olim quaesitum esse ostendit Marcus Seneca (Suasor. 1).

nam a Gadibus] Haec et sequentia omnia e Plinio (2, 67) verbis tantum mutatis hausta sunt.

flexum occidentalis plaga omnis hodieque navigatur. Dum autem divus Au- 618
 gustus classe Germaniam circuiret, septentrionalem totum permeavit Oceanum;
 nam primum in Cimbricum promontorium veniens, magno dehinc permenso
 mari ad Scythicam plagam ac rigentes undas usque penetravit. De confinio 619
 item ab orientis principio et Indico mari pars, quae perguit in Caspium mare, a
 Macedonum classibus remigata, dum Seleucus et Antiochus regnavissent. Palus
 vero Macotica ejusdem sinus habetur Oceani. Item laevi lateris circumflua 620
 memorentur. Ab ipsis itaque columnis Herculis, quae in Gaditano sunt littore
 consecratae, usque in Arabium sinum meridianus omnis permeatur Oceanus,
 sicut plurimis asseveratur exemplis. Nam ejus maximam partem Magni Ale- 621
 xandri sulcavere victoriae. In eodem Arabico sinu constituto Cajo Caesare Au-

divus Augustus] Ridicule erravit, dum Plinium exscriberet, qui «auspiciis Augusti» septentrionalem Oceanum navigatum esse tradit; Tiberii enim expeditionem significari patet, cujus classem Vellejus Paterculus (2, 106) narrat «Oceani sinibus circumnavigatis ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi circumvectam esse», Ancyranum autem monumentum (in Oberlini Tacito T. II, p. 847) jaectat «ab ostio Rheni ad Solis orientis regionem usque ad orbis extrema navigasse, quo neque terra neque mari quisquam Romanorum ante id tempus adierit», quod vereor ne male Ukertus (T. I, P. 1, p. 189) ad Germanici conatus (Tacit. ann. 2, 24) retulerit. Quod autem noster «ad Scythicam plagam ac rigentes undas usque penetratum» scribit, iterum male intellexit Plinium, qui «prospectum tantum aut fama cognitum mare immensum» perlibet.

pergit] Vide ne *vergit* scripserit, ut Plinius «pars tota *vergens* in Caspium mare.»

Seleucus] Patroclis haec expeditio est, quam et alio loco (6, 21) Plinius tangit: «Etenim patefacta est non modo Alexandri Magni armis regumque

qui ei successere, circumvectis etiam in Hyrcanium mare et Caspium Seleuco et Antiocho praefectoque classis eorum Patrocle.» Plura de illo homine dabit Strabo (2, p. 68 sequ. Casaub.).

Maotica] Multos hoc credidisse et Plinius confirmat, sed ut ipse sententiam non proferat. *Ωκεανὸν ἀποὸρῶν* appellat Maximus Tyrius (52, T. II, p. 121 Reisk.). Vide Ukertum (T. I, P. 2, p. 341).

sulcavere] Plinius *lustravere*; sed illo et Virgilius utitur (Aen. 5, 158):

— «*et longa sulcant vada salsa carinae*»
 et Claudianus (VI cons. Hon. 376):

«*Classis ut aurato sulcaret remige fluctus.*»

C. Caesare] De hac C. Caesaris, Augusti nepotis ac filii adoptivi, expeditione Arabica (Dio Cass. 55, 11), Plinius (6, 32) volumina scripsisse tradit et Jubam Mauritaniae regem et Dionysium Characenum «terrarum orbis situs recentissimum auctorem, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit divus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio.»

gusti filio, Hispanicarum navium naufragium et ejectae fragmentorum reliquiae pervenere. Item Hanno, dum Punicum floreret imperium, Mauritaniae circuitu ac dehinc meridiani flexus excursu in Arabiae terminos prolixa admodum navigatione pervenit. Cornelius auctor affirmat, quendam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in Gaditana pervenisse refugia. Caelius Antipater se hominem vidisse confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hispania navigasset; idem Cornelius post captos Indos per Germaniam navigavit.

naufragium] Ita codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis pro *naufragio* in editis. Praestet tamen *naufragia*.

pervenere] Ita codices Reichenauensis et Monacenses (A. C) pro *paruerunt* in editis; Plinius brevius: «signa navium ex Hispaniensibus naufragiis dicuntur agnita.»

Hanno] Cujus etiam nunc periplus exstat Graece. Confer omnino Gosselinum (recherches sur la geogr. system. des anciens P. I, p. 64—102), Saint-Croix (in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. 42), Hugium (in progr. Freib. 1808), Mannertum (Geogr. d. Gr. u. R. T. I, p. 46 sequ.), Ukertum (T. I, P. 1, p. 64 sequ.), Lelewelium (die Entdeckungen der Carthager etc. p. 81 sequ.). Periplum recentissime edidit F. W. Kluge (Lips. 1829).

Cornelius auctor] *Auctor* glossema est. Quod et alibi saepe reperias, ut et in scholio Germanici, in Cancri fabula: «ut Panyasis *auctor* dicit.» GNOT. — Sed ipsius Plinii verba sunt (2, 67): «Praeterea Nepos Cornelius *auctor* est, Eudoxum quendam sua aetate, quum Lathurum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum.»

Eudoxus] Vide Posidonium apud Strabonem (2, p. 98 Casaub.) et Ukertum (T. I, P. 1, p. 141 sequ.).

Caelius Antipater] Confer dissertationes duas in annal. acad. Lugd. Batav. anni 1821.

negotiationis] Hoc recepi e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi, quum et Plinius dicat «commercii gratia»; vulgo minus apte *navigationis*.

Hispania] MS. semper *Spania*. Non male, ita enim saepe veteres, praesertim Graeci. Paulus ad Romanos cap. XV: *ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύδομαι πρὸς ὑμᾶς*; et paulo post: *τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας καὶ θραγιδάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύδομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν*. Quem locum eo libentius adscribo, quod ejus mihi indicium fecerit vir omni studiorum genere clarissimus Fr. Junius, cujus me hospitio felicem judico; ut et illum ex Glossario H. ST. «*Hispania Σπανία*», quem supeditavit amicissimus Meursius, magnae non dicam spei sed rei juvenis. Reperitur et in Scholiaste Juvenal. ad Satyr. XIV, indicante eruditissimo Tiliobroga. Simile est et huic vocabulo *histriculus δαβύρωκτος*, (ut in Glossario legitur), quod Arnobius mutile *striculus* dixit lib. V: «Facit sumere habitum puriorem, et in speciem levigari nondum duri atque striculi pusionis»; ut et Tertullianus de Achille: «patiens certe jam *striculus*», ut emendat Turnebus. Ne quis autem temere *histriculus* emendet in Glossario, sciendum est *histriculum* eadem ratione dici qua *histricem* ab hirtitudine. GNOT. — Samuel Bochartus ipsum *Hispaniae* vel *Spaniae*

DE DIVISIONE TERRAE.

Ostensum puto ambitum superioris terrae permenso in circulum mari **622**
undiquesequus navigatum; nunc ipsius divisionem terrae quantum patitur suc-
cincta insinuatione memorabo. Circulus omnis superae habitabilisque telluris,
sicut plerique testantur, in tres partes est distributus: Europam, Asiam, Afri-
camque, quarum primam atque ultimam interruptio dispescit Oceani. Nam **623**
Atlantici profundi ex Gaditano freto vis intersecans profunda telluris Lybicum
Ibero latus absceidit et confestim se in propinqui maris fluentia diffudit; quippe
a Gaditano ostio in ingressum interioris maris per longitudinem cursus vix

nomen deducit ab Hebraea voce *Saphan*, id est *cuniculus*; unde *Spanya* nihil aliud erit quam *cuniculosa* regio, quod epitheton etiam Catullus carmine XI dat Celtiberiae. CURZA. (Harpoer. p. 63).
— *Spaniam* saepe et Darmotattensis codex praebet pro *Hispania*; immo et Athenaeus (14, 75; p. 657 f. Casamb.) *Σπανίαν* dicit.

post captos Indas] Haud dubie corruptus hic locus est; quid sibi voluerit Martianus, intelligi potest vel e Plinio (3, 67) vel e Pomponio Mela (3, 5 f.), qui haec narrat: «Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior; testem autem rei Q. Metellum Celere[m] adiecit eumque ita retulisse commemorat: quum Gallis pro Consule praecisset, Indos quosdam a rege Baetorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent requirendo cognosse vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos emensosque quae intererant tandem in Germaniae littora exiisse.»

superioris terrae] Id est hemisphaerii nostri, vel ejus partis quae Oceano circumfuso a reliquis dirimatur.

tres partes] Antiquissima haec est distributio, cujus jam Herodotus (4, 45) auctorem ignorare

se profitetur. Fuerunt tamen qui duas tantum partes facerent, Africa vel Europae vel Asiae adjecta. Unde Silius (1, 194):

«Aestifero Libye torquetur subdita Cancro,
Aut ingens Asiae latus, aut pars tertia terris»,
et Lucanus (9, 411):

«Tertia pars rerum Libye, si credere famae
Cuncta velis, at si ventos cochunq[ue] sequaris,
Pars erit Europae.»

Plura dabit Ukertus (T. I, P. 2, p. 280).

dispescit] Sic pro *dissecat* in editis tres antiquissimi Leidenses (Oudend. ad Appul. II, p. 50).

Atlantici] Plinius (3, 1): «Oceanus hoc quod dictum est spatio Atlanticum mare infundens et avido meata terras, quaecunq[ue] venientem expavere, demergens, resistentes quoque flexuoso littorum amfractu lambit» cet.

a Gaditano] Plinius (3 praef.): «Quindecim millia passuum in longitudinem fauces Oceani patent, quinque millia in latitudinem, a vico Mellaria Hispaniae ad promontorium Africae album, auctore Turranio Gracili juxta genito; T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderant, ubi minus, VII millia passuum, ubi vero plurimum, X millia. Tam

quindecim passuum millia numerantur, latitudo vero, ubi angustior quinque, ubi diffusa septem, ubi prolixior decem millibus explicatur. Hinc defluxere per diversos sinus subsidentesque campos tot maria, tot fragores, et quantum
 624 per diversa aequora tumescit. Undarum vero illa proruptio interfluentis Oceani laeva Europam facit, Lybiamque dextra, et montibus utrinque concluditur. Nam ab Europa Calpe, Africa Abyla monte despicitur, qui utrinque prominentes dici
 625 columnae Herculis meruerunt, quod testimonio vetustatis laboris Herculei limes in illis sit consecratus; siquidem ultra eum progredi consumtae telluris invia prohi-
 626 bebant. Denique etiam hoc de ejus sacrae virtutis possibilitate persuasum, quod, quum antea natura terris maria dispararet ac tanto cingi circuitu firmaret Oceani, montium effossis radicibus divulsoque confinio camporum devexis lacunisque terrarum improvisum pelagus in usum impigrae mortalitatis
 626 admisit, permutans orbis faciem naturaeque discrimina. Hoc igitur freto laevorsum Europa distenditur usque in Tanais fluminis gurgitem, a quo inchoans Asia Nili itidem alveo limitatur; qui quidem Nilus eandem Africamque disrum-

modico ore tam immensa aequorum vastitas panditur.

despicitur] Darmstattensis codex *dispicitur*, sollemni confusione; neque opus est lectione ab Oudendorpio (ad Appul. II, p. 49) proposita *dispericitur*, quia sensus hic est, *fretum* utrinque a montibus *despici*, id est montes ei ab utroque latere imminere, unde *despici* possit. Ceterum de columnis Herculis omnia pervulgata nec montium nomina variant; quare absurda est lectio, quam a Grotio jam in margine notatam in Reichenauensi quoque codice inveni, *ab Aethna pro Abyla*.

testimonio] MS. *testimio*, sed male; nisi ita sumas, ut *ἀρχαϊκῶς* dixerit ea forma, qua *contumias* supra et Festus *aestimia*. Gaor.

effossis] Plinius: *creduntque perfossas* exclusa antea admisisse maria et rerum naturae mutasse faciem. Mela (1, 5): *Herculem junctos olim per-*

petuo jugo diremisse colles, atque ita exclusam antea mole montium Oceanum ad quae nunc inundat admissum. Ceterum quod antecedebat in editis *praedictorum*, quum ab antiquissimis codicibus abesse testetur Oudendorpius (ad Appulej. I, p. 54), omisi.

impigrae mortalitatis] Recepi lectionem jam a Grotio in margine notatam atque ab Oudendorpio e codicibus Leidensibus commendatam (ad Appul. I, p. 54), Monacensibus quoque addicentibus; valgo *immortalitatis*.

Tanais] Hanc jam Herodotus (4, 45) nonnullos Europae confinium facere narrat, licet ipse Phasin malle videatur; postea magis magisque ea opinio invaluit, unde et Dionysius (*περὶ ηγ. 661*): *Ὅτε καὶ Ἐὐρώπην ἀποτέμνεται Ἀβίδος αἴης.*

Confer omnino Strabonem (4, p. 65 Casaubon.):

pens telluris complexum intersecat multitudine fluviorum. Europam tamen terminari Propontidis faucibus dixere quam plurimi, quae Propontis per angusta descendens ad Maeotidem quoque perfertur.

DE HISPANIA.

Europae tamen principium inchoamentique limen Hispaniae contri- 627
butum, fertili frugum opimaeque provinciae, metallorum auriue fetura, minii, marmoris, gemmarumque muneribus praedicandae; quae quidem, quod Iberi fluminis interrivata tractu, amnis sui meruit cognomentum. Cujus illa

τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν ἀντάς, τῷ τε Νεῖλῳ καὶ τῷ Ταναΐδι, νήθους ἀποφαινοντας, τοὺς τε τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Καβπίας καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης καὶ τῷ μεταξὺ τῆς ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ ἐκρήγματος: et Appulejum (de mundo p. 303. 304 Oud.): «in divisione terrarum orbis *Asiam* et Europam, et cum his, sicut plures, Africam accepimus — *Asia* ab angustiis Pontici maris, usque ad alias angustias, quae inter Arabicum sinum et interioris ambitum pelagi jacet, constringiturque Oceani cingulo — quidam ab exordio Tanais usque ad ora Nili *Asiae* terminos metiuntur.»

Nilus] Strabo (1, p. 53 Casaub.) tamen «elegantiores sinum Arabicum commodiorem finem habere ait quam Nilum, siquidem ille propemodum ab uno mari ad alterum omnino penetret, Nilus ab Oceano multis partibus longius absit»; qui enim primi Nilum finem fecerant, et ipsum et Tanaim Phasinve ex Oceano defluere opinati erant.

Propontis] Mela (1, 1): «Ubi primum se coarctat, Hellespontus appellatur; Propontis, ubi expandit; ubi iterum pressit, Thracius Bosphorus; ubi iterum effundit, Pontus Euxinus; qua paludi committitur, Cimmericus Bosphorus; palus ipsa Maeotis; hoc mari et duobus inclitis amnibus, Tanai et Nilo,

in tres partes universum dividitur.» Adde Strabonem (2, p. 124. 125 Casaub.).

angusta] Sic scripsi e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi eque margine libri Norimbergensis pro *angustum*, quod Grotius de suo dedisse videtur, quum anteriores editiones *angustam* haberent.

opimae] Confer inprimis Solinum (polyhist. 25) et Justinum (44, 1): «Hinc temperato calore, inde felicibus et tempestivis imbribus in omnia frugum genera fecunda est, adeo ut non ipsis tantum incolis, verum etiam Italiae urbiue Romae cunctarum rerum abundantia sufficiat. Hinc enim non frumenti tantum magna copia est, verum et vini, mellis, oleique; nec ferri solum materia praecipua est, sed et equorum pernices greges; nec summae tantum terrae laudanda bona, verum et abstrusorum metallorum felices divitiae. Jam lini spartique vis ingens; minii certe nulla feracior terra.» Unde simul apparet falsam esse codicum Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis utriusque lectionem *miri* pro *minii*; vide et Salmasium (ad Solin. p. 267). Gemmas Tagum ferre Mela (3, 1) auctor est. Plura dabit Ukertus (T. II, P. 1, p. 325 sequ.).

amnis sui] Nimirum ut *Iberia* appellaretur; vide Ukertum (T. II, P. 1, p. 255).

portio, quae Atlantico confinis oceano in Gaditani freti littus excurrit, Baetica perhibetur, etiam ipsa vocabulum proprii fluminis nuncupatione sortita; quae ab Urcitano fine, qua citerior meat, Tarraconensis dicitur a Tarraconensi urbe, quam Scipiones condidere; nam Poeni fundavere Carthaginem, con-
 628 ditas ubicunque urbes amico sibi nomine praesignantes. Sed praedictum latus a Pyrenaeis jugis in aliam provinciam dissecatur; siquidem Baeticae a septentrionali confinio Lusitania sociatur, cui nomen fabula a lusu Liberi patris vel cum eo bacchantium sociavit. Haec quoque cognominis sui fluvio per-
 629 meatur, licet eam Tagus quoque arenis illustret auratis. Ulissipone illic oppidum ab Ulyse conditum ferunt, ex cuius nomine promontorium, quod maria terrasque distinguit; nam ab ejus ambitu inchoat mare Gallicum, et facies septentrionalis Oceani; Atlanticus vero et occiduus terminatur Oceanus,

Urcitano] Urce urbs est Tarraconensis Hispaniae Ptolemaeo. GROT.

Scipiones] Vide Polybium (3, 76). Ceterum condidere dedi e codicibus Darmstattensi, Reichenaensi, et Monacensi (C) pro condiderunt.

Pyrenaeis] Ita Monacensis (A) pro Pyrenaei quod in editis erat.

lusu Liberi] Plinius: «a Lusi et Lysia Liberi patris»; sed et ibi Helenius lusu et lyssa legit. GROT. — In Plinii (3, 3) editionibus nunc legitur: «Lusum enim Liberi patris aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniae et Pana praefectum ejus universae», hac Harduini nota addita: «Varro nngatur, si a lusu seu lusione, quae vox Latina est, jam tum Bacchi aevo Lusitaniam cognominatam velit, aut a λύσσα, quae vox rabiem sonat. Sic tamen Martianus accepit.»

cognominis sui fluvio] Hunc quem intelligat, non perspicio.

auratis] Unde Ovidius (met. 2, 251):

«Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum»,

et Silius (1, 155)

«Auriferi Tagus adscito cognomine fontis.»

Plinius quoque alio loco (4, 35): «Tagus auriferis arenis celebratur.»

Ulissipone] Codex Reichenaensis *Olissipone*, ut et in lapidum titulis est (vide Cellarium geogr. antiqu. T. I, p. 70 et Ukertum T. II, P.1, p. 304), pluribusque in codicibus exstare Wesselingius (ad Itiner. Ant. p. 416) prodit; sed vulgatam mutare nolui, ut originationis causa ne dispareret, quam Solinus quoque (c. 23) prae se fert.

promontorium] Plinius (4, 35): «Excurrit deinde in altum vasto cornu promonterium, quod alii *Artabrum* appellavere (vide §. 611), alii *Magnum*, multi *Olissiponense* ab oppido, terras, maria, coelum distermians. Illo finitur Hispaniae latus et a circuitu ejus incipit frons; septentrio hinc oceanusque *Gallicus*, occasus illinc et oceanus *Atlanticus*.»

qui tum Hispaniae limitatur excursibus. In ejus quoque confinio equarum fetura ventis maritansibus inloscit, volucres proli cursus, ipso spirante Favonio. Verum Baetica cunctas ubertate fecunditatis provincias antevenit; quae 650 quidem habet juridicos conventus duos, Gaditanum et Cordubensem, oppida centum septuaginta quinque, habitantium multitudine frequentata. Eadem 631 vero longitudinis dimensione distenditur a Castulonis oppidi fine in Gaditanum oppidum, ducentis quinquaginta millibus amplior aestimatur; latitudo quoque in ducenta viginti quatuor millia excurrit. At universa provincia habet con- 632 ventus septem, Carthagiensem, Tarraconensem, Caesaraugustanam, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum; civitates vero praeter insulas

equarum] Varro (de re rustica. 2, 1, 19; p. 263 Gesn.): «In fetura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad Oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olysippo, monte Tagro, quaedam e vento concipiunt certo tempore equas — sed ex his equis qui nati pulli, non plus tricennium vivunt. Unde Silius (3, 379):

*«Hic adeo, quum ver placidum flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos grex perstat equarum,*

Et Venerem occultam genitali percipit aura.»

Idem Virgilius (georg. 3, 275) Bithyniae loco tribuit, ubi vide Heynium. Adde Columellam (6, 27, 4), Plinium (4, 33 et 8, 67), Solinum (c. 25), Oppianum (cyneg. 3, 558), Justinum (44, 3), qui tamen fabulam esse ait ex equarum fecunditate et gregum multitudine natam, qui tanti in Gallaecia et Lusitania et tam pernices visantur, ut non immerito vento ipso concepti videantur.

Baetica] Confer imprimis Strabonem (p. 142 sequ. Casaub.).

conventus] V. Plinium. De conventu Tarraconensi exstat haec inscriptio: **M. ACILIO Q. F. Q. VED. PROCURAT. CAESARUM CONVENTUS TARRACON.** De Asturum conventu illa:

**GENIO
CONVENT
ASTURICENSIS.**

Grot.— Confer Gruterum (inscr. 110, 6). De conventu juridico in universum videndus Ernestius (in clavi Cicar.).

universa] Imperite haec Martianus descripsit ex Plinio (3, 4), quasi ad universam Hispaniam vel certe ad Baeticam antecedentem pertineret, quum jam de Hispania citeriore sive provincia Tarraconensi sermo sit. Fortasse tamen sententiarum ordo confusus est itaque restituendus, ut inferiora verba inde a «tenditur autem» usque ad «latitudinis excrementum» ante «at universa» inserantur; nam quae infra de Agrippae errore sequuntur, ex Plinio (3, 3 f.) apparet ad ulteriorem potius Hispaniam pertinere. Ceterum Plinium secutus servavi in sequentibus *Lucensem*, licet codices Darmstatis et Reichenauensis praebeant *Lucrensom*, quam Grotius quoque in margine lectionem notavit; *Monacensis* (C) adeo *Lucrensensem*, quod tamen *διτρογασπις* originem debere videtur.

civitates vero] Verba quae in editis sequuntur «in Hispania» delevi auctoritate codicum Mo-

atque alias contributas ducentas nonaginta quatuor tota complexione dinumerat. Tenditur autem per longitudinem, quantum Agrippa dinumerat, millibus quadringentis septuaginta quinque, latitudine ducentis viginti quatuor, quum fines Carthaginem usque protenderet, quae opinio Agrippae non exiguum admittit
 653 errorem. Nam Hispania omnis citerior a Pyrenaeo in Castulonis finem per sexcenta septem millia longitudine protrahitur, cuius ora paulo amplior aestimatur; latitudo autem a Tarracone ad littus Jarsonis trecentis septem millibus invenitur, a radicibus Pyrenaei, ubi utriusque maris propinquitate concluditur; nam paulatim diffusior adjacet in latitudinis excrementum.

DE MONTE PYRENAEO ET PROVINCIA NARBONENSI.

654 Idem igitur Pyrenaeus ex alio latere Galliarum finibus admovetur, a cuius radicibus quidquid interjacet usque Rhenum, et item inter Oceanum et montes Gebennam et Juram, Gallicis regionibus attributum. Narbonensis

nacensis (C), Darmstattensis, et Reichenauensis. Sed iterum Plinium male intellexit, dum provinciae praeter contributas civitates CCXCIV tribuit; Plinii enim verba haec sunt: *Accedunt insulae, quarum mentione seposita, praeter civitates contributas aliis ducentas nonaginta quatuor* provincia ipsa continet oppida centum septuaginta novem. *Contributae autem sunt, quae Graece συντελοῦσθαι εἰς ἄλλην πόλιν* appellantur.

sexcenta septem] Editi *septuaginta pro septem* habent; sed nostra lectio non solum margini Grotianae codicibusque Monacensibus (A. C) et Darmstattensi, sed Plinio etiam (3, 3, 4) conformis est. Praeterea ex anterioribus editionibus restitui *protrahitur*, quum Grotius *protrahit* edidisset.

Jarsonis] In Plinii plerisque codicibus *Olarsonis*. Grot. — *Οιαβὼ πόλις* est Ptolemaeo l. 2, c. 6 in Vasconum oppidis maritimis: nunc pagus *Oiarço*, leucis a Fontarabia duabus. Martiano *Jarso* dicitur.

Et promontorii nomen est *Olarso* in Oceanum profecti, quo finitur Hispania, inquit Mariana l. 4. hist. c. 2, p. 3. HARD. (ad Plin. 4, 29, 34 n. 5). — Alios *Gersonis* legere Grotius notavit in margine; in codicibus nihil subsidii inveni.

quidquid interjacet] Eosdem Galliae fines tribuit Suetonius (Caes. 25), quam ait *a saltu Pyrenaeo Alpiusque et monte Gebenna, fluminibusque Rheno et Rhodano contineri*.

Gebennam] Habet eadem Mela lib. 2, c. 5. *Gebennam* quoque Caesar lib. 7 bell. Gall. p. 81. *Gebennas* vocat Lucanus l. 1, v. 435; et *Gebennicos* montes Mela. *Galli les monts des Cevennes*. HARD. (ad Plin. 3, 4; not. 7) — Codicum lectiones variant, siquidem Monacensis (C) *Gabennam*, Darmstattensis *Uegennam*, margo Norimbergensis *Gehennam* exhibet; sed mutatione non egemus.

Juram] Ita Plinius; MS. *Duris*, forte *Juris*, ut in Solini antiquis codicibus. Ptol. *ιορράβος*:

autem provincia appellatur, quae interno mari alluitur; haec Braccata antea dicebatur, quae ab Italia jugis Alpium atque ante Varo discernitur, cujus longitudo, sicuti Agrippa dimensus est, trecenta septuaginta millia passuum, latitudo autem ducenta quadraginta octo. In hac provincia Rhodanus fluvius ex Alpibus veniens per Lemannum lacum meat, et causas fertilitatis importat terrae germinibus ac fecundis, cujus ora diversis nominibus appellata; nam Hispaniense unum, alterum Metapinum, tertium, quo plenior meat, Massalioticum nuncupatur. Provincia viris, opibus, frugibus memoranda; unoque transcurrenda piaculo, quod illic fas fuerat hostias humani generis immolare.

DE ITALIA.

Sed post Alpium montes, qua facies prominentis naturae ortivi Solis

GAOR. — Apud Plinium et Jura: sed MSS. omnes et Jurbus. Mela l. 2, c. 15 non Juram montem, sed Lemannum lacum finem statuit Narbonensis provinciae. Jura pro locorum diversitate varia sortitur nomina *le Joux, le mont St. Claude, le Credo*, cet. HARD. (ad Plin. 4, 4, 5; n. 8).

Braccata] Sic scripsi e Plinio; codices Reichensdantensis, Darmstattensis, Monacenses (A. C) *braccata*, quod eodem redit; edidi male *brackata*. Nominis origo a fensoralibus nota est.

quadraginta octo] Grotius addidit *constinet*, quod tamen quum et ab anterioribus editionibus et a codicibus Reichenauensi et Darmstattensi absit, omisi.

Lemannum] Locanum:

«Deservere cavo tentoria fixa Lemanno.»

GAOR. — De scriptura nominis vide ibidem Cor-tium (ad Lucan. 1, 386).

fecundis] Forte *fetibus*, si glossarum expositiones sequamur. Ego malim *fecundat*. GAOR. — Praefero emendationem *fetibus*: nisi malis *fetibus*, ut alibi saepissime, vel, quia rarior vox corruptioni causam dedit, *pecudis* sive *pecudibus*. Or-

dend. (ad Appul. I, p. 550). — Quodsi corrigendi licentia data esset, multo facilius locus emendaretur deleta copulativa *ac*; at haud scio an *fecundis* ex abbreviatura natum sit pro *fecunditatis*.

Metapinum] Sic haec omnia et Plinius. GAOR. — Variantem lectionem *Alpinum*, quam margini Grotius adscripsit, commemorasse sufficiat.

Massalioticum] Codex Reichenauensis *Massalioticum*, sed Graecam formam servavi, quam et Plinius habet: «Libyca appellantur deo ejus ora modica — — tertium idemque amplissimum Massalioticum.»

opibus] Codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Monacensis uterque praebent *oppidis*, quam lectionem et Grotius in margine notavit; sed retinui vulgatam, quia apud Plinium est: «agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda.»

humani] Mela (3, 2; p. 50 Voss.): «Gentes superbae, superstitiosae, aliquando etiam immanes adeo, ut hominem optimam et gratissimam diis victimam caederent.» Adde et Solinum (c. 21).

illuminatione perfunditur, inchoat atque descendit Italia longe ante alias omnes
 637 laudibus veterum in urbis Romae gratia praedicanda. Cujus principium Li-
 gures tenent; dehinc quae ubertate soli sacrata occupavit Hetruria regio, tam
 indigetis Aeneae foedere, quam remediorum origine atque ipsius Tagetis ex-
 aratione celebrata; Umbri mox, Latiumque atque ostia Tiberina dehincque
 ipsa caput gentium Roma, armis, viris, sacrisque, quamdiu viguit, coeliferis
 638 laudibus conferenda; haec a mari sexdecim passuum millibus disparatur. De-
 hinc littus in Volscorum nomen sortemque concessit; mox Campania, Picen-
 tesque, ac Lucanum littus Brutiumque conjungitur; cujus promontorium in
 meridiem austrumque respectans in mare procurrit laevaue alia interioris
 sinus fluenta complectitur, ut si a primis Alpibus dextrum latus et prolixi
 montis brachium contempleris, prominentias utrinque componens theatrum
 quoddam spectare videaris undarum. Lunata quippe et quodam hemicyclio
 in promontorium memoratum circumfertur Italia; denique ab ipsis Gadibus,
 qua se fauces freti interfluentis aperiunt, in Brutium sinum, qui est primus
 639 Europae, emissa maria conquiescunt. Interior vero tellus, quae in superum
 mare Boreamque profertur, Graeciae ora, Salentinis, Pediculis, Apulis, Pe-

ortivi] Ita codices Darmstattensis, Reichensau-
 ensis, et Monacenses (A. C) pro *ortuum* in editis.

perfunditur] Sic codices Monacenses (A. C) pro
profunditur in editis. Mox expuli quod Grotius
 nescio unde intruserat *sola* post *Italia*, quum in
 meis quoque codicibus non exstet.

in urbis Romae] Aut *in* superfluum, aut pro
gratia scribendum *gratiam*; sed codices nihil variant.

ubertate soli] Grotius *Soli* scripsit, quasi *Soli*
 sacrata fuerit Hetruria, sed hac de re nihil constat;
 malui igitur *soli* ubertatem jungere.

Tagetis] Vide supra (ad §. 157). Pro *remedio-*
rum vereor ne *religionum* legendum sit.

sexdecim] Alii XV. Gaor.

Picentes] Rectius *Picentinos* dixisset; vide Cel-
 larium (T. I, p. 889).

Lucanum littus] Salmasius (ad Solin. p. 37) in
 antiquis esse *latus* tradit, idque et Reichensauensis
 et Darmstattensis codices praebent, mutare tamen
 nolui, quia *littus* in Volscorum cet. praecessit.

laevaue alia] Alios *ala* legere Grotius in mar-
 gine notavit.

qui est primus] Quatuor enim cum Plinio (3, 4)
 praecipuos mediterranei maris sinus numerat, quo-
 rum primus a Calpe Hispaniae extremo, ut dictum
 est, monte Locros et Brutium usque promontorium
 immenso ambitu flectitur.

superum] Id est *Adriaticum*, ut *Tyrrhenum* in-
 feram. Vide Cellarium (p. 636).

lignis, Istris, Liburnis, et ceteris populis obscurioribus habitatur; laevorsum quoque se flectit, et item duobus promontoriis peltae Amazonicae formam reddit; dextro cornu Leucopetram tendens, laevo Lacinium. Unde quum longa sit ab Alpibus Praetoriae Augustae per urbem Capuam et Rhegium oppidum absque recurvo flexu decies centena et viginti millia passuum, nusquam vero trecenta latitudo ejus excedit. A solo igitur Italico Liburnia Istriaque discretae sunt centenis millibus passuum, quod distat ab Epiro et Illyrico quinquaginta millia, ab Africa intra ducenta millia, ut Varro commemorat, ab Sardinia centum viginti, a Sicilia mille quingentis, a Corsica minus octoginta, ab Issa quinquaginta. Verum 640 omnis Italiae circuitus tenditur vicies centena quadraginta novem millia; ejus umbilicus in agro dicitur Reatino; angustior plurimum est ad portum quem Hannibalis castra dicunt; nam vix ibi viginti millia passuum lata est. Verum Italia etiam Pado flumine memoranda, quem Graecia dixit Eridanum; hunc

peltae] Hoc quoque et quae sequuntur ex Plinio (3, 6): «Est ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior quam latitudine; in laeva se flectens cacumine, et *Amazonicae* forma desinens *parmae*, ubi a medio excursu Cocinthus vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, *Leucopetram* dextra, *Lacinium* sinistra.» *Parma* enim Latine quod *πέλιτη* Graece. Amazonibus pariter tribuit Ovidius (ex Pont. 3, 1, 96):

•Nec tibi Amazonia pro me sumenda securis,
Aut excisa levi pelta gerenda manu.»

Formam peltae videas apud Caryophilum (de clyp. p. 55), Seguinum (num. p. 25), Passerium (de lucern. II, 97), et in museo Florentino (II, 32. 33).

millibus passuum] Sic codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis; vulgo *passibus*.

octoginta] Sic dedi e Plinio et margine Grotiana pro *septuaginta* in editis, licet alioquin corrupta sit lectio marginis Grotianae *Corcyra* pro *Corsica*.

Issa] Ita et Plinius. Urbs est in Lesbo. Item

insula in mari Adriatico adjacens Dalmatiae. Hinc Issicus sinus, Ptol. tab. 4. Asiae, et Herodot. I. 3: *κατὰ τὸν Ἰσθμικὸν καλούμενον κόλπον*. Grot. — Confer Strabonem (2, p. 124 init. Casaub.).

vicies] Sic codices Monacenses (A. C), Reichenauensis, et Darmstattensis, non *vigies*, ut in editis.

umbilicus] Plinius (3, 17): «In agro Reatino Cutiliae lacum, in quo fluctuet insula, Italiae umbilicum esse M. Varro tradit.» Martianus tamen hic et in sequentibus Solinum potius (polyhist. 2, 23) ante oculos habuisse videtur.

viginti] Sic Grotius edidit nec ego mutare ausus sum, ne temere mutasse quidquam viderer, licet a codicibus maximam commendationem habeat *centum triginta*, quod jam Grotius in margine notavit praebentque Monacenses (A. C) et Darmstattensis; sed apud Solinum est *quadraginta*, apud Plinium (3, 10, 15) *viginti*, quem quum noster et infra (§. 649) sequatur, sibi ipsum repugnantem facere nolui.

amnem mons Vesulus inter montes Alpium elatior gignit fonte mirabili, qui in Ligurum finibus flumen creat, ac dehinc fluvius mersus in penita telluris in parte agri Vibonensis emergit, canis ortu diffusior. Nam solutis Alpium nivibus, flagrantia Solis aestivi exuberat: ultra gurgitis ripas, nullique gloriae nobilium annium cedens, triginta receptis fluminibus, Adriaticum mare magna 641 opimus granditate perfundit. Cetera Italiae memoranda nec poëtae tacent, ut Scyllaeum oppidum cum Crataeide flumine, quae Scyllae mater fuit, Charybdisque voraginem ac vertiginem tortuosam; Paestana rosaria, scopulos Sirenarum: in Campaniae amoënis antiquitus nemora, Phlegraei dehinc campi,

Vibonensis] Hoc e Solino et margine Grotiana recepi, nec reliquis codicibus refragantibus, qui *Bibonensis* praebent sollemni confusione (vide ad §. 25). Vulgo *Vibienis*, unde Salmasius (ad Solin. p. 84) *Vibiensis* scribendum coniecit, a *Foro Vibii*; Vibonensem enim agrum in Italia nullum esse nisi qui a *Vibone Valentia* dicatur.

opimus] Lectio in Norimbergensis libri margine notata *opum*; male, licet *opimitas* fluvio neutiquam apte tribuatur.

Crataeide] Ovidius Scyllam Crataeide natam refert, et Homerus dixit:

«Κραταίων μητέρα σκόλλης.»

Substituenda itaque hoc loco MS. nostri lectio *Crataeide flumine, quae Scyllae mater fuit*. Gnor. — In editis enim erat *qui Scyllae pater*; sed Grotiano codici accedunt Monacenses (A. C) et Darmstatten-sis. Confer Homerum (Odyss. 12, 85 et 124) praeterea Salmasium (in Solin. p. 82) virosque doctos ad Ovidium (T. II, p. 916 Burm.). Lectionem *Siletum* pro *Scyllaeum* margini Grotianae adscriptam, et *Grateide* pro *Crataeide* in codicibus Monacensibus commemorasse sufficit.

rosaria] Certatim a poëtis inde a Virgilio (georg. 4, 119) *biferi rosaria Paesti* celebrantur. Propertius (4, 5, 59):

«Vidi ego odorati victura rosaria Paesti.»
Martialis (12, 31):

«Prataque nec bifero cessura rosaria Paesti.»
Columella (de re rust. 10, 37):

«Nascantur flores Paestique rosaria gemment.»
Ausonius (idyll. 14, 11):

«Vidi Paestano gaudere rosaria cultu.»

Campaniae] Salmasius (p. 83) locum hunc e Solino ita refingi vult: «hinc Campaniae amoënis-simi tractus, Phlegraei cet., temere sane, quum nihil codices variant, nisi quod pro *nemora* alios *Numeria* legere margini Grotius adscripsit. Ceterum de Campaniae amoenitate vide Plinium (3, 9), Dionysium Halicarnassensem (1, p. 92 Reisk.), Polybium (3, 91), Strabonem (5, p. 242 Casaub.), et Florum (1, 16).

Phlegraei] Plinius (18, 29, 1): «Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus, quae Laboriae vocantur, quem Graeci *Phlegraeum* appellant. Finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis et quae a Cumis Capuam ducit. Adde Polybium (2, 17) et de nominis origine Diodorum Siculum (4, 21. 5, 71) et Apollodorum (2, 7, 1) cum nostra nota superiori (ad §. 425).

habitationeque Circeia Terracina, prius insula nunc juncta; Rhegium, quae ab Sicilia continenti separata, atque in compensationem connexae telluris in insulam religata; Formiae etiam Laestrygonum habitatione famosae.

DE CONDITORIBUS URBIUM.

Hoc loco possem etiam urbium percurrere conditores, ut a Jano Janiculum, a Saturno Latium, a Danae Ardeam, ab Hercule [Herculanium ad

insula] Male Solinum auctorem secutus ad Terracinam retulit, quae Plinius (3, 9) rectius de Circejis refert, quondam insulam immenso quidem circumdatam mari fuisse, et post annum demum CCCCXL urbis Romae maris vel alluvie, vel quod praefert (2, 87) recessu Italiae accessisse.

Rhegium] Vide vero sitne intempestiva Rhegii in his Capellae mentio. Quid enim Rhegium ad Terracinam? Ego, quum MSS. *juncta* vel *conjuncta regioni* legant, tentabam: prius insula, nunc juncta regioni, cujus Sicilia continenti separata; sic enim probro alveo oratio decurret. WESSLING: (ad Itiner. Ant. p. 491). — Lectionem *regioni* jam Grotius margini adscripsit praebetque et codex Monacensis; sed Rhegii mentione carere vix possumus, quod Solinus quoque cum Terracina comparavit. Vide omnino Strabonem (1, p. 60; 5, p. 250), Apollodorum (2, 5, 10), Justinum (4, 1) quaeque docti interpretes ibi attulerunt.

religata] Martiani verba sic sunt legenda: «Terracina prius insula nunc conjuncta: Rheginique a Siciliae continenti separati, eaque in compensationem connexae telluris in insulam relegata.» Hunc locum partim conjectura, partim librorum auctoritate ita correximus, quum vulgo corruptissime editus sit. Dicit Terracinam prius insulam, postea conjunctam et continenti annexam; in cujus rei compensationem Siciliam, quae ante continens erat, in

insulam relegatam, Rheginosque ab ejus continente separatos. Eleganter *conjunctam* terram opponit insulae. *Conjuncta* idem est quod *continens* vel *continua*. Ovidius:

«*Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt.*» —

nam continens aut continua terra est nullo mari interrupta. SALMAS. (ad Solin. p. 83) — Vellem indicasset Salmasius, quid e codice, quid ex ingenio petierit; sic tutissimum fuit nihil in textu mutare, licet fatear *relegata* mihi unice verum videri; reliquos errores haud scio an ipsi Martiano potius tribuerim.

conditores] Hos quoque ex Solino (polyhist. 2, 5) sumsit, quocum Isidorum (etymol. 15, 1, 50 sequ.; p. 181 Arev.) conferre licet.

a Jano] Noti sunt Virgilii (Aen. 8, 337) versus: «*Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:*

Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.»

Latium] Virgilius (Aen. 8, 322):

— — «*Latiumque vocari*

Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.»

Unde et Herodianus (1; 16).

Danae] Ita restitui, antea ubique *Dane* legabatur. Grot. — Sollemni scilicet literarum E et AE confusione. Ceterum hoc quoque ex Virgilio (Aen. 7, 410):

— — «*quam dicitur urbem*

GG *

radicem Vesuvii, a quo haud procul] Pompejos, quum boum pompani duceret Iberorum, ex cuius laboribus in Liguria campi Lapidarii sunt appellati, quod ibi eodem dimicante saxis ferunt pluvisse coelum; idem etiam Ionio nomen dedit; nam Ionem Naulochi filiam obsidentem vias latrocinaliter interemit. Iapygas Iapyx Daedali filius condidit, Coram Dardanus; Agyllam Pelasgi, Tibur Catillus praefectus classis Evandriae. Parthenope dicta ab

Acrisioneis Danae fundasse colonis,

Praecipiti delata noto; locus Ardea quondam.

Herculanium] Quae hic uncis inclusa sunt, dubitare licet, num Martiani sint. Absunt enim tam a Solino et Isidoro, quam ab antiquis codicibus (Salmas. ad Solin. p. 57) meisque Monacensibus (A. C), Reichenauensi, et Darmstattensi. De ipsa tamen nominis origine constat e Dionysio Halicarnassensi (1, 44; p. 111 Reisk.), cuius haec verba sunt: *Ἡρακλῆς δὲ . . . πολίχνην ἐπώνυμον αὐτοῦ κτίσας, ἐνθα ὁ στόλος αὐτῶ ἐναυλοχεῖτο, ἢ καὶ νῦν ὑπὸ Ρωμαίων οἰκουμένη, καὶ Πομπηίας ἐν μέσῳ κειμένη Νεαπόλεως τε λιμένας ἐν παντὶ καιρῷ βεβαίους ἔχονσα κ. τ. λ.* De Pompejis autem praeter Solinum et Isidorum vide Servium (ad Virgil. Aen. 7, 662).

Lapidarii] Inter Massiliam et Rhodani ostia, Strabone teste (4, p. 182), quem omnino vide.

quod ibi eodem] In Palatinis schedis lectum mihi est *quod Jovi eo dimicante*, quomodo et Vinetus in suis, et clarissimus Mercerus invenerunt; quam lectionem puto factam ex corrupta *ivi pro ibi*, ut recte habent optimi duo Regii, qui et *pluvisse* legunt *ἀρχαϊκῶς* pro *pluisse*. SALMAS. (ad Solin. p. 58) — Recepti *ibi* vulgo omissum, et *pluisse*, quod etiam Oudendorpius (ad Appulej. I, p. 311) in antiquissimis codicibus legi testatur.

Ionio] Editur quidem passim apud Martianum idem *Ioniae nomen dedit*, sed omnia scripta ejus exemplaria legunt *Ionio*. Aliud voluit Solinus:

regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia. Ionium ab Ione Italo, alii ab Ionio Illyrio, inquit Stephanus, dictum volunt. Servius Ionium istum insulae regem fuisse dicit contra Illyricum. Nihil hoc ad Ionicam regionem. Praeterea quis ille *Naulochus*, cuius filia Ione, vel ut alii libri appellant, *Aulochus*? In scriptis libris Martiani Capellae dicitur *Autochus*; posset esse *Ἀυτοκλος*, ut *Οἶνοκλος*, *Ἄνδροκλος*, melius tamen scribi putem *Autolyxi filiam*, qui fur insignis ex fabulis notus et filiam sibi similem habuit Ionem procaciter vias insidentem. Adhuc tamen haesitamus in Ionica regione. Quid si *Chonica* scripserat Solinus et *Chone*? SALMAS. (ad Solin. p. 58). — *Ionio* pro *Ioniae*, quod jam Grotius margini adscripsit, dedi e codicibus Reichenauensi et Darmstattensi; *Autocli*, quod idem in margine legere alios notavit, recipere audacius duxi, quum in his juxta eum ignorantissimis caligem. *Naulochum* Siciliae oppidum habes apud Suetonium (Oct. 16).

Agyllam] Quae ab Etruscis postea *Caere* dicta est; vide Cluverium (Ital. ant. T. I, p. 489 sequ.).

Catillus] Unde *moenia Catili* apud Horatium (Od. 1, 18, 2). Adde Virgilium (7, 670) cum excursu Heynii (T. III, p. 151).

pignus asserunt] Huc refer illos Vergilii versus: *Nec Praenestinae fundator defuit urbis
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inventumque focus omnis quem credidit actas,
Caeculus.* — —

Sirenis sepulcro hoc nomine vocitatae, quae nunc Neapolis appellatur; Praeneste ab Ulyssis nepote Praeneste, licet alii velint Caeculum conditorem, quem pignus asserunt fuisse flammaram. Arpos et Beneventum Diomedes, Patavium Antenor, Pylis Metapontum condidere; sed nil mea interest origines urbium perscrutari.

DE INSULIS TYRRHENI MARIS.

Nunc quoniam continentis terrae limes interfluentis freti coercitione distinguitur, non alienum est inter fluentia emergentes terras, quae quod in salo sint insulae vocitantur; praesertimque nobiles commonere. Neque enim morosa debet esse percursio. Transeo itaque Pityusas a silva pinea memoratas, quae nunc Ebusus appellatur, in confinio Carthaginis novae, Baleares etiam duas, Colubrariam, et quas Gymnasias Graeci dicunt, vel Caprariam naufragalem; in Galliae quoque ora in Rhodani ostio Metina, mox quae Blascorum

Explicat et hunc locum Solinus, qui de Caeculo loquens ait: «quem juxta ignes fortuitos invenerunt Digitiorum sorores»; m. *fortuito*. Digitii autem sunt *δάκτυλοι ἰθαῖοι*. Nisi digiti malis quod propius ad Graecum accedit. Sic Cicero de N. D. de Hercule: «Tertius est ex Idaeis Dactylis» MS. Cicero habet *Digitis*. Grot. — Vide imprimis Servium ad Virgilii locum (Aen. 7, 678) et Mythographos Vaticanos (p. 29 et 136 Bode).

Beneventum] Vel potius *Maleventum*, Stephano quoque teste (p. 76 Xyland.): *Βενέβεντος χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ· οἱ δὲ ὅτι κτῆμα Διομήδους, ἣ καὶ Μαλοεντός ἐλέγετο*. Confer et Plinium (3, 16): «Hirpinorum colonia una Beneventum, auspiciatus mutato nomine, quae quondam appellata Maleventum.»

quod in salo] Festus quoque (p. 192 Dac.) hoc etymon prodit. Adde Isidorum (etym. 14, 6, 1; p. 170 Arv.).

silva] Plinius (3, 11) «a frutice pineo»; sed *silva* nonnunquam pro *frutice* ponitur (Salmas. ad Solin. p. 279).

Gymnasias] Vide Strabonem et Stephanum. Grot. — Easdem esse cum Balearibus vel Livii epitome (lib. 60) docet: «quas Graeci *Gymnesias* appellant, quia aetatem nudi exigunt, *Baleares* autem a teli missu aut a Baleo Herculis comite ibi relicto tunc quum Hercules ad Geryonem navigaret.» Nisi igitur lectio nostri corrupta est, Plinium male intellexit, cujus haec verba sunt: «Baleares duae et Sacronem versus Colubraria. Baleares funda bellicosas Graeci *Gymnasias* dixerunt.»

naufragalem] «Insidiosam naufragis» Plinius appellat.

mox quae] Addidi *mox* ex Plinio et codicibus Grotiano et Darmstattensi.

Blascorum] Alii *Blascon*, Ptolemaeus, Strabo l. 10, et quidam Plinii codices. Grot. — Apud

vocatur, et tres Stoechades, quarum haec sunt nomina singularum: prima Themista, secunda Pomponiana, tertia Hypaea; ceterasque exiguas adversum
 644 Antipolim. In Ligustico autem mari est Corsica, quam Graeci Cynnon appellavere, longa centum quinquaginta millibus passuum, lata quinquaginta. Circuitus ejus omnis distenditur millibus trecentis viginti quinque; habet civitates triginta tres. Stipa autem citra est, Oglasa infra; in sexagesimo Corsicae Planasia fallax navigantium mentiensque propinquitas; Urgo item, et Capraria, quam Aegilion Graeci dixerunt; item Igilium, Dianium; item Columbaria,

ipsum nostrum alios *Evasiorum* legere idem in margine notavit; in Darmstattensi est *Vasorum*.

Stoechades] Graece *στοιχάδες*, unde vulgaris scriptura *Stoecades* corrigenda erat. Plinius: «Tres Stoechades a vicinis Massiliensibus dictae propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis Proten, et Mesen, quae et Pomponiana vocatur, tertia Hypaea.» Adde Strabonem (4, p. 184), qui tamen singularum nomina non narrat. *Themistam* unde habuerit noster, prorsus ignoratur, quare Wesselingius (ad Itiner. Anton. p. 515): «ego vero» inquit «deseruisse Plinium atque ita scripsisse dubito; codex enim scriptus *Prothemisto* offert, unde *Proten*, et ex Misto *Mesen* formavero»; nostri tamen codices nihil variant.

Hypaea] In quibusdam Plinii codicibus *Hype*. Gaot. — Reichenauensis *Ypera*, Monacenses (A. C) *Hype*; Darmstattensis *Ipea*, unde conjicere quis possit, Latinis literis pro Graecis acceptis *Hiera* legendum esse, quo nomine nunc illas insulas appellari satis constat (vid. Ukert. T. II, P. 2, p. 462); mutare tamen nihil audeo.

Stipa] Forte ut Plinium sequamur: «Sita autem citra est Oglasa, intra in sexagesimo Corsicae Planaria», nisi pro *Stipa* legas *Siva* cujus meminit Mela. *Planariam* alii *Planasiam* dicunt, ut Ptol. Et ita codex Vulcanii, quem nos sequimur. Gaot.

— Codex Monacensis (A) *Stypa*; praeterea in codicibus nihil subsidii. Vereor ne hic quoque corrupto Plinii exemplari usus sit, et vocem *Sylla*, quae apud illum antecedit, corruptam huc transtulerit. Plinii verba haec sunt: «Citra est Oglasa; intra vero sexaginta millia passuum a Corsica Planaria a specie dicta, aequalis freto ideoque navigiis fallax.»

Planasia] Salmasius (ad Solin. p. 96) errasse vult Martianum, quod *Planasiam* eandem habuerit cum Plinii *Planaria*, quum hujus nomen Latinum sit a *planitie* ductum, illius Graecum a *πλανῶν*, quod est in errorem ducere, fallere; et certe Plinius ipse mox alteram *Planasiam* commemorat, quae XXXVIII millibus ab Ilva distet; sed Plinium potius dixerim duas fecisse quae una esset, quum apud reliquos una tantum *Planasiae* nomine occurrat, neque *Planariam* ipsam e Latino potius quam Graeco sermone derivandam ei visam esse inde apparet, quod *fallacem* appellat, quod Graece est *πλανῶσαν*.

Igilium] Duas eodem nomine insulas agnosceret Plinium patet ex ejus verbis, si recte capiantur: «Capraria, inquit, quam Graeci Aegilion dixerunt; item Aegilium et Dianium», quasi dicat «item aliud Aegilium contra Cosanum littus diversum ab Aegilio quae Capraria»; sed puto eum errare et nunc esse Aegilium. Sic *Αιδάλην* et *Ἰλοῦσαν* Ptole-

Veneria; item ultra Tiberina ostia in Antiano Palmaria, Sinonia; et in Firmiano Pontiae, Pandataria, Prochyta, Abaeneria, Inarime a Graecis dicta Pithecusa, et Megaris etiam in Neapolitano; a Surrento in octavo milliario Capreae [Senaria dicta et Telentea], item Leucothea. Jam Africum mare 645 spectans a Corsica in octavo Sardinia est, in quo angusto freto sunt parvae insulae, quae Cuniculariae perhibentur; item Pinton, et Fossae. Verum

maens distinguit, quae una est. Martianus Capella, ut habetur in pluteariis ejus libris: «Urgo item et Capraria quam Graeci *Aegion* dixerunt; item *Egelium*, Dianium. *Aegion* est *Αἰγιον*, ad verbum *Caprarium*; *Egelium* scriptum pro *Aegilium* vel *Aegylium*. Nam ita scribi debet, *Αἶξ* et deminutivum *αἰγύλλη*, parva capra, inde *Αἰγύλλιον* *Capraria*. Diserte etiam in optimo Regio codice *Αἰγύλλον* scribatur. In Pomponii Melae scriptis exemplaribus *Ygilium* perperam pro *Igilium* vel *Aegylium*. SALMAS, (ad Solin. p. 95. 96) — Nostro favet Rutilius Numatianus (itin. 1, 325):

«Eminus Igilii silvosa cacumina miror,
aec nostri codices variant; pro superiore tantum *Aegilion* alios *Aegilon* scribere Grotius in margine notat.

Veneria] Veicetinus codex et Lugdunensis *Veneria*. An *Henaria* cum Plinio? Vide Festum et Melam. Grot. — Nescio quibus Plinii editionibus Grotium usum esse dicam, qui et *Cobulariam* apud illum legerit pro *Columbaria*, et numeros quoque interdum alios atque in nostris exstant. Hic quoque nostrae Plinii editiones cum Martiano conveniunt, nisi quod *Veneria* legunt, quod tamen restituere, reliquis codicibus non adstipulantibus, dubitavi.

Firmiano] Lege *Formiano*. Grot. — Recte, sed codices repugnant. Plinius aliter: «adversum *Formias* Pontiae, in *Putcolano* autem sinu *Pandataria*» cet.

Abaeneria] Hic iterum festinanter et imperite Plinium excerpit, cujus verba haec sunt: «*Prochyta*, non ab Aeneae nutrice, sed quia profusa ab *Aenaria* erat; *Aenaria* ipsa a statione navium Aeneae, Homero *Inarime* dicta, Graecis *Pithecusa*»

Inarime] Ex Homericis *εἰν Ἀρίμοις* (II. β, 783) jam a Virgilio corruptum (Aen. 9, 712):

— — «*durumque cubile*.

Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo, quem certatim imitantur Ovidius (met. 14, 88), Silius (8, 541. 12, 148), Statius (silv. 2, 2, 76), alii.

Senaria] Quae hic uncis inclusa sunt, non modo a Plinio, verum etiam a codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi absunt, et manifesto corrupta sunt neque ad Capreas pertinent; an pro *Telentia* legendum *Teleboea*? Virgilius (Aen. 7, 735): «*Teleboeum* Capreae regna.»

Sardinia] Salmasio (ad Solin. p. 98) suadente verba «jam Africum mare spectans», quae vulgo cum *Leucothea* conjungebantur, huc retuli. Plinius (3, 13): «Mox *Leucothea*, extraque conspectam, pelagus Africum attingens, *Sardinia*, minus octo millibus passuum a Corsicae extremis» cet. Titulum quoque, quem vulgo peculiarem habebat, omisi, ne series insularum interrumpetur.

Pinton] Annon *Phytonis* vel *Pythonis* fossae? Grot. — Nescio an ipsum Plinium Grotius corrigere voluerit, apud quem est *Phintonis* et *Fossae*.

Sardinia, a Sardo filio Herculis appellata, habet formam humanae plantae; denique Sandaliones est appellata et Ichnusa, quod utrinque vestigii formam signat. Verum ab oriente centum octoginta octo millibus patet, ab occidente centum septuaginta quinque, a meridie septuaginta septem, a septentrione centum viginti quinque millia habet; a Gorditano promontorio insulas duas, quae Herculis memorantur, a Sulcensi Enusin, a Caralitano Ficariam Galatamque. Quidam item non longe Balaridas dicunt, et Callode, et Heras lutra. Contra Paestanum Leucasia est, a Sirene ibi sepulta nominata; contra Veliam Oenotrides; contra Vibonem Ithacesiae ab Ulyssis specula dictae.

DE SICILIA.

646 Hinc Sicilia memoranda, quae a Thucydide Sicania, a multis Trinacria perhibetur. Sicania a Sicano rege, qui cum Iberica manu in eandem terram ante bella Trojana pervenit; dehinc Siculus Neptuni filius, a quo nomen

Ptolemaeo quoque *Φιντωνος νήσος*. Codices Monacenses (A. C) et Reichenauensis *Pitonis*.

Ichnusa] Vide Plinium et Solinum. Silius:
*Insula fluctisono quondam vallata profundo,
 Castigatur aquis, compressaque gurgite terras
 Enormes colibet nudae sub margine* (l. imagine)
plantae,

Unde *Ichnusa* prius *Grajis* memorata colonis. Sandaliones autem a sandalio calceamenti genere dicitur. Huc facit et Claudianus:

*Humanae speciem plantae sinuosa figurat
 Insula, Sardiniam veteres dixere coloni.*
 Graec.— *Ichnusa* reposui auctore Grotio, qui eam lectionem in margine notavit; vulgo *Signosa*, quod vix arbitror fore qui ex vocabulo *signat*, quod sequitur, defendat. *Ἰχνοῦσαν* appellat et Pausanias (10, 17, 2), «ὅτι τὸ σχῆμα κατ' ἴχνος μάλιττά ἐστὶν ἀνδρώπων.» Plinius (3, 13): «Sardiniam ipsam Timaeus *Sandalionim* appellavit ab effigie so-

lae.» Sallustius (in fragm. p. 233 Bip.): «Sardinia in Africo mari facie vestigii humani.» Claudiani locus est in carmine de bello Gildonico (507). Pro utrinque codex Reichenauensis utrumque, male.

Enusin] Antiores *Enosin*, Monacensis codex (A) *Enusina*.

Balaridas] Codices Reichenauensis et Monacenses (A. C) *Liberidas*, Darmstattensis *Leberides*, margo Grotiana *Heberidas*, eademque *Callode* pro *Callode*. De veris nominum formis judicari non potest; Plinius *Berelidas* et *Collodem* appellat.

Leucasia] Alii *Leucosiam* appellant. Cellarius (T. I, p. 954) eandem censet cum *Leucothea*, quae supra commemorata est; sed noster Plinium sequitur.

Sicania] Haec quoque ex Plinio (3, 14); Thucydidem enim (6 init.) Martianum legisse vix credibile est. Ceterum adde Solinum (5, 7) et Isidorum (etym. 14, 6, 52; p. 178 Arev.).

eidem commutatum; nam Trinacria, quod tribus promontoriis triangula censeatur: quippe unum, quod a Pachyno in Peloponnesum in meridiem versum spectat, quadringentis quadraginta millibus a Graecia disparatur; Pelorus autem occasum Italiamque inspicit, quae freto mille quingentis passibus separatur; Lilybaeum Africae fines videt in centum octoginta millibus. Ipsa autem promontoria inter se terreno itinere disparantur sic: a Peloro Pachynum millia centum septuaginta sex, inde Lilybaeum ducenta, inde Pelorum centum quadraginta tria. Coloniae in Sicilia quinque, urbes sexaginta tres, fluvii 647 fontesque quamplures; ac montis Aetnae miracula noctibus totis vomentis incendia; cujus crater stadiis viginti patens favilla Taurominium Catinamque respersit, magno strepitu mugiens et immensos fragores intonans oblectatione flammaram.

DE INSULIS SICULI FRETI.

In Siculo etiam freto insulas esse non dubium est. Africam versus 648 Gaulos, Melita a Camarina octoginta quatuor millibus passuum, a Lilybaeo centum tredecim, Cossura, Hieronesos, Coene, Lopadusa, Aethusa, quam

triangula] Variis figuris geographi utuntur, ut terrarum regionumve formas describant, inprimis Strabo, qui ut Siciliam (2, p. 83) triangulo, ita Hispaniam (p. 127) tergori bovis, Peloponnesum (8, p. 335) folio platani, Mesopotamiam (2, p. 79. 80) pulvino remigum sive (16, p. 746) navigio, Ariam (2, p. 78) parallelogrammati, Indiam (p. 78. 87) rhombo, Pattalenem insulam, quam Indus facit (15, p. 701) triangulo, terram habitabilem (2, p. 113. 116. 118. 119. 122) chlamydi, Ponti ambitum (p. 125) duplici curvaturae arcus Scythici (add. §. 661), promontorium Europam ab Asia determinans (2, p. 124 f.) caprae, Asiae latus ab Aethiopia inde ad Oceanum (p. 130 f.) pardali, Hispaniae regionem (3, p. 137 f.) navigio comparat.

Confer et nostrum supra (§. 639. 645). De ipso Siciliae nomine Ovidius (fast. 4, 419):

*«Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris a positu nomen adepta loci.»*

Plura dabit Cluverius (Sic. ant. p. 7 sequ.).

Pelorus] Ita Plinius et Martiani libri editi, scripti Monacenses (A. C) et Reichenauensis dant *Pelorias* cum Solino; sed causa mutandi nulla. Mox potius *quingentorum passuum* legerim; ablativus ex notis librorum per errorem ortus videtur.

septuaginta sex] Plinius *sexaginta*. Geor. — Immo Harduino teste ejus codices LXXXVI; moxque CLXX, ubi noster *centum quadraginta tria*.

Cossura] Cossurensium elegantem memoriam habes in ovationum triumphorumque catalogo:

alii Aegusam dixere, et ceterae. Sunt aliae citra Siciliam: ex adverso Me-
tauri amnis in viginti quinque millia ab Italia septem Aeoliae, appellatae a
nostris Vulcaniae, cum diversis nominibus: prima dicitur Lipara, secunda
Therasia, tertia Strongyle, in qua Aeolus regnasse fertur et e flamma in
proximum prorumpente vel ejus fumo qui ventus flaturus esset intellexisse,
quod hodieque ejus loci incolae certum est praesentire; quarta vero insula
est Didyme, quinta Ericusa, sexta Phoenicusa, ultima Euonymos.

DE PRIMO SINU EUROPAE.

649

Hic primus Europae sinus Ausonii maris patet nonaginta sex millibus;

SER. FULVIUS. M. F. M. N. PAETINUS A.
C - D - X.

NOBILIOR. PRO COS. DE COSSURENSIBUS
NAVALEM EGIT.

GROT. — Corruptam lectionem idem in margine no-
tauit: »ac Camarina a Lilybeo in MLXXXVIII cen-
sura in 113 Hier.»

Coene] Mela *Senae*. GROT. — Codex Monacensis (A) *Scene*.

Vulcaniae] Ex Ptolemaeo videtur aliqua insu-
larum peculiariter hoc nomine insignita fuisse, quod
et in Liparae nomine accidit. GROT.

Therasia] Seneca (nat. quaest. 6, 21): »Thera-
siam, nostrae aetatis insulam, spectantibus nautis
in Aegaeo mari enatam, quis dubitat, quin in lucem
spiritus vexerit? Sed haec Graciae est; Hieram
prope Siciliam, recte inquit Harduinus (ad Plinium
3, 9, 14) »qui Therasiam quoque appellarit, adhuc
auctorem quaerimus.« Verisimillimum igitur est,
Plinium per errorem nomen quoque commune de-
disse duabus insulis, quae originem Vulcanicam
communem haberent; confer ipsum alio loco (2,
89): »ante nos et juxta Italiam inter Aeolias in-
sulas, item juxta Cretam emersit e mari duorum

millium quingentorum passuum una cum calidis
frontibus.«

e flamma] Rectius sic codices Monacenses (A.
C) quam a flamma in editis. Mox etiam pro ejus
fumo margo Norimbergensis libri ex fumo exhibet,
quod tamen recipere dubitavi. Infra autem
scripsi hodieque pro hodie quoque e codicibus Gro-
tiano, Darmstattensi, et Monacensi utroque. De
re ipsa vide Strabonem (6, p. 275) et Diodorum
Siculum (5, 7), ubi Wesselingius nostram quoque
in testimonium adhibuit.

Ericusa] Ita Strabo et Plinius; Ptolemaeus
'Ερικώδη vocat et Phoenicusam Φοινικώδη: Iai-
dorus vero et Ericode et Ericusam, et Phoenicode
et Phoenicusam nominat, ni mendosa sint exem-
plaria. GROT. — Solinus *Ericusam*, *Phoenicusam*,
'Ερικουῶβαν, Φοινικοῦῶβαν, quae aliis 'Ερικώ-
δης et Φοινικώδης. Mirum tamen in omnibus li-
bris constanter haberi *Eriphusam*, et in Martiani
scriptis codicibus *Erepusam*. SALMAS. (ad Sol. p. 136).

Euonymos] Codices quidem Monacenses (A. C)
et Reichenauensis *Donymos*, sed male. Strabo enim
(6, p. 276 Cas.) *Εὐώνυμον* vocatam esse tradit,
quia sinistra sit et solitaria.

quique tres sinus habet. Italiae frons incipit, quae Magna Graecia appellata est, ubi annuum et oppidorum copia; ac tunc portus, qui Hannibalis castra dicuntur, ubi latitudo Italiae viginti solis millibus aestimatur.

DE SECUNDO SINU.

Dehinc a Lacinio promontorio secundus incipit sinus Europae magno 650 ambitu flexus, et Acroceranio Epiri terminatus promontorio, a quo abest octoginta quinque millibus oppidum Croto. Ex hinc propter oppida sinusque quamplures in mare Italia plurimum pergens in Hydruntum urbem venit, ubi superum inferumque mare decem et quatuor millibus disparatur, unde in Gracciam brevissimus transitus. Ac dehinc Italia per populos, sinus, urbes, fluvios, montes, barbarosque quamplures ducitur in fines Illyrici, cujus a

Ausonii] Hic quoque omnia confusa. Plinius enim haec habet (3, 10, 15): «Hactenus de primo Europae sinu; a Locris Italiae frons incipit, Magna Graecia appellata, in tres sinus recedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenere primi; patet LXXXVI M pass.»; noster autem loquitur, quasi totus sinus Ausonium mare appelletur.

dicuntur] Codices Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C) *dicitur*, quod correctionem olet. De Hannibalis castris vide supra (ad §. 640). Pro *viginti* hic quidem Grotius margini adscripsit *quadraginta*, ut est apud Solinum (2, 23).

abest octoginta] Plinius LXXV. Grot. — Lacinium scilicet, non oppidum Croto, quod sequitur, siquidem CL stadiis, hoc est paulo minus XIX M. pass. distat a Lacinio Croto, Straboni L. VI, p. 262. Ex qua nostra animadversione Martianum ipsum emendabis. HARDUIN. (ad Plin. 3, 11, 15).

Croto] Hic docuit Pythagoras, unde Crotonius dictus. Est enim *κροτώνειος* gentile a *κροτών* teste Stephano. Arnobius: «Vos Platoni, vos Cro-

tonio, vos Numenio, vel cui libuerit creditis; nihil enim mutandum sentio. Coniungit et alibi Arnobius Pythagoram cum Platone, ut lib. II: «Pythagoras numeros scit? Incorporales formas Plato.» Grot. — Crotonis laudibus plenus est Strabo (6, p. 262 Casaub.). Variantem lectionem *Crotona* margini Grotius adscripsit.

plurimum] Codex Monacensis (C) *primum*, male; Plinium enim (3, 11, 16) noster sequitur, apud quem est: «quo *longissime* in mare excurrit Italia.»

Hydruntum] Lege *Hydruntem*; ὑδρουνς Ptolemaeo. Alia ab hac Hydrusa. Grot. — Codex Monacensis (A) *Forontum*, alter (C) et Darmstattensis *Foruntum*, quod et Reichenauensis, sed a correctore praebet. Verum Plinius *Hydruntum* habet, quod igitur servavi, quamvis ipse Plinius paulo inferius *ab Hydrunte* scribat.

decem et quatuor] *Et tres* Plinius. Grot. — Codex Reichenauensis *et novem*, quam lectionem jam Grotius margini adscripserat.

barbaros] Alpium incolae intelligendi esse vi-

flumine Arsia ad flumen Drinium longitudo pergit octingenta millia, a Drinio ad promontorium Acroceraunium centum septuaginta duo millia. Ora Illyrici habet insulas ultra mille.

DE TERTIO SINU EUROPÆ.

651 Tertius autem Europæ sinus ab Acrocerauniis inchoans montibus Hellesponto terminatur, ac sinus habet decem et novem, provinciasque quamplures. Nam ibi sunt Epirus, Acarnania, Actolia, Phocis, Locris, Achaja, Messenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Boeotia; item ab alio latere alioque mari Phocis, et Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia, Graecia omnis. Epirus autem incipit Acrocerauniis montibus, in qua primi Chaones, a quibus dicta Chaonia; deinde mons Pindus, Dryopes, Molossique Dodonaei Jovis fano inclyto celebrati. A tergo inter ceteros populos Ponto junguntur Maesia ac Maedia. Thraces usque ad Pontum; Rhodopae mox et Haemi videtur excelsitas. Tunc colonia Buthrotum; Ambracius sinus faucibus angustis aequor accipiens, in quo defertur amnis Acheron infernae fabulae errore famosus; post aliquot gentes etiam Actium colonia cum Apollinis templo, ex quo ipsi quoque deo additum cognomentum, civitasque Nicopolitana. Egressos sinu Ambracio in Ionium excipit diversitas

dentur, quos Plinius (3, 20, 24) Italiae descriptioni subjunxit.

Drinium] Haec quoque ex Plinio (l. 3 extr.), unde simul apparet nihili esse quas margini Grotius lectiones variantes adscripsit *DV* pro *octoginta et quinque* pro *duo millia*.

Laconia] Vulgo inepte *Lycaonia*; veram lectionem, quam jam Meursius (miscell. Lacon. II, 16; p. 172) conjectura assecutus erat, in vetustissimo codice C. C. C. exstare testatur Wasse (ad Thucyd. 3, 105; T. II, p. 574 Bip.); adde Salmasium (ad Solin. p. 138).

Maedia] Sic scripsi confusionis vitandae causa; vulgo *Media*. Alii *Maedicam* appellant; confer Cellarium (T. I, p. 1322).

Buthrotum] Sic jam Grotius scribendum vidit pro *Butrorum* in editis, inque antiquissimo codice legi affirmat Wasse (loco modo citato).

Actium] Suetonius (Oct. 18): «urbem *Nicopolim* apud *Actium* condidit, ludosque ibi quinquennales constituit, et ampliato vetere *Apollinis* templo locum castrorum, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit.» De Apolline Actio i. e. littorali vide et Strabonem (7, p. 325 Cas.).

populorum, et oblique apud quos inter ceteras urbes oppidum in confinio maris nomine Calydon Diomedis Tydeique progeneratione notissimum. Dehinc influens sinus Aetoliam ac Peloponnesum dividit. Mox in Acarnania Aracynthus; in Aetolia Ozolei, apud quos oppidum Oeanthe, in quo portus Apollinis. Tunc deinde in Phocidis campis oppidum Cirrha, portus Caleon, a quo in septem millibus passuum introrsus oppidum Delphos sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis; fons ibi Castalius. Deinde in intimo sinu angulus Boeotiae montem Heliconem juxta. Peloponnesum peninsula inter duo maria 652 Aegaeum et Ionium angulosos recessus obducens; in circuitu habens quingenta sexaginta tria millia passuum, et per sinus paene tantundem. Angustiae, unde procedit, Isthmos appellatur. In quinque millibus passuum diversa maria utrinque collidunt, ac latera meatus abradunt. In medio hoc intervallo, quod Isthmon appellavi, colonia est Corinthus, sexagenis ab utroque littore stadiis, a summa arce, quae dicitur Acrocorinthos, utrumque mare prospectans. Ab

et oblique] Inepta lectio, quam certum est ortam esse ex *Aetolique*; in codicibus tamen nihil subsidii inveni.

progeneratione] Ita codices Reichenauensis et Darmstattensis; editi *prognatione*.

Aracynthus] Mons, quem alii, ut Strabo (10, p. 450 f. 460) et Dionysius Periegeta (431) Aetoliae annumerant; noster Plinium (4, 2) et Solinum sequitur. Posteris imprimis memorabilis fuisse videtur propter Virgilii versum (ecl. 2, 24):

«*Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho*», quanquam fuerunt, qui eum propter illum locum ad Thebas vel adeo Atticam referrent.

Ozolei] Plinius *Ozolae*. GROT. — Codices Reichenauensis *Azoeli*, Darmstattensis *Azolei*, margo Norimbergensis libri *Azolti*; Pausanias (10, 8, 3) *Ὀζόλαι*. Sed major error nostri est, quod ad *Aetolos* retulit, qui *Locrenses* essent (Plin. 4, 4).

Oeanthe] Confer doctos interpretes Thucydidis

(3, 101; T. II, p. 570 Bip.), ubi Wasse nostri quoque testimonio utitur, duosque codices mendose *Teanthe* legere narrat.

Caleon] Plinius *Chalaeon*, Ptolemaeus *Χαλαῶς*, codex Reichenauensis male *Celeon*.

sexaginta tria] Codex Reichenauensis omittit *tria*. Ceterum ut nostrum intelligas, confer Plinium (4, 5): «inter duo maria, Aegaeum et Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus circuitu DLXIII M. pass. colligit, auctore Isidoro; eadem per sinus paene tantundem adjicit.»

abradunt] Haud scio an praestet *arradunt*, quod alios legisse Grotius in margine notavit. Melius utique foret *meatu subradunt*, quod commendat Salmasius (ad Solin. p. 141), sed codicem auctoritatem desidero.

a summa arce] Sic scripsi e codice Reichenauensi et quos Salmasius (ad Solin. p. 141) commemorat; vulgo inepte a *Pisa summa arce*.

Isthmo autem Achajae provinciae nomen incipit, quae ante Aegialos vocabatur, propter urbes in littore per ordinem constitutas. Ibi quamplures sinus, portus; montes, urbes, et populi. Ab ipsius Isthmos angustis Hellas incipit, a nostris Graecia dicta. In ea prima Attice antiquitus Acte vocitata contingit Isthmum sui parte Megaris dicta, in ora autem portus, cui nomen Scironia saxa, viginti sex longitudine, latitudinae quinque millibus passuum a Myrtoo recedentibus Athenae atque Atticae. Fontes ibi multi, inter quos Callirhoe praedicatur. Nec Athenis cedunt Boeotiae, in quibus Epicrene, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie; post oppida, montes, populi-que quamplures.

DE THESSALIA.

346 Sequitur Aemonia, cujus a tergo mons Oeta, eaque etiam Thessalia

utrumque mare] Ionium, et Aegaeum. Hinc bimaris Corinthos; Horatio et Ovidio, Graecis *διθάλαστος, ἀμφιδάλαστος*. Seneca:

•Gemino Corinthus littore opponens moras

Cremata flammis maria committet duo.

GROT. — Confer Strabonem (8, p. 379 Casaub.) ab ipsius Isthmos] Lege Isthmou. GROT. — De confusione nominum Helladis, Graeciae, Achajae, vide Salmasium (ad Solin. p. 142).

Acte] Ex Plinio (4, 11), unde simul apparet nihili esse et quam e codice suo Grotius lectionem enotavit *Megaritana sui parte* et quae in Reichenaucasi exstat *partem pro parte*. De *Actes* nomine praeter geographos vide Apollodorum (3, 14, 1), Gellium (14, 6), Eusebium (chron. p. 66 et 76 Scalig.), et Epiphanium (cum not. Petavii p. 16).

Athenae atque Atticae] Error exceptione; lege *Athenae Atticae*. Sic Appulejas: •Et secta, licet *Athenis Atticis* confirmata, tamen hic inchoata est. Et forte non frustra *Atticae* additur si iis cre-

dimus, qui alias in Euboea Athenas statuunt, quarum cives *ἀθηναῖται*, non *ἀθηναῖοι* dicantur. GROT. — De Athenis Atticis abunde Meursius peculiari libello; sed totus locus corruptus et turbatus, cujus ut ratio appareat, ipsa Plinii verba (4, 7, 11), unde imperite et mutilo excerptus est, apposui: •In ora autem portus Schoenus. Oppida Sidus, Cremmyon, Scironia saxa VI M. longitudine, Geranea, Megara, Eleusin. Fuere et Oenoe, Probalinthus; nunc sunt ab Isthmo LV M. pass. Piraeus et Phalera portus, quinque M. pass. muro recedentibus Athenis juncti.

Epicrene] Plinius (4, 12) *Epicrme*, dorica forma; unde corrupta lectio, quam Grotius in margine notavit, *Epigrane*; quam vero ipse in Plinio exstare vult *Epigranea*, ut *Calliopea* pro *Calliope*, supra jam dixi me nescire qua editione usus sit. Ceterum confer Burmannum (in anthol. Lat. II, p. 541).

Gargaphie] Alii *Gargaphiae*. Sic *θήβη, θή-*

nuncupatur. Ibi natus rex nomine Graecus, a quo Graecia dicta; ibi Hellen, a quo Hellenes appellati. In Thessalia montes notissimi Olympus, Pierius, Ossa, cujus ex adverso Pindus et Othrys Lapitharum sedes, occasum verticibus intuentes; nam Pelios ortum videt. Hi omnes montes theatri more curvantur, ante quos septuaginta quinque urbes sunt memorandae. Thessaliae vicina Magnesia, cujus fons est Libethris, poetici haustus nomine celebratus. Longitudo Thessaliae habet millia quadringenta octoginta, latitudo ducenta nonaginta septem.

DE MACEDONIA.

Macedonia postea centum quinquaginta populorum, maximis regibus inclyta, praesertimque Alexandro, qui Philippo quum natus crederetur, ejus mater Olympias dracone eum conceptum esse memorabat; victor orbis: nam easdem peragrations et victoriae metas habuit, quas Liber et Hercules. Haec tamen Macedonia populos, qui Edonii dicebantur, totamque Mygdoniam, Pieriam, Emathiamque recepit in nomen. Haec in Thracium litem terminum ducit; a meridie Epirotis habitatur, a vespera a Dardanis et Illyriis, a septentrione Paphlagonia ac Paeonia. Inter ipsam et Thraciam annis Strymon

Βαι. μωκῆνη, μωκῆναι. Graec. — Gargaphia val-
lis Hygino (fab. 181), Gargaphie Plinio (4, 7, 21).
Alios *Gargane* legere Grotius in margine notavit.

Graecus] Confer Aristotelem (metaph. 4, 28
et meteorol. 1, 14) et Apollodorum (1, 7, 5); sed
noster Plinium tantum (4, 14) ante oculos habuit.

nonaginta] Plinius denario paucior. Graec. — Pro
antecedenti quoque *octoginta* alios *nonaginta* legere
idem margini adscripsit.

Olympias] Hoc ex Solino (9, 20): «Philippus
Magnum procreat, quamlibet Olympias Alexandri
mater nobiliorem ei patrem. acquirere affectaverit,
quum se coitu draconis consatam affirmaret» cet.
Adde Plutarchum (in Alexandro p. 665).

victor] Lege *victore*. Graec. — Non necesse.

Emathiam] Propriae hoc Macedoniae nomen
antiquissimum (Gell. 14, 6. Justin. 7, 4), reliqua
nomina adjectae. Ceterum omnia haec et ipsa e
Solino (9, 1): «Qui Edonii olim populi, quaeque
Mygdonia erat terra, aut Pierium solum, vel Ema-
thium, nunc omne uniformi vocabulo Macedonia
res est, et partitiones, quae specialiter antea se-
jugabantur, Macedonum nomini contributae factae
sunt corpus unum. Igitur Macedoniae praecingit
Thracius limes» cet. Correxerunt autem vulg. *Aemathiam*.

Paphlagonia] Immo *Pelagonia*, ut et ex Plinio
(4, 10, 17) et ex Solino apparet, quibus adde
Diodorum (T. X, p. 229 Bip.); sed mutare nolui,

pro limite est, ab Haemi montis vertice defluens. In ea Rhodope, quem Mygdonium asserunt montem, et Athos abscissus a continenti, Xerxe viribus utente Persarum: et Orestidem terram, ab Orestis et Hermionis filio quam vocitari non dubium est. Ibi Phlegra nunc civitas, tunc Gigantum praeliorumque immanium temeritate famosa; quae sola etiam diluvio mundi asseritur non operata, quod utique praestitit montium celsitudo.

DE THRACIA.

656 Sequitur Thracia, cujus incolae bardi appetitum habent maximum mortis; et qui a dextra parte Strymonis degunt Bessi, et Denselatae, Nestusque amnis, qui Pangaeum ambit. Nam Hebrum Odrysiae nives complent, qui inter diversos barbaros fluens etiam Ciconas perluit; quorum confinio Haemus sex

ne ipsum scriptorem corrigerem, praesertim quum apud Plinium quoque corruptam lectionem in codicibus exstare vidissem.

Rhodope] MS. in ea continentis Rhodope. GROT.

Orestidem] Urbs haec alio nomine *εκατοντοχειρία* dicitur. Vide Stephanum h. v. GROT. — Nihil ibi video nisi fabulam de Orestis filio cum Hermione, unde nomen terra accepisse dicebatur; nec urbs erat Orestis, sed regio Macedoniae (Liv. 27, 33, 31, 40). Verum omnia noster ex Solino habet, etiam quae sequuntur de Phlegra, quam postea Pallenem dictam esse constat (Heyn. ad Apollod. 1, 6, 1).

bardi] Meminit Bardorum Gloss.: »Bardei, *ιλλυριοι δοῦλοι*. Et alibi: »Bardes (l. Bardus) *δορυκτητος, ιλλυριος δοῦλος*. Aliosne indicat Lucanus quum ait:

»Plurima securi fudistis carmina Bardi?»

Illi (ni fallor) in Gallis. Eosdem innuit Isid. Gloss.: »Bardus carminum conditor.» GROT. — Bardi, si

quid omnino, *stupidos* significat; sed vide ne *barbari* potius legendum sit, collato Solini loco, cujus et hic vestigia noster pressit (10, 1): »Non difficulter comprehendent, Thracibus barbaris inesse contentum vitae ex quadam naturalis sapientiae disciplina. Concordant omnes ad interitum voluntarium, dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reverti, alii non exstingui, sed beatas magis fieri.» De immortalitatis persuasione apud Thraeces finitimasque gentes vide Herodotum (1, 94 et 8, 4).

Denselatae] Huic populo mirum quam differentes appellationes, dum alii *Denthelitas*, quidam *Denthelethas*, nonnulli *Densalatas* aut *Denseletas* nominant. Ptolemaeus regionem *δανθηλητικην* appellat. Pro Nestus MS. *Mesius*, Ptolemaeus *Nessus*. GROT. — Codex Reichenaensis et margo libri Norimbergensis corrupte *dens eleusque mesius*. Sed nos Solinum sequimur.

perluit] Confer Oudendorpium (ad Appul. I, p. 401).

millibus passuum cacumen extollens vicinia perflatur austrorum. Cujus item terga diversae gentes tenent, inter quas gentes Sarmatae, Scythae. Dein Pontum Sithonia gens habet, quae gloriam Orphei progeniti vatis perfectione sortita est; nam in Spartio promontorio ille vitam aut sacris, ut ajunt, impendit aut fidibus. Mox regio Maronea ac Tyrida oppidum, in quo equi **657** Diomedei stabulati. Circa eum Abdera, cui constructae Diomedis soror suum nomen adscripsit, quod oppidum Democriti physici ortu potius decoratum. Eandem Thraciam Polydori sepulcro signatam nec poëtae praetereunt. Illic promontorium Ceras chryseon Byzantio oppido celebratum, quod a Dyrrhachio septingentis undecim millibus distat. Eo enim interstitio a se utraque maria recesserunt, id est Adria et Propontis. Illic Hellespontus angustior est, per stadia septem ab Europa Asiam dividit. Hic quoque duae civitates, quarum una, **658** id est Sestos, Europae est, Abydos Asiae. Deinde promontoria contraria Cherronesi,

austrorum] Haec de suo addidit Martianus; sed vide ne scribendum sit *astrorum*.

Spartio] Solinus *Sperchivo*; schedae Palatinae *Spergivo*; in prima editione *Sparchino*, ceterae editiones *Sperchio*. Martianus, qui hinc habet, *Spartio*; scripti ejus codices quos vjdimus, ibi habent *Spertio* et *Sperchio*. Sed promontorium hoc nomine in illis locis nullum est. — Quum multa e Pomponio sumserit, et hoc etiam ab illo mutuatus est; sed qua fide vidcamus. Eadem certe qua et in aliis solitus est. Sic ille scribit: «deinde promontorium *Serrium*, ex quo canentem Orphea secuta narratur nemora, et Zone.» Ita hodie legitur apud Melam ex emendatione Hermolai; nam ante Hermolaum legebatur: «deinde promontorium *Seripium*», atque ita hodie scriptum praeferunt quantum est ubique veterum exemplarium; qui tamen recte ab Hermolao ita fuerit emendatum, nemo ausit dubitare. *Serrium* et *Zonen* Plinius etiam junctim et in propinquo ponit. Quomodo apud Pomponium legerit Solinus nescio,

sed apparet eum in mendosos codices incidisse— scripta Pomponii exemplaria, quae inspexi, sic locum illum legendum monstrant: «deinde promontorium *Serrium*, et quo canentem Orpheum secuta narratur etiam nemora, Zone.» Sic non una animadvertenda est hoc loco exerratio Solini; *Sperchium* pro *Serrio* dixit, deinde *Serrio* tribuit ex male acceptis Pomponii verbis, quod ille de *Zone* scripsit. SALMAS. (ad Solin. p. 159).

Tyrida] In vetustis quidem Plinii codicibus *Tynda*: sed in Ptol. *τυρίδα*. GROT.— Equidem apud Plinium (4, 11, 48) lego *Tirida*.

Polydori] Priami filii, de quo vide Euripidem in *Hecuba*. Ceterum Strabo (2, p. 121 Cas.) geographo incumbere contendit memorare et *τάριος τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν*, quod quidem consilium noster et hic sequitur, et inferius etiam sepulcra Homeri (§. 660), Memnonis (§. 686), Achillis (§. 663), Hannibalis (§. 687 f.) commemorat. *Poëtas* autem hoc loco intellige unum Virgilium (Aen. 5, 22 sequ.).

in quo terminatur Europae sinus tertius et Asiae Aegeum in quo Cynossema dicitur locus Hecubae sepulcro tumulatus. In confinio insula Tenedos, a qua usque in Chium diffusior sinus interjacet; cujus dexterior Antandros, exiguitas insularum denique navigantibus caprae similitudine divulgatur, ab eaque Aegacum pelagus appellatur; sed in Corcyrae Phalario promontorio effigiem navis scopulus imitatur, in quem Ulyxis navim versam fabulosa
 659 confinxit antiquitas. Nam Creta centum urbibus opulenta in ortum occasumque porrigitur, cui nomen suum Hesperidis filia Nympharum pulchra concessit, aut Curetum rex Cretas, a quo Creta primo, mox Curetis nuncupata; deinde propter coeli temperiem Macaronesos est appellata. Haec in longitudinem

Aegeum] *Legē Sigeum* ex Solino, quem hic quoque misere noscer mutilavit: «Deinde contraria inter se promontoria, Mastusia Chersonesi, ubi finitur Europae sinus tertius, Sigeum Asiae, in quo tumulus est Cynossema dictus, Hecubae sepulcrum; ubi videatur Salmasius (p. 167). Pro *Cynossema* codices Monacenses (A. C) et Reichenauensis itidem corrupte praebent *Cinasema*, libri Norimbergensis margo *Cysena*.

Tenedos] *Lege Tenos*. Confer cum Plinio aliisque. *GROT.* — Male libri Plinii inter Tenum et Chium legunt. *Tenedum* veram esse lectionem Solinus docet, et Martianus, qui in hac parte, qua Solinum expressit, vulgo inemendatissimus circumfertur, et sic ut mendis liberetur legendus est: «in confinio insula Tenedos, a qua usque in Chium diffusior sinus interjacet, cujus a dextera versus Antandron exigua est insula Aex nomine, quae a navigantibus caprae similitudine divulgatur, ab eaque Aegeum pelagus appellatur.» SALMAS. (ad Solin. p. 168). Martiani error, quo Antandrum ipsam insulam sibi finxit, ex ambiguitate Solini explicandus est, cujus verba haec sunt (c. 11): «Inter Tenedum et Chium, qua Aegaeus sinus panditur, ab dextera *Antandrum navigantibus saxum* est — hoc enim

verius quam insula meruit cognominari — id quoniam visentibus procul caprae simile creditur, quam Graeci *αἴγα* nuncupant, Aegaeus sinus dictus est.» Clarior utique Plinius (4, 11, 18): «Aegaeo mari nomen dedit scopulus inter Tenum et Chium verius quam insula, *Aex* nomine a specie caprae quae ita Graecis appellatur, repente e medio mari exsiliens.» De re adde Strabonem (15, p. 615 Cas.).

exiguitas] Forte «exiguitasque insularum.» *Cycladas* innuit *GROT.* — Munckerus emendandum censet (ad Hygin. fab. 43, p. 92) «exiguissima.» Operosior emendationem Salmasii in nota praecedenti legeris. Nonne autem noster pro adjectivo saepe numero substantivi appositione utitur? Quapropter nihil corrigendum esse arbitratus sum.

antiquitas] Ita codices Monacenses (A. C), Darmstadiensis, et Grotianus; perperam in editis *auctoritas*. Solinus (11) neque hoc neque illud, sed tantum *crediderunt* scripsit. Promontorium ipsum Strabo (7, p. 324), Plinius (4, 12, 19), Ptolemaeus, alii *Phalacrum* potius appellant; noster hic quoque Solinum sequitur.

Macaronesus] Ita et Isidorus, et alii omnes: in Plinii tamen codicibus mutile *Macaron* legitur. *GROT.* — Confer omnino Meursium (in Creta c. 2).

tenditur millibus ducentis septuaginta; latitudo quinquaginta millia non excedit; circuitus omnis quingentis octoginta octo millibus patet, montibus Ideo et Dictynnaeo sublimibus. Euboea vero Boeotiae continenti modico atque ita exiguo mari interfluente discernitur, ut plerumque ponte jungatur. Duobus promontoriis, ad Atticam versus Gerasto, et ad Hellespontum Caphareo decoratur. Hujus latitudo ultra secundum milliarium intra quadragesimum contrahitur, longitudo totius Boeotiae ab Attica usque Thessaliam centum quinquaginta millibus numeratur; circumferentia vero trecentis sexaginta quinque millibus explicata. Hujus oppidum Calcida ex adverso Aulis, et Carystos marmoreis fluctibus concolora. In Myrtoo autem mari Cyclades, quarum 660 notiores Delos et Antandros: quae nomina a circulata ordinatione sortitae;

octoginta octo] Monade largior Plinius. Grot. (2, 7; p. 43 f. Voss.)

Dictynnaeo] Forte *Dicte*. Meminit Ptolemaeus et poetae. Grot. — Ad librum Norimbergensem adscriptum legi *Dictynneo*; sed male. Nomen enim Dianae apud Cretenses *Dictynna* erat, quapropter omnino *Dictynnaeo* legendum, ut apud Solinum quoque (11, 6).

Gerasto] Lege *Geraesto*. Mela. Grot. — *Γεραστός* quidem Etymologus et Libanius oration. p. 243. Neuter satis emendate. Schol. et Geographi, Suidas, Aristides I, 39, Homerus, Herodotus, Plutarchus Camill. 138, alii, *Γεραστόν* scribunt. Procopius B. G. IV, 629 *ἐν Γεραστόν* corrupte. Martianus *Gerasto* et Caphareo. At Solinus, quem ibi exscribit, *Geraesto* post Melam et Plinium exhibet. In Martiano non variant tres MSS. neque in Solino Petrensis. Wasse (ad Thucyd. 3, 3).

totius Boeotiae] Euboeae vult, sed imperite Plinium exscripsit, qui sic (4, 12, 21): *sed in longitudinem universae Boeotiae ab Attica Thessaliam usque praetenta in CL millia passum.*

Calcida] Lege *Chalcida* pro Chalcis. Vide infra. Grot. — Caryston et Chalcida Mela quoque

(2, 7; p. 43 f. Voss.) tanquam *opulentissimas* conjungit.

marmoreis fluctibus] MS. *marmore*. Lege *marmori fluctibus*. Grot. — Lege: *et Carystos marmore fluctibus concolora*, quae marmor habet viride et fluctibus concolor. Statius de Carystio marmore:

— — — *et concolor alto*

Vena mari.

SALMAS. (ad Solin. p. 177) — Magis etiam ad vulgatam accedit Barthii (advers. p. 1498) conjectura: *marmora eis fluctibus concolora*; quapropter in re incerta servare vulgatam quamvis corruptam satius duxi. De Carystio marmore plura dabit Cellarius (T. I, p. 1253); mare autem *marmoris* nomine significari saepius monui (§. 92. 584. 908).

circulata] Mela (2, 7; p. 44 Voss.): *quia in orbem jacent, Cyclades dictae sunt.* Eandem nominis rationem profert Dionysius (perieg. 526). Adde Strabonem (10, p. 474. 485. 488) et Ammianum (22, 7; p. 228 Lindenbrog.). Ceterum plurima noster, dum Plinium (4, 12, 23 et 24) festinanter exscripsit, imperitissime turbavit. Primum, quod An-

item Strophades, quarum Naxo Homeri sepulcro veneranda, aliaeque quamplures per septuaginta longitudinem et per ducenta latitudinem ducunt. Inter Cherronesum et Samothracen quaedam loca vasta, nunc Barbarica.

DE QUARTO SINU EUROPAE.

- 661 Quartus vero et magnus Europae sinus ab Hellesponto incipiens Maeotis ostio terminatur. Nam arctum mare inter Europam et Asiam in angustias septem stadiorum interfluens coarctatur; quas angustias Hellespontum dicunt, ubi Xerxes Persidis rex aggregatis navibus ponteque constructo exercitum duxit. Verum haec angustiora quadam interrivatione per octoginta sex millia distenduntur, ac rursus diffunditur mare latissimum, iterumque contrahitur; sed maris illa diffusio Propontis dicitur, secundaeque angustiae Bosphoros appellantur, quae quingentis passibus patent. Item hac Darius Xerxis pater copias ponte transmisit; cujus ab Hellesponto longitudo ducentis triginta novem
- 662 millibus invenitur. Deinde Scythicus diffusi maris sinus; in quo medio Maeotis ostio jungitur lacus Cimmerius, Bosphorus idem vocatur: is duobus millibus et quingentis passibus, inter quos Bosphoros, id est Cimmerium et Thracium latus, interpatent millia quingenta. Circuitus vero totius Ponti vicies semel quinquaginta millibus, ut Varro quoque non reticet; quia dicit Europae

tandron inter insulas retulit pro *Andro*; deinde quod *Strophades* dixit, quae *Sporades* appellabantur, quum *Strophades* longe diversis in partibus sitae sint (Apollodor. 1, 9, 21. Strabo 8, p. 359. Virgil. Aen. 3, 210); porro quod *Naxon*, quae inter Cyclades est, ad *Sporades* retulit; postremo omnium atrocissimum, quod Homeri sepulcrum ex *Io* insula in *Naxum* transtulit. Scilicet apud Plinium legerat: *Io* a *Naxo* viginti quatuor millia passuum Homeri sepulcro veneranda, unde simul apparet, unde formam nominis inauditam *Naxo* habuerit, quam tamen injuria mutandam in *Naxos*

Grotius censuit. Ceterum de Homeri sepulcro in *Io* insula vide Nitzschium (meletem. de hist. Homeri p. 127).

loca vasta] Post nunc codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis inserunt *quae*, quod tamen si quem sensum habeat, pro *que* accipiendum erit. *quartus*] Haec quoque partim ex Plinio (4, 12, 24) partim ex Solino (12) conscribilla sunt, quorum interpretes de singulis conferas.

vicies semel] Deest *centenis*, ut ex Plinio apparet; sed hujus quoque codices antiqui nonnulli hoc vocabulo carent.

totius longitudinem habere sexagies ter triginta septem millia passusque quingentos. Hister fluvius ortus in Germania de cacumine montis ad novem sexaginta amnes assumens etiam Danubius vocitatur. Dehinc litus Scythicum confertum 665
multiplici diversitate Barbarica; nam illic Getae, Daci, Sarmatae, Amaxobii, Troglodytae, Alani, Germaniaeque omnis tractus. Ab Histro ad Oceanum bis decies centum millium passuum est, in latitudine millibus quadringentis usque ad Armeniae solitudines. Nec procul fluvius, lacus, oppidum, sub uno cuncta nomine Borysthenes, propter Achillis insulam ejus sepulcro celebratam. Introrsus degunt Auchetae, apud quos Hypanis nascitur, et Neurae, apud quos Borysthenes; Geloni, Agathyrsi, Anthropophagi, et a tergo eorum Arimaspi; tunc Riphaci montes, et regio caligantibus tenebris inumbrata. Post eosdem montes trans Aquilonem Hyperborei, apud quos 664
mundi axis continua motione torquetur, gens moribus, prolixitate vitae, deorum cultu, aëris clementia, semestri die, fine etiam habitationis humanae praedicanda. Verum Sarmatiae, Scythiae, Tauricae tractus in longitudinem habet millia nongenta octoginta, latitudine septingenta decem. Jam nil in Europa aestimo memorandum; quoniam et Hyperboreos sibi Asia vindicavit.

ad novem] Procul dubio legendum *Abnobae* ex emendatione Salmasii (ad Solin. p. 186), sed codicum auctoritatem requiro. De Abnoba et Tacitus (German. 1) «Danubius molli et clementer edito montis Abnobae jugo effusus» cet. *Sexaginta fluviorum* numerum Ammianus (22, 8; p. 234 Lind.) confirmat.

Achillis insulam] Ἀχιλλείαν vocant. Pomp. L. 2. *Propter* autem hic est *juxta*. Grot. — Confer Pausaniam (3, 19, 11), Plinium (4, 12, 26), Ammianum (22, 8; p. 333. 341 Gron.), Dionysium (perieg. 545), Euripidem (Androm. 1260; Iph. Taur. 436), Maximum Tyrium (15, 7; T. I, p. 281 Reisk.), Philostratum (heroic. p. 745), quosque laudat Bachmannus (ad Lycophr. 188, p. 55), inprimis autem recentem doctissimi Koehleri de

hac insula, quae et *Leuce* et *cursus Achillis* sive *stadium* appellabatur, dissertationem.

Neurae] Alii *Neutri*, lege *Neuri*. In Plinii tamen codicibus *Neurae* invenio. Grot. — Retinui antiquarum editionum lectionem; nam apud Grotium haud scio an errore *Neutrae* erat. Quanquam non solum Plinio sed et Dionysio (in perieg. 510) iidem sunt *Νευροί, Neuri*. Mela (2, 1, 90; p. 28 Voss.): «Neuris statum singulis tempus est, quo, si velint, in lupos, iterumque in eos qui fuerunt mutantur»; ubi vide Vossium (p. 113).

septingenta decem] Plinius DCCXVII Grotius margini adscripsit: «al. additur octo, al. octoginta.» Nos cum Plinio dicimus: «ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror.»

ALIA DIMENSIO EUROPAE A SEPTENTRIONE.

- 665 Si autem laevorsum post Rhiphaeos montes redeas per Oceani septentrionalis tractus, te denuo per Germaniae, Galliarumque, et Iberos populos in Gaditanum ostium revocabis. Aripphaei quippe jam in Asia constituti parilem Hyperboreis vitam degunt, cunctis gentibus venerandi, ut ad eos velut ad quoddam asylum confugiant metuentes. Ultra hos Cimmerici et Amazones ad Caspium mare, quod in confinio ortus aestivi Scythicum perrumpit oceanum.
- 666 Post prolixa terrarum et Hyrcania reperitur. Ceterum in Atlanticum littus Oceani remeantes per Aquitaniam extremam extremaque Europae in Britanniam revertuntur; quae insula jacet inter septentrionem et occasum, longa millibus octingentis, lata trecentis. Circuitus tricies octies viginti quinque millia tenet. In ultimo ejus silva Caledonia, insulaeque quamplures, inter quas Orchades

Oceani septentrionalis] Plinius (4, 13, 27): «Exeundum deinde est, ut extera Europae dicantur transgressisque Rhiphaeos montes littus Oceani septentrionalis in laeva, donec perveniatur Gades, legendum.»

Aripphaei] Solinus (17): altera in Asia gens ad initium orientis aestivi, ubi deficiunt Rhiphaeorum montium juga, Hyperboreis similes; dicunt *Arimphaeos*. Sacri habentur, attrerarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas habetur. Reichenauensis quoque codex *Arimphaei*, vulgatam tamen servare malui, quia haud scio an ab ipsis *Rhiphaeis* montibus addito α privativo nomen traxerint.

ortus aestivi] Sic scripsi ex emendatione Salmasii (ad Solin. p. 209), quum in vulgatis corrupte legeretur *ortum est ibi*, quod frustra restituere studuit Grotius corrigendo *ubi*. Et *ortus* quidem in codicibus exstare Salmasius testatur, reliqua mutatio orthographiae tantum est. Ceterum recte monet Salmasius Caspium mare non irrumpere Scythicum oceanum, quod ex Solino noster quoque

hausit, sed erumpere e Scythico, laudatque Dionysium (perieg. 47):

Δεύτερος αὐτ' ὀλίγος μὲν ἀτὰρ προφερέβτατος ἄλλων,
Ὅβτ' ἀποκιδνάμενος κρονίης ἀλὸς εἰς βορέαιο

Καβπη αἰπὸν ῥέεθρον ἀποπροΐηθι θαλάσβη.
Confer in universum Strabonem (11, p. 508 sequ.) de ea opinione, quae Caspium mare cum septentrionali Oceano conjungit, licet Macrobio teste (ad somnium Scip. 2, 9) essent etiam nonnulli, qui ei de Oceano ingressum negarent.

Britannia] Haec et sequentia vel ex Plinio (4, 16, 30) vel Solino (22) hausta, quibuscum confer Dionysium (perieg. 565 sequ.) et Tacitum (Agricola 10).

in ultimo ejus] Codices Reichenauensis et Darmstattensis in vicinio; male.

Orchades] Solinus tres tantum Orchades ponit contra omnium scriptorum sententiam, qui licet inter se discrepent, consentiunt tamen in numero

quadraginta paene conjunctae; item Electrides, in quibus electrum gignitur; sed ultima omnium Thyle, in qua solstitiali tempore continuus dies, brumalique nox perennis exigitur, ultra quam navigatione unius diei mare concretum est. Sed infra confinis est Galliae Hispaniaeque, quibus, nisi oceani Atlantici prohiberet irruptio, Africa misceretur. Nam Velonensis Baeticae civitas triginta tribus millibus a Tingi oppido disparatur, quae colonia est Mauritaniae Caesariensis. Hujus auctor oppidi Antaeus dicitur.

DE AFRICA.

Africa vero ac Libya dicta ab Afro Libe, Herculis filio. In confinio 667 est Elissos colonia, in qua regia Antaei luctamenque cum Hercule celebratur, et Hesperidum horti; illic aestuarium flexuosum, quem draconem vigilem

longe majori. Plinius et Martianus quadraginta; Ptolemaeus *περὶ τριάκοντα*, Isidorus viginti tres, quarum duodecim desertae sunt, tredecim coluntur. SALMAS. (ad Solin. p. 249) — Pro Orchades codex Darmstattensis exhibet *Orcades*, quae usitatior scriptura est (Tacit. Agric. 10. Eutrop. 7, 8); sed Solini exemplum deserere nolui. Ceterum de illis insulis peculiarem librum scripsit Thormodus Thofaeus (Hauniae 1697 fol.), quem consulas.

confinis est] Nimirum Britannia, quam Tacitus quoque (Agr. 10) in occidentem Hispaniae obtendi narrat, qua de opinione sane perversa confer Manertum (T. II, p. 9).

Velonensis] Aliis *Belon* appellatur, ut et Plinio (5, 1) et Solino (24), cujus haec verba sunt: »De Hispania est excursus in Libyam; nam *Belone* progressos, quod Baeticae oppidum est, ultra interjacens fretum trium et triginta millium passuum *Tingi* excipit Mauritaniae, nunc colonia, sed cujus primus auctor Antaeus fuit. Ceterum Plinius *triginta* tantum millium trajectum statuit.

Antaeus] Hunc et Mela (1, 5) conditorem tradit. Paulo aliter rem narrat Plutarchus (in Sertorio p. 572).

Libya] Quam incerta omnia sint de hujus nominis origine, dissensus prodit scriptorum (Apolodor. 2, 1, 4. Solin. 24. Hygin. fab. 160). Lectionem tamen apud nostrum corruptam esse Solini comparatio ostendit: »quidam tamen Libyam a Libye Epaphi filia, Africam autem ab Afro Libyis Herculis filio potius dictam receperunt. De *Africae* nomine vide conjecturas in Journal Asiatique (1834 Mars; T. XIII, No. 75, p. 194 sequ.).

Elissos] Plinio *Lixos*, Solino *Lix*; de reliquis cum nostro conveniunt, neque probanda est lectio *regio pro regia*, quam Grotius margini adscripsit.

Hesperidum horti] De situ eorum dubios nos reliquerunt scriptores (Hesiod. theog. 215. Diodor. 4, 26. Apollodor. 2, 5, 11. Strabo 2, p. 123. 3, p. 150. 4, p. 183. 7, p. 299. 17, p. 836 et 838 Casaub. Plin. 5, 1 ab in. et 6, 31, 26. Lucret. 5, 33. Virg. Aen. 4, 484. Claudian. laud.

rumor vetustatis allusit; nec longe mons Atlas de gremio cacumen proferens arenarum. Hunc incolae Adirim vocant; is usque in confinia lunaris circuli eVectus ultra nubium potestatem, qui ab occasus parte littora prospectat Oceani, nemorosus, fontibus scatens, sed rupibus infecundus; qua vero Africam spectat, opimus omnis; arbores praeteroa gignit cupresso similes, odore graves, quae lanam obducunt instar serici pretiosam. Per diem silet, nocte et ignibus micat, tibiis, fistula, cymbalis, tympanisque percrepat, Satyris Aegipanisque
 668 bacchantibus. Ultra ipsum ad occasum littus per quadringenta nonaginta sex millia, saltus feris Lybicus occupati; nec plurimum distant septem montes, qui a parilitate cacuminis fratres sunt appellati; sed elephantorum pleni sunt, ac ultra provinciam Tingitanam, cujus longitudo centum septuaginta millium est. Item Siga oppidum e regione Malacam urbem Hispaniae contemplatur. In littore quoque Carcenna, majusque oppidum Caesarea; item Icosium

Stil. 1, 252. Mela 3, 10, 4 et 15; p. 64. 65. Voss. Salmas. ad Solin. p. 372 sequ. Spauh. ad Callim. p. 669. Musgrav. ad Euripid. Hippol. 742 et Valkenaer. ad eund.).

Adirim] Lege *Dirim*. Idem ex Solino monuit Meursius. Grot. — Sed Solini libri omnes *Addirim* vel *Adderim*. Error est ipsius Solini, qui *Ad-dirim* unica voce in Plinio legit pro *ad Dirim* in his verbis: «mox amnem quem vocant Fut, et ab eo *ad Dyrim* — hoc enim nomen Atlanti esse eorum lingua convenit — ducenta millia passuum.» In exemplaribus Plinii manuscriptis etiam hodieque invenitur exaratum *Abdirim* aut *Addirim*. Straboni Ἀτλαντικός. SALMAS. (ad Solin. p. 305). — Atlantis ipsius descriptionem vide apud Maximum Tyrium (8, 7; p. 141 Reisk.).

nocte et ignibus] Haec ex Hannonis periplo ad Atlantem translata esse videntur, licet illic de Aethiopiae potius ora sermo sit: ἐν δὲ τούτῳ νῆσος ἦν μεγάλη, καὶ ἐν τῇ νήσῳ λίμνη θαλασσω-

δης, ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἑτέρα· εἰς ἣν ἀποβάντες ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφρωρῶμεν ὅτι μὴ ὕλην, νοκτὸς δὲ πυρὰ τε πολλὰ καιόμενα καὶ φωνὴν αὐτῶν ἠκούομεν, κωμῶν τε καὶ τυμπάνων πάταγον, καὶ κραυγὴν μυρίαν κ. τ. λ. Propius ad Hannonem accedit Mela (5, 9; p. 65 Voss.); noster Plinium (5, 1) et Solinum (24) potius sequitur.

Aegipanisque] De his fuse egit Vossius (ad Melam p. 46). Choros eorum describit Lucretius (4, 584 sequ.). Vide et nostrum infra (§. 674).

septem montes] Septem fratrum monumenta appellat Strabo (17, p. 827). Noster Solinum sequitur (c. 25).

oppidum] Verbum est, quod perperam additur in editis, non agnoscunt codices Monacenses (A. C), Reichenauensis, et Darmstattensis.

Carcenna] Plinius *Cartenna*, sed varianti quoque lectione *Carcenna*. Nostro Grotius ad marginem adscripsit «al. *Carnenna*», similesque lectiones Wes-

aeque coloniam; item Rusconiae et Ruscarius, Saldae etiam, ceteraeque civitates, atque Igilgili, Tubusuptu, et Rusarus; flumen vero Ampsaga abest a Caesarea trecentis viginti duobus millibus.

DE DUABUS MAURITANIIS.

Utriusque Mauritaniae longitudo decies quadraginta trium millium, latitudo quadringentorum sexaginta septem. Ab Ampsaga Numidia est nomine celebrata Numidae Nomades dicti, cujus in mediterraneis colonia Cirta, et interius Sicca, atque Bulla regia; in ora vero littoris Hippo regius,

selingius (ad Itin. Ant. p. 14) in MSS. invenit *Carnennae* vel *Carnennea*, sed quod *Cartennae* inde refingit, temere factum arbitror.

Icosium] Sic recte jam Grotius scripserat addicuntque codices nostri Monacenses (A. C) et Darmstattensis; anteriores *Iocosium*.

coloniam] Forte *colonia*. GROTIUS. — Pariter et supra provincia *Tingitana* legere malim quam accusativo casu provinciam *Tingitanam*; sed codices nihil variant.

Ruscarius] Ruscurium Plinio, Ptolemaeo *Ρουσκάραι*. GROTIUS.

Tubusuptu] Deest haec civitas Martiano, sed contra MSS. fidem; sic enim illi: ceteraeque civitates atque *Igilgitubusuptu* etc. Dederat Capella *Igilgeli*, *Tubusuptu*. WESSELIUS. (ad Itiner. Ant. p. 32).

Rusarus] Lege *Rusazus*. *Ρουβαζούς* Ptol. GROTIUS. — Ita et Plinius (5, 2); in Itinerario Antonini (p. 17. Wesseling.) est *Rusaxis*; sed in vitis codicibus mutare nolo.

trecentis viginti] Sic etiam Plinii editio princeps; nunc *ducenta* tantum legunt.

decies quadraginta trium] Plinius *octingenta triginta novem*, quo facit id quod alias legitur *decies*

triginta octo. Scriptum fuit *d. tres. trig. VIII*. D valet quingenta: hoc illi fungi *decies* interpretati sunt, quod non semel accidit. GROTIUS. — Sed in Harduiniana Plinii editione legitur: *decies triginta novem millia*. Alios legere *decies triginta octo* Grotius margini adscripsit.

Numidia] Lege et supple: ab Ampsaga Numidia est Masinissae nomine celebrata. Numidae Nomades dicti etc. Confer cum Plinio lib. V. c. 3. GROTIUS. — Ita legendum. Addit haec Solinus Numidae incolas quamdiu errarunt pabulationibus vagabundis Nomadas fuisse dictos; ut ineptus est, videtur sentire Nomadas dictos, quum pabula vage passimque sequerentur, postea Numidas, quasi Numidae et Nomades diversa sint nomina. — Inductus Plinii his verbis: *Numidae vero Nomades, a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes*. Graecum est *Νόμαδες*, Latinum ex eo parum detortum Numidae, ut *Ιάποδες* Japides; sic *δρόμαδες*, cameli, dromidae et *dromedae* dicti. SALMAS. (ad Solin. p. 309). — In vitis codicibus nihil mutare ausus sum.

Bulla regia] Ptolemaeus *βουλλαρία*. Lege *βουλλαρηγία*. GROTIUS. — Vide Mannertum (T. X, P. 2, p. 514).

ac Tabraca. Interius Zeugitana regio, quae proprie vocatur Africa, habet haec tria promontoria, Apollinis adversum Sardiniam, Mercurii respectans Siciliam, quae in altum procurrentia duos efficiunt sinus ab Hippono Diarrhyto. Deinde promontorium Apollinis, et in alio sinu Utica Catonis morte memoranda, flumen Bagrada, ac propinqua Carthago, inclita pridem armis, nunc felicitate reverenda; demum Maxula, Carpi, Messua, Clypeaque in promontorio Mercurii; item Curubis, Neapolis.

Tabraca] MS. *Tabracha*, ex Plinio. Grot. — Vulgo enim *Tabrachia*. Sed Plinius habet *Tabraca* adstipulanturque codices Darmstattensis et Monacensis (C), praetereaque quos Wesselingius (ad Itin. Ant. p. 21) *Tabraca* legere auctor est, quem vide. In Itinerario est *Thabraca*.

quae proprie] Plinius (5, 4, 3): «Zeugitana regio, et quae proprie vocetur Africa est.» Mela (1, 4): «Proxima Nilo provincia quam Cyrenas vocant, deinde cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est *Africa*; cetera Numidae ac Mauri tenent, et alio loco (1, 7): «*Africa propria* a Meleagrino promontorio ad aras Philaenorum.» Adde Salmasium (ad Solin. p. 318).

tria promontoria] Eorum primum incertum Martiani an librarium incuria excedit, *Candidum*; neque enim substituendum esse pro altero Apollinis, quae Grotii sententia esse videtur, apparet ex Plinio, quem Martianus sequitur: «Tria promontoria, *Candidum*, mox Apollinis adversum Sardiniae, Mercurii adversum Siciliae, in altum procurrentia duos efficiunt sinus, Hipponensem proximum ab oppido quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum propter aquarum irrigua, cui finitimum Theudalis immune oppidum longius a litore; dein promontorium Apollinis, et in altero sinu Utica;

unde simul verisimile fit etiam ante ab Hippono excidisse *Hipponensem*. In codicibus nihil subsidii.

Bagrada] Sic scripsi e lectione a Grotio in margine notata pro *Brugada*, quod in editis erat, siquidem illud nomen apud reliquos omnes exstat (Strab. 17, p. 832 Casaub. Polyb. 1, 74. Ptolem. 4, 6 et 6, 4. Ammian. Marcell. 23).

felicitate] Pariter infra (§. 999) *beatam* appellat, ut Appulejus (florid. 4, 20; p. 98 Oudend.) provinciae magistram venerabilem, Africae Musam coelestem, Camoenam togatorum, Solinus autem (27, 11) «alterum post urbem Romam terrarum decus, neque Ausonius (de claris urb. 2) cum Constanti-nopoli eam comparare recusat. Mela (1, 7): «nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax aemula; jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum quam ope praesentium clarior.» *Felicitis* cognomen in numis etiam gerit (Bandur. num. II, 158. 629. Occus. et Mediob. p. 560. Seguin. num. 43. 146. Spanhem. num. I, p. 556 f. II, p. 443. Confer. et Cuper. de elephant. in Salengrii thes. novo III, p. 166).

Messua] Ptolemaeus *vibova*. Grot. — Plinius *Misua*, quam ipsam lectionem Grotius quoque in margine enotavit, sed vulgatam tuentur codices Darmstattensis et Monacensis prior, neque repugnat alter, qui corrupte habet *Carpime sua*.

DE SECUNDO SINU AFRICAE.

Mox alia distinctio: Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt, 670
 quae regio ducentis quinquaginta millibus passuum circuitur, cujus satio centesimo messis incremento foeneratur. Hic oppida Puppup, Adrumetus, Leptis, Ruspae, Tapsus, Thenae, Macomades, Tacape, Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidae, et Africae ab Ampsaga longitudo sunt millia quingenta octoginta, latitudo ducenta.

DE TERTIO SINU.

Tertius sinus dividitur in geminos duarum Syrtium recessus, vadoso 671
 ac reciproco mari; sed minor Syrtis a Carthagine abest trecentis millibus; ad majorem vero per deserta pergitur, quae serpentibus diversis ac feris habitantur. Post haec Garamantes, super hos fuere Psylli. In deflexu civitas

distinctio] Lego et distinguo: «Mox alia distinctio: Libii Phoenices vocantur» ex Plin. GROT. — Vulgo enim: «mox alia distinctio Libyae. Phoenices vocantur»; sed Plinius (5, 3, 3): «mox Africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices vocantur qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL mill. pass. per circuitum, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra», unde et Byzacium restitui, codice Monacensi (C) adstipulante. Confer Salmasium (ad Solin. p. 320 f.), Casaubonum (ad Strabon. p. 36), Barthium (in advers. p. 225), et Drakenborchium (ad Silium p. 161).

Puppup] In reliquis *Pstput* habetur. Infra vici cognomine ab Antonino censetur, at Martiano inter oppida recensetur; — quae nomina cum reliquis quum ex Plinii descriptione decerpta sint, ipse *Puppup* adjecit. SURETA (ad Itiner. Ant. p. 52 Wess.) — Adde Mannertum (T. X, P. 2, p. 247).

Adrumetus] Plinius *Adrumetum*; Ptolemaeus

ἀδρουμίτος. GROT. — Sallustius (Jug. 19) «*Adrumetum et Leptim*» jungit.

Thenae] *Thacae*, ita et alii. Ptolemaeus *Θέαι- vai Θάϊναι*. GROT. — Monacensis unus (A) *Tenaea*, alter (C) *Tenea*, sed nos Plinium sequimur.

Sabrata] Ita Plinius. Ptolemaeus lib. 4 *σά- βαθρα*. GROT. — Plura dabit Surita (ad Itinerar. Ant. p. 61 Wessel.).

Garamantes] Vide Lucianum (in *Dipsad*. T. 8, p. 159 Bip.), et quos Elmenhorstius (in *Arnob*. p. 175) laudat Strabonem, Plinium, Melam, Solinum, nostrumque paulo inferius (§. 674).

Psylli] Monacenses (A. C) *Spylli*, editi *Psylli*; sed absque dubio *Psylli* intelligendi (Salmas. ad Solin. p. 186), de quibus Elmenhorstius (ad *Arnob*. p. 80) multos excitat scriptores, quibus adde Plinium (7, 2, 2), Aelianum (*hist. animal.* 16, 27 et 28), et Gellium (16, 11).

Oeensis, et Leptis magna. Iude Syrtis major, circuitus sexcentorum viginti
672 quinque millium. Tunc Cyrenaica regio, eadem est Pentapôlitana, Ammonis
 oraculo memorata, quod a Cyrenis abest quadringentis millibus passuum. Urbes
 maximae ibi quinque, Berenice, Arsinoe, Ptolemaida, Apollonia, ipsaque
 Cyrene. Berenice autem in extremo Syrtis cornu, ubi Hesperidum horti,
 fluvius Lethon, Lucus sacer, abest a Lepti trecentis septuaginta quinque
 millibus; ab ea Arsinoe quadraginta tribus, et deinceps Ptolemais viginti duobus,
 proculque Catabathmon et Marmarides, et in ora Syrtis Nasamones; deinde
 Mareotis, Maretonium; inde Apis Aegypti locus, a quo Paraetonium in sexa-
 ginta duobus millibus, inde Alexandriam ducenta millia. Totius autem Africae
 a mari Atlantico longitudo cum inferiore Aegypto tricies quadraginta millia,
 ab Oceano ad Carthaginem magnam undecies millies; ab ea ad Canopum Nili
 proximum ostium sexdecies millies octuaginta octo millia.

Oeensis] Sic Plinius (5, 3, 4), cui adstipula-
 tur codex Reichenauensis; vulgo *Oeensis*.

Cyrenaica] Ex Plinio (5, 5, 5): «Cyrenaica
 eadem Pentapolitana regio illustratur Hammonis ora-
 culo cet., unde vide ne est apud nostrum tollen-
 dum vel in et mutandum sit. De Ammonis oraculo
 plura Strabo (1, p. 49. 56; 17, p. 813. 838
 Casaub.).

Ptolemaida] Pro Ptolemais. Sic Persida pro
 Persis, Chalcida pro Chalcis, vide infra Trito-
 nida. Grot. — Atque supra (§. 31 et 330).

Maretonium] An Parethonium? Grot. — Turba-
 tum esse aliquid certum est, *Maretonium* enim op-
 pidum non exstat; Martiani tamen ipsius magis
 quam librariorum culpa esse videtur. *Mareae* et
Apidis in confinio Libyae mentionem fecit etiam
 Herodotus (2, 18).

sexaginta duobus] In quibusdam codicibus Pli-
 nianis *duodecim*. Nota quinquagenarii addita dem-
 tate dissidium facit. Grot. — Plinius (5, 6, 6):
 «Mensura a Catabathmo ad Paraetonium octoginta

sex millia passuum. In eo tractu Apis interest,
 nobilis religione Aegypti locus. Ab eo Paraeto-
 nium sexaginta duo millia passuum», unde *Parae-
 tonium* scripsi pro *Parethonium*, quod librariis or-
 thographiae nesciis debetur; Strabo (17, p. 798),
Παρατῶνιον vel rectius *Παρατόνιον* (vide Dor-
 villium ad Chariton. p. 526).

Alexandriam ducenta] Plinius *centum*. Legen-
 dum autem hic *Alexandriam* pro *Alexandrina*.
 Grot. — *Alexandrina* enim Grotius edidit, ante-
 riores *Alexandria*, omissa videlicet lineola in ex-
 trema litera, quae m significaret. Ceterum apud
 Plinium dudum *ducenta* legitur.

tricies quadraginta] Plinius ex Agrippa tradit
 LXXXV mill. pass. Grot. — Corrupta lectio du-
 dum apud Plinium (5, 6, 6) correctata est, cujus
 haec omnia ita jam leguntur: «Agrippa totius Afri-
 cae a mari Atlantico cum inferiori Aegypto *tricies
 centena et quadraginta* mill. pass. longitudinem;
 Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati ab
 Oceano ad Carthaginem magnam *undecies centena*

DE INTERIORI AFRICA.

Interior autem Africa ad meridiem versus intervenientibus desertis habet **675** Leucaethiopus, Nigritas, et ceteros monstruosae novitatis, post quos solitudines fugiendae; ad orientem versus fluvius Niger, ejus cujus Nilus naturae est prorsus. Inter solitudines degunt Atlantes, qui neque ulla inter se nomina habent, et Soli imprecantur, quod eos cum messibus semper amburat. Hi nunquam somnare videntur. Troglodytae in specubus manent, vescunturque **674** serpentibus, striduntque potius quam loquuntur. Garamantes vulgo feminis sine matrimonio sociantur. Augilae inferos colunt. Gamphasantes nudi et imbelles externis nunquam miscentur. Blemmyae sine capite sunt, atque os

mill. pass., ab ea Canopicum Nili proximum ostium *quindecies centena et viginti octo M. pass. fecerunt.* Inde qui volet nostrum emendet; codices nihil variant, nisi quod Darmstattensis *tricies* male omittit.

Canopum] Quinctilianus (1, 5, 54; pag. 93 Spald.): «Cicero *Canopitarum* exercitum dicit, ipsi *Canobon* vocant. Sed constantem codicum scripturam et hic et postea retinui.

Leucaethiopus] Ita Reichenauensis codex. In editis male *Leucas Aethiopes*. Ptolemaeus etiam *Λευκαιθιοπες*, Plinius (5, 8, 8) *Leucaethiopes*; Pomponius Mela (1, 4; p. 6 Voss.) *Leucoaethiopes*.

monstruosae] Quae hoc capite monstra narrantur, pariter et Plinius (5, 8, 8) et Mela (1, 8) tradunt, ut Solinum (31) taceam, qui aequae atque noster Plinium tantum exscripsit; sed Plinius ipse sua e Mela habere videtur, cujus auctores ignoramus; apud Herodotum enim (4, 168 sequ.) minima tantum eorum pars legitur.

Soli imprecantur] Haec ut cetera de Atlantibus ex Herodoti fontibus derivata sunt (4, 184), ubi quod nunc legitur *Ατάραντες*, ex Salmasii demum conjectura (ad Solin. p. 291) invectum est; codices

enim inveterato mendo habent *Ατλαντες*, unde Melae et Plinii error explicatur, qui in unam gentem conferunt, quae de duabus Herodotus narravit (adde Saalium ad Rhiani Benaci quae supersunt, Bonnae 1831, p. 50). Ceterum eadem sine gentis nomine narrat Strabo (17, p. 822): *τῶν δὲ πρὸς τῇ διακεκαυμένη τινὲς καὶ ἄνθρωποι νομίζονται οἱ γε καὶ τὸν ἥλιον ἐχθαίρειν, καὶ κακῶς λέγειν ἐπειδὴν προσίδωθιν ἀνίδχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς*: sicut et Silius (2, 60) Cyrenenses *iniquo Sole* calentes appellavit.

Gamphasantes] Restitui anteriorum editionum lectionem, quacum et Mela, Plinius, Solinus conveniunt; apud alios haec gens omnino non commemoratur. Grotius edidit *Camphasantes*, margini apposuit *Campasantes*, quod et codices Monacenses (A. C) habent, Reichenauensis *Capasantes*.

Blemmyae] Sic scripsi ex Mela et Plinio pro *Blemiae*, quod orthographiae tantum mendum erat. Graece enim *Βλέμμυες* sive *Βλεμύαι*, quod haud scio an ex verbis *βλέπτω* et *μύω* derivandum sit. Dionysius (perieg. 220):

et oculos in pectore gerunt. Satyri hominum nihil habent nisi faciem. Aegipanes quales pinguntur existunt. Himantopodes debilitate pedum serpunt potius quam incedunt. Pharusi comites Herculis fuere; post hos finis est Africae.

DE AEGYPTO QUAE EST ASIAE CAPUT.

- 675** Aegyptus dehinc, hoc est Asiae caput; quae una ab ostio Canopi ad ostium Ponti habet vicies sexies centum quadraginta tria passuum, ab ore autem Ponti ad os Maeotis sexdecies centena septuaginta quinque millia passuum. Verum Aegyptus introrsum ad meridiem tendit, donec a tergo Aethiopes obversentur, cujus inferiorem situm Nilus dextra laevaue divisus amplectitur, ut Aegyptum Nili possis insulam vocitare. Nam ab ambitu circumfluentis amnis etiam Delta literae figuram creditur detinere; sed a principio fissurae
- 676** ipsius fluvialis ad Canopicum ostium millia centum quadraginta sex. Summa autem ejus pars contermina Aethiopiae oppidorum multas praefecturas habet,

•Τῶν πάρος αἰθαλέων Βλεμῶν ἀνέχοσθι
κολῶναι.

Quae fabulose noster tradit, mittimus; mirabilem tamen eorum *visum* fuisse Flavius quoque Vopiscus (in Probo 17, p. 638 Obr.) testatur, qui Probum imperatorem eos subegisse captivosque Romam transmissos stupenti populo ostendisse narrat. Confer et Zosimum (1, 71).

Pharusii] Mela *Pharusii*. GROT.— Codex Darmstattensis male *Frausi*. Ceterum conferendus Sallustius (Jugurth. 18): «Sed postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interiit, exercitus ejus compositus ex variis gentibus amisso duce brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persae, et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. Hi paulatim per connubia Gaetulos secum miscuere» cet.

Asiae caput] Hoc est *principium*, qua in re Plinium sequitur, cujus haec verba sunt (5, 9, 9):

«Adhaeret Asia, quam patere a Canopico ostio ad Ponti ostium Timotheus vicies sexies centena et triginta novem millia passuum tradidit, ab ore autem Ponti ad os Maeotis Eratosthenes sedecies centena et quadraginta quinque millia passuum», numerorum tantum aliqua diversitate, quae a codicum auctoritate pendet; nostri nihil variant, nisi quod pro *quadraginta tria* Grotius margini adscripsit *triginta octo* apud alios legi. Ceterum Aegyptus utrum Asiae an Africae esset, jam Herodoti (4, 59. 41) ambiguum judicium est; quibus quum plerique Nilum confinium darent (vide ad §. 626), prouti Canopicum vel Pelusioticum ejus ostium spectaretur, anceps inter utramque haerebat (conf. et Herodot. 2, 16 cum nota Baehrii).

Delta] Herodotus (2, 15), Plinius (5, 9, 9), Strabo 15, p. 701. 16, p. 768. 17, p. 788. 801. 818 Casaub.), Ptolemaeus (4, 5), Ammianus (22, 15; p. 364 Gronov.), Mela (1, 9, 16; p. 12 Voss.).

quas Nomos vocant, inter quas Menelaitem Alexandriae regionem, item Libyae Mareotim. Heracleopolis autem insula Nili est, in qua oppida Hercules, Arsinoita et Memphita, quae ad summum Delta perveniunt. Nilus autem ipse incertis ortus fontibus creditur, quum Juba rex eum a monte inferioris Mauritaniae de lacu Nilide oriri significet, quod animalibus iisdem et argumentis feturae parilis approbatur. In omni autem Delta Nili oppida ducenta quinquaginta fuisse Artemidorus attestatur. In littore tamen Aegyptii maris praestantior urbium Alexandria constituta, ab Alexandro Magno condita, a Canopico ostio in duodecim millibus passuum juxta Marcotim lacum, qui complures insulas habet trajectusque quadringentos, cujus tam longitudo quam etiam latitudo centena quinquagena millia passuum tenent. Unde ultra Pelu- 677 siacum ostium Arabia est, ad Rubrum pertinens mare, quod Erythraeum ab Erythra rege Persei et Andromedae filio vocitatum, a colore etiam dictum Rubrum; nam fons est in littore, quem quum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas; hujus maris oppidum Arsinoe.

Menelaitem] Sic scripsi codices secutus Darmstattensem, Reichenauensem, et Monacensem (C); vulgo inepte *Menala*, item *Ala*, item *Alexandriae*. Reliquos enim quos Plinius enumerat Nomos omisit noster, extrema tantum recepit, quae apud Plinium ita sonant: «Menelaitem Alexandriae regione; item Libyae Mareotis»; latius tamen corrigendo progredi nolui.

oppida Hercules] Vereor ne hic quoque Plinium male intellexerit, cujus haec verba sunt: «Heracleopolites (scil. Nomus) est in insula Nili, longa passuum quinquaginta millia, in qua et oppidum Hercules appellatum. Arsinoitae duo sunt; hi et Memphites ad summum Delta perveniunt.»

incertis fontibus] Sic Herodotus (2, 54), Diodorus (1, 52), Claudianus (Idyll. 4, 10):

«Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quaerendus ratione latet nec contigit ulli.»

Varias antiquorum opiniones collegit Letronne (Journ. d. Sav. 1831).

Nilide] Sic codices Reichenauensis, Darmstattensis, Monacenses (A. C) pro corrupto in editis nomine *Hilide*, quod ex similitudine literarum H et N natum (palaeogr. crit. III, p. 205); eadem apud Plinium quoque (5, 9, 10) lectionis varietas.

pertinens] Pro *pertingens* in editis praebent codices Monacenses (A. C), Darmstattensis, alique (Oudend. ad Appul. T. 2, p. 268); Plinius praeterea (5, 11, 12), Solinus (33), et Me'a (4, 10).

Persei] Correxi quod in editis erat *Persae*, auctoritate non solum codicum Monacensis (C) et Darmstattensis, sed etiam Solini (33) et Photii (250, c. 3; p. 1523).

rubrum colorem] Eandem fabulam Solinus (33) tradiderat post Ctesiam apud Strabonem (16, p. 708. 779 Casaub.).

DE ARABIA ET SYRIA.

678 Verum Arabia tenditur usque ad odoriferam ac divitem terram, sed juxta est Syria multis distincta nominibus. Nam et Palaestina est, qua contingit Arabiam, et Judaea, et Phoenicia, et quantum interior habetur Damascene, in meridiem vergens Babylonia; ex eadem Mesopotamia inter Euphraten et Tigrin; qua vero transit Taurum montem, Sophene, citra vero etiam Commagenē, et ultra Armeniam Adiabene, Assyria ante dicta; et ubi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo ejus inter Ciliciam et Arabiam quadringentorum septuaginta millium passuum est; latitudo autem a Seleucia ad 679 oppidum Euphratis Zeugma centum septuaginta quinque millium passuum. Ostracine Arabia finitur, a Pelusio sexaginta sex millibus passuum. Apollonia Palaestinae per centum octuaginta octo millia passuum procedens, supra Idu-

divitem terram] Quid sibi velit, ex Plinio (5, 11, 12) apparebit: «Ultra Pelusiacum Arabia est ad Rubrum mare pertinens et odoriferam illam ac divitem et beatæ cognomine insulam.» Confer Strabonem (16, p. 778) et Diodorum (5, 16. 47).

qua contingit] Ita codex Grotianus, vulgo *quae*.

Sophene] Quidam codices *Sophone*, male. Lucanus:

— — — *Et dedita sacris*

Incerti Judaea dei, mollisque Sophene.

Geogr. — Vide ibi Cortium (ad Phars. 2, 593; p. 286 Weberi).

• *Zeugma*] In editis *Zeuma*, sed contra reliquorum scriptorum ipsiusque originationis auctoritatem, quæ a fluvio ponte juncto, ἐξευγμένω, ducta est. Confer Plutarchum (in Crasso p. 564. 561), Strabonem (14, p. 664; 16, p. 736 Casaub.), Florum (3, 11), et quos laudat Harduinus (ad Plinium 5, 24, 21).

centum septuaginta] Revocavi lectionem a Grotio in margine notatam, ut noster cum Plinio (5,

12, 13) conveniret; vulgo *quingenta viginti*, facili errore DXX pro CLXX.

Ostracine] In Plinii loco interpungendo hallucinatus est Martianus. Sic enim distinguit: «a Pelusio Chabriae castra, Casius mons, delubrum Jovis Casii, tumulus magni Pompeji; Ostracine Arabia finitur a Pelusio LXV millibus passuum.» Quantum ad rem attinet, certe verum est juxta Plinii sententiam, finiri Arabiam Ostracine et ab ea incipere Idumaeam. Dicit Arabiam finiri a Pelusio sexaginta sex millibus passuum, ita enim legendum ex Martiano; mox Idumaeam incipere. Atqui tot sunt millia passuum a Pelusio ad Ostracinen. Itinerarium:

Ostracina Cassium XXVI

Pentascoenenon XX.

Pelusium XX.

Ergo a Pelusio ad Ostracinen Arabia erat, ab Ostracine Idumaea. SALMAS. (ad Solin. p. 569). — Recte omnia; sed hallucinationem Martiani non video.

octuaginta octo] Plinius *novem*. Geogr. — Sed

triam et Samariam Judaea longe lateque funditur. Pars ejus Syriae juncta Galilaea vocatur, a ceteris ejus partibus Jordane amne discreta, qui fluvius oritur de fonte Pancade. Secunda elatio Judaeae ab Hierosolymis, in quo latere est fons Callirrhoe; ab occidente Esseni, qui sine concubitu et cunctis cupiditatibus vivunt. Hinc aliquanto interius Masada castellum, in quo Judaeae finis est. Jungitur Decapolis, dicta a numero civitatum. Redeuntibus 680 ad oram Phoeniciae colonia Ptolemais; a tergo Libanus et Antilibanus montes, et interjacentibus campis Bargilus item mons sedet. Item Syria desinente inter oppida Phoeniciae Antiochia, quae Oronte amne dividitur; super eam mons nomine Casius, cujus altitudo quarta vigilia Solem per tenebras videt. In Syria fluvius 681 Euphrates nascitur a monte qui vocatur Capotes; ibi quoque Marsyas alius.

haec minima difficultas; totus locus misere mutilus. Plinius (5, 14, 15): »Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Caesarea... fuis Palaestines CLXXXIX mill. pass. a confinio Arabiae, deinde Phoenice etc. Corruptionis culpam quis sustineat, haud facile discernas.

Pancade] Josephus *Pannium* appellat. Aliis *Pannens* dicitur. Cum *Capella* est Plinius, *Gnor.*

Callirrhoe] Meminit et Josephus. *Gnor.*

Esseni] Idem qui ab aliis *Essaci* appellantur (Plin. 5, 17, 15. Solin. 35. Philo in op. p. 876 et ap. Euseb. in praep. ev. 8, 4, 11. Porphyri de abstin. 4, 11; p. 333 Rhoer. sequ.).

Masada] Sic et Solinus (15 f.): »Judaeae terminus Masada castellum, quod tamen recte monet Salmasius (p. 616) ex Plinii verbis (5, 17, 15) non sequi: »Inde Masada castellum in rupe et ipsum haud procul Asphaltite; et haec terra Judaea est.

mons sedet] Forte *mons se edit*. *Gnor.* — Nihil corrigendum; ita Silius (12, 62): »Campo Nola sedet.

Casius] MS. et Plinius *Cassius* et ita omnes auctores. *Gnor.* — Nescio quos dicat, nisi forte

Eusebium (praep. evang. 2, 2; p. 60); apud reliquos enim, Herodotum, Strabonem, Plinium, et hujus et cognominis in Aegypti finibus positi montis nomen ita scribitur ut nos exhibuimus. Conferendus imprimis Ammianus Marcellinus (22, 14): »Casium montem adscendit nemorosum et tereti ambitu in sublime porrectum, unde secundis galliniis videtur primo Solis exortus, ubi plura Valerius (p. 359 ed. Gronov.); et Solinus (56): »In Seleucia alter Casius mons est, Antiochiae propinquus, cujus e vertice vigilia adhuc quarta conspicitur globus Solis, et brevi corporis circumacta, radiis caliginem dissipantibus, illinc nox, hic dies cernitur; talis e Casio specula est, ut lucem prius videas, quam auspicetur dies.

Euphrates] De ejus cursu vide Strabonem (2, p. 89 Casaub.), Polybium (9, 35; p. 797 sequ.), Plinium (5, 34), et Pomponium Melam (3, 8). Ceterum delevi inscriptionem, quae in editis erat: »de Euphrate magno fluvio, quia in transcurso tantum inter cetera hunc quoque Martianna tangit, multaque sequuntur, quae ad eum non pertineant.

Capotes] Ita codices Reichenanensis, Darmstat.

amnis; inter Syriam et Parthiam oppidum Palmyra, moxque Euphrates fluvius, cuius decem dierum navigatione in ipsam Seleuciam Parthorum urbem maximam pervenitur. Sed scissus Euphrates laevorsum in Mesopotamiam vadit et Tigridi infunditur, dextro autem meatu Babyloniam petit, quae Chaldaeae caput est. Sed redeundum ad oram Syriae, cui confinis est Cilicia, in qua oppidum Veneris, et Cypros insula, fluviusque Paradisus. Ciliciae Pamphylia sociatur, cuius ultima Phaelis; dehincque Lycaonia in Asiaticam jurisdictionem versa, quae ab illa parte, qua Galatae contermina est, habet civitates quatuordecim. Verum Pamphyliae juncta Lycia, a qua incipit mons Taurus, paene mediatenus orbis conscius, quem peragraret, nisi maria restitissent; qui aliquando flexuosus evadit, et in Riphacorum montium juga sub nominum diversitate protenditur. Nam inter cetera nomina idem Niphates est, Caucasus, et Sarpedon; Portarum etiam nomine censetur, et alibi Armeniae, alibi

tensis, et Monacenses (A. C), atque etiam Plinius (5, 24, 20); vulgo *Capodes*.

Marsyas] Plinius: «a Samosatis autem, latere Syriae, Marsyas amnis influit.» Vide Mannertum (T. VI, P. 1, p. 507).

et Parthiam] Plinius: «Palmyra urbs nobilis situ, divitiis soli et aquis amoenis, vasto ambitu — privata sorte inter duo imperia summa Romanorum Parthorumque — abest a Seleucia Parthorum, quae vocatur ad Tigrin, CCCXXXVIII mill. passuum; a proximo vero Syriae littore CCH millibus.»

Paradisus] Alii tamen urbem apud Libanum montem esse ajunt, non fluvium, inter quos Plinius. Grot. — Ne credas. Ille enim (5, 27, 22) Paradisum inter fluvios refert.

mediatenus] Nimis auget Martianus quae dixerat Plinius (5, 27, 27): «mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria.» Pro concessus parum aberam quin revocarem, quod in marginem Grotius rejecit, *constitutus*, nisi in mentem

veniret Martianum perperam intellexisse quod apud Plinium est «innumerarum gentium arbiter.»

nominum diversitate] Vide et Dionysium (perieg. 647):

«Ὅτ' μὲν ἐπανομίαν μίαν ἔλλαχεν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ

ὄνομα ἔχει τροφάλλυγι· τὰ δ' ἂν κείνοισι μέλοιτο

Ἄνδραβιν, οἱ κατὰ χῶρον ὁμόθριον οἶκον ἔθεντο.»

Niphatem] Vide Servium ad illud Virgilii:

«*Addam urbes Asiae domitas pulsumque Niphatem*»

et Strabonem lib. II. Grot. — Male Grotius *Niphatem* et *Niphatem*, quae correxi e Plinio (5, 27, 27) et Virgilio (georg. 3, 30). Monacenses (A. C) *Nifates*.

Portarum] Omisit *Cilicias*, quae proprio nomine *Tauri pylae* vocantur a Ciccone (ad Att. 5, 20). Confer Cellarium (T. II, p. 262).

Caspiae; et idem Hyrcanius, Coraxicus, Scythicus, Ceratunius appellatur. In Lycia alius mons Chimaera, noctibus flagrans. Haec habuit oppida septuaginta; nunc triginta sex sunt. Telmesus oppidum dicitur, quo finitur. Hinc Asiaticum sive Carpathium mare, et quae proprie vocatur Asia, cui ab oriente Phrygia et Lycaonia, a septentrione Paphlagonia est. Hujus longitudo quadringentis septuaginta millibus passuum, latitudo trecentis. Armenia altera ab oriente, a septentrione Pontica. In proximo Caria est, mox Ionia; ultra eam Aeolis, media Doride. In Phrygia Celaene antea, in Apameam commutata; illic Marsyas et natus et occidit et fluvio nomen dedit et cum Apolline decertavit; denique pars ejus Aulo crene vocitatur, unde Macander amnis exoritur.

DE PHRYGIA PROVINCIA.

Phrygia Troadi imminet, ab aquilone Galatia est, a meridie Lycaonia

Hyrcanius] Lege *Hyrcanus*. GROT. — Plinius nostrum tuetur.

mons Chimaera] Conferendi praeter geographos Isidorus (etym. 14, 5, 46) et Servius ad Virgilium versum (Aen. 6, 288):

— — *flammisque armata Chimaera*:

«Revera mons est Lyciae, cujus hodieque ardet cacumina, juxta quod sunt leones; montis autem pascua sunt, quae capris abundant; imo vero montis serpentibus plena. Plura dabit Cellarius (II, p. 117).

Celaene] Lege *Celene* ex MS. et Plinio. Vide Strabonem lib. XII. Sosibius:

«Ὁὐδ' οἱ Κελαῖναι πατρὶς ἀργεῖα πόλις
Μίδου γέροντος ὅστις ὦτ' ἔχων ὄνου
Ἦναββε.» — —

GROT. — Vulgo enim *Celene*; restitui *Celaene*, quae orthographiae tantum mutatio erat. De ipsa urbe confer Livium (38, 13): «Celaenae urbs ca-

put quondam Phrygiae fuit; migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea sorore Selenci regis. Et Marsyas amnis haud procul a Maeandri fontibus oriens in Maeandrum cadit, famaue ita tenet Celaenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Macander ex arce summa Celaenarum ortus media urbe decurrens per Caras primum dein Jordanas in sinum maris editur; et quos laudat Casaubonus (ad Strabonem 12, p. 577). Ceterum Celaenarum nomen postmodo quoque durasse ostendit Dionis Chrysostomi oratio ibidem habita (35, p. 429 sequ. Morell.).

Apameam] *Ἀπάμεια* Straboni. GROT. — Male apud Martianum et in anterioribus Solini editionibus scribitur *Apamaea*. Graece est *Ἀπάμεια*, Latine *Apamia*. Libri Pliniani vocant *Apamiam*. SALMAS. (ad Solin. p. 826). — Sic et Ammianus (23 p. 270 Lindenbr.), sed malui *Apameam* scribere, quae orthographiae tantum mutatio erat.

et Pisidiae Mygdoniae confinis est, ab oriente Lyciae, a septentrione Mysiae et Cariae. Dehinc Tmolus croco florens, amnisque Pactolus. Ioniae Milesos caput. Ibi etiam Colophon, oraculo Clarii Apollinis celebrata. Maeoniae principium Sipylus; Smyrna etiam Homero notissima, quam circumfluit Meles flavius; nam Smyrnaeos campos Hermus intersecat, qui ortus Dorylao Phrygiam Cariamque dispescit. Juxta Ilium sepulcrum Memnonis jacet. Supra Troadem in mediterraneo Teutrania Cayco flumine alluitur. Ibi inter omnes
687 Asiae civitates Pergamum clarius. Nam Bithynia initium Ponti est, et ab ortu Thraciae adversa, a Sagari flumine primos habitatores habet, qui fluvius

Lycaonia] Lege *Lycaoniae*. GROT. — Recte; sed si totum hunc locum integritati restituere conemur, vereor ne Martianum ipsum potius quam libros ejus corrigamus. Quid quod ipse jam ejus fons corruptus fuisse videtur Solinus (40, 9), cujus verba in MSS. Salmasio teste omnibus sic leguntur: «Ipsa Phrygia Troadi superjecta est, aquilonia parte Galatae collimitanea, meridiana Lycaoniae, Pisidiae, Mygdoniaeque contermina; eadem ab oriente vicina Lydiae, a septentrione Mysiae, Cariae a parte qua dies medius est»; Salmasii demum conjectura (p. 837) restitutum est: «eidem ab oriente vicina Lydia ceter.; sed jam Martianum illa apud Solinum legisse apparet, quae deinde majoribus etiam erroribus inquinavit, *Lycia* pro *Lydia* substituta, et *Caria* pro *meridie* ad *septentrionem* relata. De *Lydiae* enim finibus sermonem esse et sequentia docent et Plinii (5, 29, 30) comparatio; *Lydia* autem Phrygiae ab exortu Solis vicina, ad septentrionem Mysiae, meridiana parte Cariam amplectens — celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli montis ceter.; quae autem de Phrygia habent Solinus et noster, eorum fons apud Plinium exstat inferius (5, 32, 41): «Phrygia Troadi superjecta — septentrionali sua parte Galatae contermina, meridiana Lycaoniae, Pisidiae, Mygdoniaeque, ab

oriente Cappadociam attingit, unde facilis suspicio sit, apud Solinum mature aliquid excidisse.

croco florens] Virgilius:

— — nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaci.

GROT. — Male in editis loco *florens*; sed *croco* praebent codices Monacenses (A. C), Darmstatten-sis, et Reichenauensis; idem tamen excepto Monacensi altero (C) male *Molus* pro *Tmolus*. De *croco* vide J. H. Vossium (ad Virg. Georg. 1, 56).

Dorylao] Correxī ex Solino (40, 15); vulgo *Dorilao*; Plinius (5, 29, 31) *Dorylaeum*.

dispescit] Sic codices antiquissimi Leidenses tres (Ondendorp. ad Appul. I, p. 296; II, p. 50) et margo libri Norimbergensis; vulgo *dispartit*, *Grotius* in margine *dissecat*.

Bithynia] Haec quoque ex Solino (42), quam assumpta ex Plinio (5, 32, 45) *Galliarum* confinis originatione, quam confirmat et Herodianus (4, 11; p. 35 Boecl.).

Sagari] Hic apud auctores nunc *Sagaris*, nunc *Sangarius*, nunc *Sagarius*, nunc *Sangaris* nuncupatur, hodieque *Zagari* appellatur. Ptolemaeus Σαγαρον nominat. Pro Capella est Ovidius:

•Huc Lycus, huc Sagaris, Penelisque Hispanisque Cratesque

alii fluvio Gallo miscetur, a quo Galli dicuntur ministri matris deum. Haec et Bebrycia et Mygdonia dicta est; a Bithynae rege Bithynia. In ea civitas Prusias, quam Hylas inundat lacus, quo pater ejusdem nominis dicitur interceptus. Ibi Libyssa locus, Nicomediae proximus, in eo sepulcrum Hannibalis memoratur. Dehinc Ponti ora, post fauces Bosphori et ansem Rhesum 688 Sagarimque sinus Mariandyni, in quo Heraclea civitas, portus Acone, ubi herba yoneni aconitam procreatur, specus Acherusius, qui mergitur in profunda telluris. Inde Paphlagonia, ubi a tergo Galatia est; sed hic Henetosa etiam 689 civitas, a cujus civibus in Italia ortos Venetos asserunt. Ibi promontorium Carambis, quod a Ponti ostio abest millibus passuum ducentis viginti, tantundem a Cimmerico. Ibi etiam mons Cytorus, et civitas Eupatoria, quam Mithridates fecerat; sed eo victo Pompejopolis appellata.

DE CAPPADOCIA.

Cappadocia autem introversus recedit, quae laevorsum ambas Armenias 690

Influit, et crebro vortice tortus Halys.

Gaor. — Plinius (6, 1): *Sagaris fluvius ex inclutis. Oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, idem Sagaris a plerisque dictus.* Plura dabit Cellarius (T. II, p. 295).

Ponti ara] Haec ex Plinio (6, 1) et Solino (45). Inserui autem post ex margine Grotiana.

Heraclea] De ea vide Memnonis historiarum fragmenta a Photio (cod. 224) servata (ed. J. C. Orellius, Lips. 1816), et H. L. Polaberwii dissertatione de rebus Heracleae Ponticae (Brandenburg, 1835).

Henetosa] Codex Monacensis (C) *Enetusa*, Darmatattensis *Venetusa*, et ad libri Norimbergensis marginem adscriptum legitur *Henetorum*. Plinius vero (6, 2, 2) ad Paphlagoniam scribit: *quo loco Henetos adjicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Solinus (44) locum Henetum appellat. De*

Venetorum origine plures opiniones avertit Strabo (5, p. 212. 12, p. 545 f. 552 f. Casaub.); sed adde omnino haec Messalae Corvini (de Aug. progne 10, p. 540 Bip.) de Antenore: *Is inter ceteros comites Enetorum multitudinem numerosam secum duxerat: qui Paphlagonia orti, patria pulsati, exsules ad Trojam, quae bello tunc laborabat, concesserant. Hi in proxima finitimorum praedia longe lateque diffusi, quia multitudine cuncta compleverant, ex se gentibus nomen dederunt et Venetia regio dicta.*

ducentis viginti] Plinius: *Promontorium Carambis vasto excursu abest a Ponti ostio CCCXXV millibus passuum, vel ut aliis placuit CCCL, tantundem a Cimmerico, aut ut aliqui malere CCCXII millibus quingentis.*

Cappadocia] E Solino (45) et Plinio (6, 3, 3); adde Salmasium (p. 890) et Strabonem (12 init).

Commagenemque transevit, dexterosum plurimos Asiae populos ambiens. Ad juga Tauri succrescit in ortu. Praeter Lyeaoniam, Pisidiam, Ciliciam, super tractum Syriae means, Antiochiae partem in Scythiam pertendens. Ab Armenia majore dividitur Euphrate fluvio, quae Armenia inchoat a montibus Pariedris. In Cappadocia multae urbes eximiae, inter quas Melita, quam Semiramis condidit, et Mazaca, quam dicunt urbium matrem, cui Argaeus mons imminet, qui nives verticis albicantis ne aestivis quidem Solibus superfundit. In hac Cappadocia longitudo Asiae undecies centena quadraginta millia.

[DE ASSYRIA.]

691 Assyrii Adiabene incipiunt, quos excipit Media in prospectu Caspii maris, quae Caucaseis montibus cingitur; sed Caucasus portas habet, quas Caspias dicunt, cautium praecisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad externorum transitum cohibendum, quamvis verno etiam serpentibus occludantur; a quibus ad Pontum ducenta millia passuum esse non dubium est. In Ponto autem

Pariedris] Plinius (6, 9, 9) *Paryadrus*; Strabo (11, p. 527; 12, p. 548. 555 Casaub.) *Παρυάδρης*; nostri margini Grolius adscripsit *Panedyris*.

Mazaca] Ita et Plinius in Cappadocia: *Μαζακα* Stephano, unde ait dici *μαζακηνός* et *μαζακηνός*. Suetonius tamen in Nerone turba Mazacum dicit. Grot. — Videatur de hac urbe Vaillant (in num. maxim. moduli p. 64). Sextus Rufus (in brev. 41, p. 219 Bip.): «Semper in auxilia nostra fuere Cappadoces et ita majestatem coluere Romanam, ut in honorem Augusti Caesaris *Mazaca*, civitas Cappadociae maxima, *Caesarea* nuncuparetur. Adde Eutropium (7, 5 et 6). Plura dabit Celsarius (T. H, p. 542).

Argaeus] Vide Strabonem lib. XII. Grot. — Operae pretium erit conferre Salmasium (ad Solin. p. 891). Mons ipse in numo apparet (Vaillant. num. max. moduli ad p. 75).

undecies centena] Plinius (6, 8, 8) *duodecies centena* *quintaginta*.

Assyrii Adiabene] MS. *Assyrii Adiabene incipiunt*, non male. Sic et supra dixit: «Epiros autem incipit Acrocerauniis montibus.» Grot. — Sed sic in anterioribus editionibus jam legebatur; cur igitur edidit *ab Adiabene*? De Caspiis portis confer Strabonem (1, p. 64 Casaub. 2, p. 78. 79. 89. 91. 92). De Adiabene autem sic Ammianus (23, p. 270 Lindenbr.): «A *διαβαλσειν*, transire, appellatum esse veteres quidem arbitrantur: nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos transitivimus, *Diavas* et *Adiavas*, juncti navalibus pontibus, ideoque intelligi *Adiavenam* cognominatam. Ceterum noster Solinum exscripsit (46 et 47), amplificata tamen ex Plinio (6, 41, 42) portarum descriptione.

sunt insulae Symplegades, mox regio Margiane sola in eo tractu vitifera, inclusa montibus stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter solitudines arenosas, quae sunt per centum viginti millia passuum. Regionis praedictae amoenitatem Alexander Magnus delegerat, et ibi primo nominis sui condiderat civitatem, quae excisa est, et ab Antiocho Seleuci filio reparata cum nomine patris ejusdem, cujus circuitus habet stadia septuaginta quinque. Inde Oaxis amnis, qui circa Bactram cum ejus nominis oppido fluvioque; 692 ultra Panda oppidum Sogdianorum, ubi Alexander tertiam Alexandriam condidit ad contestandam fineris prolixitatem; quippe emensi ibi a Libero, dehinc ab Hercule, arae sunt constitutae in testimonium laboris immensi. Illam terrarum partem Jaxartes fluvius secat, qui Tanais putabatur, quem Demodamas dux transcendit aliumque esse perdocuit, et ultra Didymaeo Apollini aras extruxit.

Symplegades] De his insulis vide fabulam apud Apollodorum (1, 9, 22), Ammianum (22, 8, p. 357 Gron.), Strabonem (4, p. 21 Casaub.), et Euripidem (in *Medea* 1263). Noster Plinium (6, 12, 13) ante oculos habuit.

Margiane] Editi vulgo *Martianae*, libri Norimbergensis margo *Martiana*, codicis Bamstattensis et Monacensis alter (A) *Martianae*, alter (C) *Marcianae*, unde orthographia tantum emendata restitua cum Salmasio (ad Solin. p. 983) quod apud Plinium et Solinum legitur. Adde Strabonem (2, p. 73 Casaub.).

Antiocho] Plinius (6, 16, 18): — in qua Alexander Alexandriam condiderat; qua diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syriam; nam interficiente Margo, qui convivatur in Zotala, is maluerat illam Antiochiam appellari. Antiochiam dicunt et alii (Cellar. T. II, p. 807) et Strabo (11, p. 516); Solinus tamen (48), quem noster sequitur, Seleuciam appellatam ait.

Oaxis] Sic Grotianus codex. Editi *Oaxus*;

Reichenauensis *Oxis*. Laudat Grotius Plinium et Servium ad illud Virgiliae (ecl. 1, 66):

— *et rapidum Caetae venimus Oxem.*

Sed dubitat Salmasius (ad Solin. p. 984) an idem sit Oaxis cum Oaxo vel Oxa. Strabonem (4, p. 73 Casaub.) et Ptolemaeum (6, 11) sequi si volueris, *Oxum* (Ωξον) legere debebis.

cum ejus nominis] Sic scripsi e codice Reichenauensi pro vulgata lectione: *circum Bactram ejus oppidum nominis fluvioque.* Plinius (6, 16, 18) et *Bactri*, quorum oppidum Zariaspe, quod postea *Bactrum a flumine* appellatum est. Solinus (49), *Bactris praeterea est proprius amnis Bactres*, unde et oppidum quod incolunt *Bactrum.*

ibi a Libero] Interposui particulam *ibi* auctoritate Reichenauensis codicis; viditque in eod. etiam Salmasius (ad Solin. p. 985).

Jaxartes] Grotius ad marginem *Jaxates*, Reichenauensis *Laxates*; sed Plinius (6, 16, f.), Solinus (49, 5), et Ammianus (25, 6, p. 411 Gron.), vocat *Jaxartes* cum Strabone (11, p. 507 Casaub.).

[DE PERSIDE.]

695 Hic Persicus limes Scythis jungitur; sed Scythico oceano et Caspio mari, qua oceanum Eoum cursus est, profundae in exordio nives, dehincque longa desertio; postquam Anthropophagi excursus invios reddidere, post quos Seres, qui undis adspargunt arbores suas, ut lanugo, quae sericum creat, possit admitti. Hi aliarum gentium homines aspernantur, et appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum. Hinc Attacorus sinus, Hyperboreis beatitate consimilis, quo incolae gratulantur, qui circuitu vallium auras nesciunt pestilentes.

Persicus limes] Ex Solino (49, 6). Inscriptio- nem de Perside inepto loco interpositam uncis inclusi ut supra (§. 691) de Assyria.

Scythico oceano] Ex Plinio (6, 17, 20) et Solino (50).

lanugo] Ammianus Marcellinus (23, 6): «Abinde silvae subluccidae, a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quaedam vellera mollientes ex lanugine et liquore mistam subtilitatem tennerrimam pectunt nentesque subtemina conficiunt sericum.» Adde Herodotum (3, 106), Strabonem (15, p. 684. 713 Casaub.), Melam (3, 7; p. 58 Voss.), Clementem Alexandrinum (paedag. 2, p. 200 Sylb.), poëtasque Virgilium (georg. 2, 121):

«Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres et Claudianum (cons. Prob. et Olybrii 179):

— «quod molli tondent de stipite Seres,

«Frondea lanigeras carpentes vellera silvae alicostque ejusdem locos (in Entrop. 1, 226; III cons. Honor. extr.), quae denique supra (§. 114) de bysso annotata sunt.

appositione] Ita correxi, emendavi que etiam interpunctibnem. In editis enim locus sic legebatur: «Hi aliarum gentium homines aspernantur, et appositionem mercium: Sine colloquio gaudent implere

contractum.» Quae quam falsa sint videbis si fontes unde noster hausit comparaveris (Solin. 50 f. Melam 3, 7. Plin. 6, 22, 24. Ammian. 23, 6; p. 413 Gron. Appulej. in flor. p. 21 Oud.).

Attacorus sinus] Vide Plinium. Gaor. — *Attacorum* omnino Solinus scripsit, qui sinum *Attacenum* ab *Attacis* populis putavit dictum, ut *Astacenus* sinus in Ponto apud Plinium ab *Astaco*. Martianus, qui Solini similis est, ut ipse Solinus Plinii, licet cum sequitur: «Hinc *Attacenus* sinus» cet. Ita scribendum e veteri libro, qui habet *Attacenus*; nam in vulgatis habetur *Attacorus*. Pliniani tamen libri habent: «Chryse sinus, Cyrasha flumina, Atianos sinus et gens hominum *Attacorum*.» Veretur ne hic more suo hallucinatus sit Solinus et *Attacorum* ab *Attacis* populis formatum putarit, atque inde ipse *Attacenum* sinum formavit. Atqui genitivus ille *Attacorum* ab *Attacorum* descendit, non a recto *Attaci*, *οἱ Ἀττακόραι*, idque ipse testatur Plinius statim: «ab Attacoris gentes Thari.» Ego Graece sunt *Ἀττακόραι*, non *Ἀττάχοι*. SALMAS. (ad Solin. p. 989). — Lectionem *Attacenus* Grotius quoque notavit in margine; corrigere tamen nolui, quia ipsius Martiani error esse videtur ex Plinii verbis male intellectis Solini verbis illatus.

DE INDIA.

Dehinc India; nam Ciconas in medio error adstruxit; sed a Mediis 694
montibus inchoat India; nam in Eoum mare a mediterraneo porrecta, salubris
Favonii vegetabilibus flabris, secunda aestate annis singulis vegetatur bisque
frugem metit; pro hieme Etesias perfert. Quinque millia habuit oppidorum,
et mundi pars tertia credebatur. Liber primus ingressus Indiam triumphavit.
In ea maximi fluviorum Indus et Ganges; sed ab Scythicis montibus Ganges
venit. Et Hypanis ibi annis immodicus, qui Alexandri Magni iter inclusit,
sicut in ejus ripa locatae testantur arae. Latitudo Gangis, ubi diffusior, viginti
millia passuum; ubi angustus, octo millia; profundus pedibus centum. Ibi
reges gentiumque diversitas, tam exercitibus quam elephantis copiosa. Ultra
Palibotram urbem mons Malcus, in quo hieme in septentriones umbrae, in
austros aestate cadunt, senis alternatae mensibus. In eo loco per annum
quindecim diebus tantum Septentriones apparent. Homines fusciores; nam 695
Pygmaei montibus habitant, et qui confines Oceano sine regibus degunt.
Pandeam gentem feminae tenent, cui prior regina Herculis filia. In eo tractu

qui circuitu] An quia? Grot. — Non necesse.

Ciconas] Solinus (52): «Inter hos et Indiam
gnarissimi Ciconas locaverunt», prorsus contrarius
nostro, nisi hunc ignarissimi legisse conjiciamus
cum Salmasio (p. 990).

Mediis] Legendum puto *Emodis*. Vide Plinium
lib. 6, c. 17; Ptolemaeum lib. 5, c. 14. Grot. —
Quantum ad rem recte, ut confirmant Dionysius
(periég. 1165), Strabo (15, p. 719), alii; sed in-
veteratum mendum esse Solini (52) codices ostendunt,
qui et ipsi *Medis* legunt teste Salmasio (p.
990), qui recte monet ipsi potius Martiano quam
librariis hoc peccatum imputandum esse.

octo millia] Supplevi *millia* ex codice Reiche-
nauensi, Plinio et Solino adstipulantibus; in re-

liquis alieno loco intrusum legitur post *centum*, ubi
tamen jam Grotius in margine notavit ab aliis abesse.
mons Malcus] Vide supra (§. 595).

Pygmaei] De eorum cum gruibus pugna fabella
antiquissima est (Homer. Il. γ 6) et a recentioribus
saepe repetita (Strabo l. 1, p. 35. 37. 43. l. 2,
p. 70. l. 7, p. 299. l. 9, p. 390. 17, p. 821 Cas-
saub. Aristot. hist. animal. 8, 12. Oppian. halieut.
1, 625. Plin. 4, 11. 7, 2. 10, 23. Juvenal. 13,
167. Mela 3, 8. al.). Maximus autem scriptorum
dissensus deprehenditur de regione, quam inhabi-
tasse Pygmaeos fabulantur (Herodot. 4, 45. Aristot.
hist. animal. 8, 15. Ctesias 11. Plin. 5, 29. 6,
19 et 30. Gell. 9, 4 f. Mela 3, 8. Stephan. v.
Κάρτουζα. Hesych. v. *Νῶβαι*).

etiam Nysam urbem esse Libero patri sacram, montemque Merum Jovi, unde fabula est eum Jovis femine procreatum. Ibi etiam insulas duas auri argentineque metallis ac fetura praedicandas, etiam vocabulis approbatur; nam una
696 Chrysea, Argyrea altera nuncupatur. Omnes Indi comarum fuco decorantur, alii caeruleis, alii crocinis fulgoribus tincti, gemmis comuntur. Funerationes negligunt, elephantisque vehi eximium putant; sed in Taprobane insula majores elephantum quam Indici, ampliores etiam margaritae sunt; quae patet in longitudine stadiorum septem millibus, in latitudine quinque millibus. Scinditur fluvio interfluente, atque Indiae praetenta est; in quam septem dierum iter, ut Romanis navibus approbatum. Illic et illud mare absque canalibus profundis senum passuum altitudine deprimitur. Ibi Septentriones non apparent, Vergiliae nunquam; Lunam ab octava in sedecimam tantum supra terras
697 vident. Ibi sidus clarissimum Canopus; Sol ortivus in laeva conspicitur. In navigando nullum sidus observant, aviumque volatus sequuntur. Quaternis per annos mensibus navigant. Homines ibi corpore grandiores ultra hominum

Jovis femine] Alludit ad vocem *μηρός*; Capella autem semper *feminis* dicit, non *femoris*, uti supra diximus (§. 244). Conferendus Plinius, qui ait: «Nec non et Nysam urbem plerique Indiae adscribunt, montemque Merum Libero patri sacrum: unde origo fabulae Jovis femine editum.» Et Solinus: «Mons etiam Jovi sacer Merus nomine, in cujus specu nutritum Liberum patrem veteres Indi affirmant: ex cujus vocabuli argumento lascivienti famae creditur Liberum femine procreatum.» Grot. — Vulgo *semine*; sed veram lectionem jam Grotius conjectura assecutus est, quam confirmant codices Darmstattensis, Vossianus, et vetustissimi duo Lugdunenses (Arntzen. misc. p. 172) claris literis exhibentes *femine*. Adde Strabonem (l. 15, p. 687 Cas.), Melam (3, 7), Curtium (8, 10, 12), et qui nostrum vicissim respexit, Mythographum Vaticanum (p. 243 Bode): «quia ut refert in Cosmographia Martianus,

est in quadam regione urbs Nysa Libero patri sacra monsque Merus Jovi sacer; unde et ipsum, inquit, fabula est e Jovis femore procreatum.»

elephantum] Dionysius (in *περιήγ.* 593):

«*Μητέρα Ταπροβανην Ἀδιηγενέων ἐλεφάντων.*»

Plura vide apud Plinium (6, 22, 24) et Solinum (53).

margaritae] De iis Plinius etiam aliis locis (9, 35, 54; 32, 11, 53).

Lunam] Sic scripsi ex codice Reichenanensi; vulgo *Luna*. Plinius: «Septentriones Vergiliasque apud nos velut novo coelo mirabantur, ne Lunam quidem apud ipsos nisi ab VIII ad XVI supra terram adspici fatentes; Canopum lucere noctibus, sidus ingens et clarum.» Cf. et Diodorum (2, 35).

aviumque] Ita codex Monacenses (A): *perperam in editis avium quas vehunt.*

mensuram, rutilis comis, caeruleis oculis, trucioris soni, nullo linguae commercio genti alteri sociantur; cum negotiatoribus aliis in ripa fluminis merces apponunt, ac vix complacitas mutant. Aetas illi ultra humanam fragilitatem prolixa, ut immature pereat,* qui centenarius moritur; nulli per diem somnus; annona eodem semper tenore; aedificia humilia parvaque. Vitem nesciunt; redundant pomis. Herculem colunt; regem eum, qui mitior gravior 698 ac sine prole fuerit, eligunt; et si in regno prolem susceperit, remouent, hereditarium formidantes imperium; cum quo tamen alii triginta cognoscunt, et si fuerit provocatum septuaginta iudices fiunt. Rex Libori patris cultu componitur, et si peccaverit, interdicto omni usu et colloquio jugulatur. Culturas et venatus amant, verum tigridum aut elephantorum; piscationibus delectantur, praesertim testudinum, quarum superficie domos familiarum capaces operiunt. Dehinc habitant Ichthyophagi, quos Alexander vesci piscibus vetuit; nec longe 699 insula Solis quae dicitur, et Nympharum cubile rubens, in qua omne animal

hominum mensuram] Reichenauensis codex pro *hominum* exhibet *omnium*, solita confusione.

trucioris] Plinius: »oris sono truci, nullo commercio linguae.« Sic legendum, item apud Martianum: »caeruleis oculis, truci oris sono.« SALMAS. (ad Solin. p. 1118). — Inuitis codicibus nihil mutato, nec mutandi causam video, quum Martianus saepe auctorum suorum verba aliorum flectat.

negotiatoribus] Id est cum Scribis, ut ex Plinio apparet, quorum consuetudinem supra jam §. 693) narraverat. De Taprobanensium commercio in universum vide Heerenii diss. de Ceylone insula per viginti fere secula communi terrarum mariumque australium emporio (Göttingae 1831. 4).

immature] Codex quidem Monacensis (A) *maturae*, alterque (C) et Darmstattensis *mature* exhibent: sed vulgatam retinui, quia Solinus (53), e quo Martianus plerumque sua habet, de *immatura morte* illud tradit. Utrumque defendi posse Salma-

sus (ad Solin. p. 1118) evicit. Lucretius (5, 222):

— — *quor anni tempora morbos*

Adportant? qua re mors immatura vagatur?

De duplici vi vocabuli *mature* vide Gellium (10, 11). Ceterum pro *illi* vel *illis* vel *illic* legendum videtur, nisi ad *gentem* referamus.

in regno] E codice Reichenauensi; Grotius edit *in regnum*. Solinus (53) »dum regnat«, cui adde Plinium (6, 22 f.), unde haec omnia petita sunt.

tigridum] Solinus (c. 53): »Venationibus indulgent, nec plebejas agunt praedas, quippe quum tigres aut elephantum tantum requirantur. Maria quoque expiscantur; marinas testudines capere gaudent.« Grotius *tigridum* aut elephantorum piscationibus junxerat.

Ichthyophagi] Confer Arrianum (in Indic. 31, p. 612) et Strabonem (2, p. 96; 15, p. 720 Cas.).

insula Solis] Pomponius post mentionem Tapro-

vi fervoris absumitur. Mox Hypanis Carmaniae fluvius, a quo primum adspici Septentriones incipiunt. Deinde tres insulae, in quibus hydri marini vicentum sunt cubitorum. In his Rubrum mare littoribus sinu gemino disparatur; verum ortivus Persicus dicitur propter habitationem Persarum, qui sinus vicies et
700 sexaginta millia circuitu patet; ex adverso alter Arabicus vocatur. Carmaniae quoque Persis adjungitur, quae ab insula Aphrodisia inchoat, quae translata est in Parthicum nomen. Littore quo occasui objacet, millium est quingentorum quinquaginta. Oppidum ibi nobile Susa, in quo templum Dianae. Susa juxta Tarbile sive Babitace in centum triginta millibus, in qua sunt homines, qui aurum in profunda defodiunt, ne cui sit in usu. Parthici vero regni nongenta quadraginta quatuor millia passuum. Verum omnis Media,

bae statim *insulam Solis* commemorat. Martianus quoque in pari peccato deprehenditur. At deus bone! quam longe tum Ichthyophagi, tum insula Solis illa dissident a Taprobane! SALMAS. (ad Solin. p. 1179). — Non recte sentiunt, qui hic mendum esse suspicantur, ac cum Salmasio legunt: «cubile Nympharum unius.» Multo minus credendum, Plinium hic tam ridiculum fuisse interpretem, qualem ipse fingit. Nympharum Oceanitidum cubilia sub Sole oriente et in ipsis insulis Solis. Quidni ejusdem sint coloris atque illa Aurorae? Hujus vero cubile quis nescit modo croceum, modo roseum dici a poetis? Nec cubile tantum, sed et vultus, vestis, thronus, brachia, omnia denique illic rubere dicuntur. Voss. (ad Melam 3, 7; p. 281).

vicies et sexaginta] Solinus (54) habet «vicies et sexagies centena millia passuum», ad quae Salmasius (p. 1191): «Non ita loquuntur auctores. Aut igitur legendum «vicies et sexies centena millia passuum», aut, quemadmodum est apud Martianum, «vicies et sexaginta.» Ita ille de sinu Persico: «qui sinus vicies et sexaginta millia circuitu patet.»

Aphrodisia] Lege *Aphrodisias* ex Plinio. GROT. — Solinus (54) *Aphrodisia* habet; sed mirum quod codices Reichenauensis, Monacenses (A. C), et Darmstattensis pariter omnes *Frondisia* praebent pro *Aphrodisia*.

littore quo] Male pro *quo* in editis legitur *quoque*! Meliorem quam dedimus lectionem codices praebuerunt Monacenses (A. C), Darmstattensis, et Reichenauensis.

Susa] Lege et distingue: «in quo templum Dianae *Susiae*; juxta» cet. GROT. — Solinus: «a Susis Carbyle sive Barbyte oppidum.» Quo tutius possis credere ita Solinum scripsisse, en tibi Martianum, qui ex hoc loco ita quoque scripsit: «Susa juxta Carbyle sive Barbitace in centum triginta millibus.» Sic etiam omnia ejus exemplaria scriptum exhibent, et vidi antiquissima. *Βαρβυτάκη* Stephano πόλις *Περδική*. SALMAS. (ad Sol. p. 1194). — Ad haec et quae sequuntur conferendi sunt Strabo (15, p. 727; 16, p. 745 Cas.) et Plinius (6, 27, 31).

centum triginta millibus] Addit Plinius *quinque*. GROT. — Ita et Solinus (c. 54 f.).

Parthia, et Persida ab oriente flumine Indo, ab occidente Tigri, a septentrione Tauro Caucasio, a meridie Rubro mari terminantur; quae omnes per longitudinem patent ter decies viginti millia passuum, per latitudinem octingenta triginta.

DE BABYLONIA.

Sed Chaldaeae gentis Babylonia caput est, denique Assyria et Mesopotamia propter illius claritatem Babylonia vocatur. Urbs ipsa sexaginta millia passuum muris amplectitur, qui ducentis pedibus alti, quinquagenis lati sunt, nisi quid amplius; nam terni digiti singulis mensurae nostrae pedibus applicantur. Haec interluitur Euphrate; ibi Jovis Beli templum, qui inventor fuit disciplinae sideralis. Haec nunc ad solitudinem rediit exhaustae Seleuciae. Item in hunc usum etiam Ctesiphontem tertio ab ea lapide condidere Parthi, ac nunc caput regnorum est. Habitaturs etiam abdita Aethiopiae et adusta Troglodytarum et Ichthyophagorum gentibus; sed primi feras cursu praeter-
eunt; alteri nando marinas beluas vincunt. Sunt et Gorgades insulae, obversae promontorio quod vocatur Hesperion ceras; has incoluisse Gorgonas ferunt, in quas a continenti biduo navigatur. Ultra has Hesperidum insulae, quae

octingenta triginta] In latitudine hac dimetienda auctior denario Plinius. Grot.

ducentis pedibus] Sic et Plinius (6, 26, 30) et Solinus (56); inepta lectio in margine Grotiana *passibus*.

exhaustae Seleuciae] Lege: exhausta a Seleucia. Grot. — Plinius: exhausta vicinitate Seleuciae, quod in textum recepissem, si ullus codex addixisset.

Ctesiphontem] In editis *Tesiphontem*. Lege *Ctesiphontem*. Ita omnes auctores, inter quos Strabo et Plinius. Grot. — Atque ita in libri etiam Norimbergensis margine notatum, unde recepi.

Gorgades] In editis *Gorgones*; sed jam Grotius

restituendum esse vidit *Gorgades*, legiturque in omnibus libris scriptis, Monacensibus (A. C), Reichenauensi, et Darmstattensi; neque aliter apud Plinium (6, 31, 31) et Melam (3, 9 f.), qui sicut noster addunt, has habitatas olim fuisse a Gorgonibus (add. Strab. 1, p. 22; 7, p. 299 Casanb.).

Hesperion ceras] Ita Ptolemaeus et Plinius: male MS. *Hesperonaeras*. Grot. — Salmasius (ad Solin. [p. 1296]) apud Plinium et Martianum legi vult *Hesperuceras*, *ἑσπέρου κέρασ*, quemadmodum in Hannonis periplo (p. 3 Boecl.), ad quem confer quod Hugius (in progr. de Hannon. peripl. 1808 p. 30) observavit; sed quum eodem redeat *ἑσπέρου κέρασ*, codicum auctoritatem secutus sum.

in intimo admodum mari sunt. Fortunatas autem insulas in laeva Mauritaniae constitutas inter meridiem occasumque non dubium est; quarum prima Ombriona dicitur, secunda Junonia, tertia Theode, quarta Capraria; alia Nivaria, quae aëre nebuloso et concreto est; mox Canaria, canibus immensae magnitudinis plena. Omnes avibus plenae, nemorosae, palmiferae, nuce pinea, mellis copia, amnibus, ac siluris piscibus abundantes.

ITEM BREVIS REPETITIO.

703

Percursus breviter terrarum situs, licet ignobilia quaeque praetervolans immorari non potuerim, tamen ut orbem terrae mariaque admensa cognoscar, mensuram omnem breviter intimabo. A Gaditano freto per longitudinem di-

quae in intimo] E codicibus Monacensibus (A. C), Darmstattensi, et Reichenauensi supplevi quod in editis omissum est in.

Fortunatas] Confer Melam (3, 10), Plinium (6, 32, 37), Strabonem (1, p. 3; 3, p. 150 Casaub.), et Apollodorum (3, 10, 1).

Ombriona] Lege *Embion* ex Solino et Plinio, in cujus tamen codicibus quibusdam *Ombrios* legitur. Eadem haec Latina interpretatione *Pluvialia* dicta. Ptolemaeus in enumeratione harum insularum *πλο-ιταλα*, lege *πλονιαλία*. GROTIUS. — In Martiani libris, qui sumpsit a Solino, legitur: *Membrion* dicitur. Verum itaque *Ombrion*. Ptolemaeo *πλο-βιαλία*. SALMAS. (ad Solin. p. 1298) — In codicibus quidem Monacensibus (A. C), Darmstattensi, et Reichenauensi legitur *Membriona*, quod jam Grotius margini adscripsit; sed malui vulgatam *Ombriona* retinere, quae propius certe ad Plinii (6, 32, 37) *Ombrion* accedit.

Theode] Etiam haec *Junonia* dicta, ut ex Plinio colligo. GROTIUS. — Plinius: *Alteram insulam Junoniam* appellari — ab ea in vicino eodem nomine

minorem; Solinus (56, 15): *Tertia huic proximat eodem nomine, nuda omnia*, unde ridiculam ac jocularem nostri hallucinationem fluxisse Salmasius (ad Solin. p. 1313) annotat, qui *Teodem nomine* legerit; sed quid si Plinii potius ac Solini codices corrupti sint, Martianus verum servavit? Duas insulas prope se sitas eodem nomine appellatas esse vix credibile.

Capraria] Ptolemaeus *Καβπειρία*, lege *Καπραρία*: ita enim alii omnes. GROTIUS.

Nivaria] Haec et *ἀπρόβιτος* dicta videtur ex Ptolemaeo, quasi per nives inaccessa. GROTIUS.

mensuram omnem] Ex Plinio (6, 38, 33), sed cum numerorum differentiis, in quibus nec ipsi Plinii codices sibi constant. Nostri nihil variant; Grotius tamen margini adscripsit pro *tricies et ter viginti septem millia quingenta* alios legere *tricies et quater triginta septem millia*; deinde pro *centies octies* alios *centies octuagies*; pro *nongenta* his *nonaginta*; pro *sexagies ter* potius *septuagies ter*; pro *octies viginti quinque* denique *septies viginti quinque*; quae partim magis cum Plinio conveniunt, sed quam ex hoc correctam esse possint, recipere nolui.

recto cursu ad os Maeotis tricies et ter viginti septem millia quingenta passuum. Universus autem circuitus ab eodem exordio per sinus dictos intra Maeotin lacum centum quinquaginta septem, cum ipsa vero Maeotide centies octies bis nongenta. Europae solius mensura octogies bis nongenta quatuor. Africae longitudo tricies septies nongenta quatuor, latitudo in Cyrenaicam ejus partem nongenta et decem; Asiae vero longitudo sexagies ter septingenta quinquaginta, latitudo ab Aethiopico mari ad Alexandriam juxta Nilum sitam per Meroen et Syenem decies octies viginti quinque millia. Exposita est terrae, quam ipsa peragravi, aequorumque mensura; nunc ad artis praecepta, ut jussum est, veniemus.

Dixerat, at Paphie paulo contractior ore
 Mora intricante laeditur,
 Nixaque mox famulis marcentia terga reclinat,
 Magis quod lassa pulchrior.
 Hic dudum roseas inter resoluta puellas
 Voluptas inquit anxia:
 Unde haec tam duris immitis rustica membris
 Peregit orbis circulum,
 Et tantos montes, fluvios, freta, compita currens
 Delere venit taedia?
 Hanc ego crediderim sentis spinescere membris,
 Neque hirta crura vellere;

704

Paphie] Sic jam Grotius scribendum intellexit; vulgo *Paphiae* inepte.

magis quod] Lege *quo*. Conferendus hic locus cum illo, qui infra est: »ipsaque relabentem lassitudo decuerat.« Grot. — Non magis hac emendatione opus est, quam lectione ad marginem ab eodem adscripta *lapsa* pro *lassa*.

delere] Si Glossarum expositiones sequamur, legendum esset *differre*; exponunt enim *prolongare*.

Nisi forte *telare* malis legere, pro eodem, quem admodum *protelare* dicimus, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν vel τηλοῦ. Vide Festum in voce *Telum*. Grot. — Sensus hic esse videtur, Geometriam *taedii delendi causa* tot terras percurrisse.

vellere] Opprobrat Geometriae rusticitatem, ideoque dicit eam hirsuto esse corpore, neque illam membrorum asperitatem deponere. Solebant enim homines delicatiores crura aliaque corporis loca pi-

Namque ita pulverea est agresti et robore fortis,
Jure ut putetur mascula.

705 Quo dicto Jocus ministris Veneris suscitatur ipsique Cythereae, cui de proximo, susurratim decenter arrisit; quam Arcas nutu hilario et quo eam solitus intueri propter divum reprehensiones circumspectus inhibuit. Verum Pronuba.

Iosa psilothro perungere pilosque nascentes evellere, quo laeviores glabrioresque redderentur. Hinc Juvenalis:

«Nec vellendas jam praebuit alas.»

Homines ei operae destinati praesertim in balneis Alipili, ii quibus fiebat Alipilarii dicuntur; circa alas enim pili maxime crescunt. Glossarium: «Alipilarius δρωπακιβτήης»; Seneca: «Alipilum cogita tenuem, et stridulam vocem quo sit notabilior subinde experimentem, nec unquam tacentem, nisi quum alas vellet, et alium pro se clamare cogit.» Dicitur autem δρωπακιβτήης a δρώπαξ, quod est unguentum quoddam picatum, quo ea in re utebantur. Martialis:

«Laevis dropace tu quotidiano,

Hirsutis ego cruribus genisque»;

et alibi:

«Psilothro faciemque lavas et dropace vulvam.»

Videndus hac de re Suidas in voce κεκαλλωπιβμένος άνήρ. Apud Graecos id officium feminis magis quam viris datum, ideoque παρατιλτρία dictae. Saepe invenitur in has delicias cinaedorum Clemens Alexandrinus, ut quum ait: δια τούτους γάρ πλήρεις αι πόλεις πιττούντων etc. Item: οι βρᾱς καταπίττονσι, και τας τριχας τοις αναβπω̄δι πάντα τρέπον παρέχουσι. Et alibi: κιναιδους ενθάδε πόλλους εν άβτει πεπιτοποημένους. De cruribus vellendis, uti hic Capella, ita et Lucianus: ήν γάρ πιττούμενα τὰ σκέλη και τὸ δῶμα ὄλον. Depilabant vero quidam etiam obscaenas partes. Martialis:

«Quum depilatos Clveste coleos portes.»

Et haec quidem de depilatione dicta sufficiant ὡς ἐν παρέργῳ, quibus conjunge ea quae Wouvenius ad Petronium Grot. — Adde Juvenalem (8, 16):

«Tenerum attritus pumice lumbum.»

et contrarium alio loco (9, 15):

«Fruticante pilo neglecta et squalida crura.»

quaeque praeterea interpretes ad Persium (4, 36) attulerunt.

putetur] Codices Reichenauensis, Darmstatten-
sis, et Monacenses (A. C) credatur, sed repugnante metro.

mascula] Masculus firmum fortem audentem designat; Ausonius:

«Mascula Pieris Sappho soror addita Musis.»

BARTH. (advers. p. 1591). — Mihi tamen hoc loco Voluptas simpliciter ad sexum respexisse videtur, non pro femina sed pro viro se Geometriam gerere significans.

Jocus] Hunc Veneri comitem jam Horatius addidit (od. 1, 2, 34):

«Quam Jocus circumvolat et Cupido»,

quod an alibi reperiat, Mitscherlichius se nescire ait.

hilario] Ita noster saepe (§. 726. 804) cum ceteris senioris aevi scriptoribus (Oudend. ad Appulej. I, p. 194); quamvis hoc loco codices Monacenses (A. C) magis usitatum hilari exhibeant.

propter assidens: nihil mirum, inquit, si propere Venus cum deliciis famulatioque tam comi appulsa est lascivire; nam et nuptialiter læta est, et blanda semper arridente Cyllenio. Et cum dicto Geometria præcipitur ad promissa properare; sed ita, ut summa quaeque perstringens fastidium non suscitaret tarditate. Tum illa: omnis mea quae in infinitum propagatur assertio, numeris lineisque discernitur, quae nunc corporea tum incorporea comprobantur. Nam unum est, quod animi sola contemplatione conspicimus, aliud, quod etiam oculis intuemur. Verum prior pars, quae numerorum regulis rationibusque concipitur, germanae meae Arithmeticae deputatur; alia est linearis atque apodictica hujus pulveris erudita cognitio, quae quidem ab incorporeis procreata ac sensim in multiples formas effigiata tenui ac vix intellectuali principio in coelum quoque subvehitur. Quod quidem incorporeum invisibileque primordium commune mihi cum Arithmetica reperitur. Nam monas ejusdem insecabilis procreatio numerorum est, mihi que signum vocatur, quod

praecipitur] Vide superiorem locum (§. 41). Mox *summa* reposui ex libris scriptis et anterioribus editionibus pro Grotiano *summae*.

tum illa] Tum scripsi e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi pro *tunc* in editis.

propagatur] Lectionem a Grotio in marginem rejectam e codicibus Monacensibus (A. C), Reichmannensi, et Darmstattensi restitui pro *peragatur* in editis.

numeris lineisque] Quinctilianus (1, 10, 34 et 35; p. 229 Spald.), postquam sacri geometria ingenia observarat, pergit: Nam quam sit geometria divisa in *numeros et formas*, numerorum quidem notitia non oratori modo, sed cuicumque primis saltem literis erudito necessaria est.

corporea] Haec duo genera Plato quoque distinguit (republ. 7, p. 525): *ὡς βρόδρα ἄνω ποιᾷγει τὴν ψυχὴν καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, οὐδαμῆ ἀποδε-*

χόμενον ἐάν τις αὐτῆ ὄρατὰ ἢ ἀπτὰ βώματα ἔχοντας ἀριθμοὺς προτεινόμενος διαλέγηται κ. τ. λ. Adde Theonem Smyrnaeum (de arithmetica 3, p. 24).

apodictica] Alii libri *optimae*, quod est *optica*, sed male ni fallor. GROT.

signum] Frontinus (in Goesii rei agrar. script. p. 31) hoc ait esse suae partis initium, a quo omnia incipiunt. Nimirum idem est quod alias *punctum*, Graece *σημείον*, de quo Aristides Quinctilianus (ap. Meib. de re mus. app. p. 52): *σημείον δὲ καλεῖται, διὰ τὸ ἀμερὲς εἶναι, καθὸ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ παρὰ βφίδιν ἀμερὲς σημείον προσηγόρευθαν.* Adde Diogenem Laertium (3, 107), Sextum Empiricum (hypot. Pyrrh. 3, 18; p. 165; adv. mathem. 7, 100; p. 390), Macrobius (ad somn. Scip. 2, 14), inque primis Euclidem, cujus jam Grotius definitionem attulit: *σημείον ἐστὶν οὐ μέρος οὐδέν.*

utpote incomprehensibile parte nulla discernitur, apud illam dyas lineam facit, mihi linea in longitudinem ducta latitudinis nil prorsus acquirit; superficies item mihi tam longe lateque diffusa sine profunditate censetur, illi numerus, qui cunctis accedere speciebus gregatim singulatimque potest, nisi rebus incidat incorporeus invenitur. Ergo incorporea utriusque principia.

DE PLANIS FIGURIS.

708 Verum primae apud me formandorum schematum partes duae sunt: una quae dicitur planaris, quam *ἐπίπεδον* Graeco soleo memorare, alia solida, quam *στερεόν* dicimus; et prioris principium *σημείον*, quod punctum vel signum Latialiter appellatur, consequentis superficies, quae *ἐπιφανεία* dicitur. Punctum vero est, cujus pars nihil est, quae si duo fuerint, linea interjacente junguntur. Linea vero est, quam *γραμμὴν* vocamus, sine latitu-
709 dine longitudo. Linearum aliae directae sunt, quas *εὐθείας* dico, aliae in gyrum reflexae, quas *κυκλικάς*, nonnullas etiam *ἐλικοειδεῖς*, alias *καμπύλας*

incidat] Ita pro *accidat* in editis omnes libri scripti, Monacenses (A. C), Darmstattensis, et Reichenauensis. Adde Cudendorpium (ad Appulej. I, p. 501). Praeterea paulo ante *singulatim* scripsi pro *sigillatim* (vide ad §. 27). Spectat autem differentiam τῶν ἀριθμῶν καὶ ἀριθμητῶν.

incorporea] Ridet haec Lucianus (in Hermot. 74; T. IV, p. 100 Bip.): *κάκεινη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα οὐδὲ δοῦναι δύναμενα, σημεία τινα ἀμερῆ καὶ γραμμάς ἀπλατεῖς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ θαυροῖς τοῖς θεμελίοις τοῦτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ.* Adde Ciceronem (academ. 2, 36): «Nam quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis digitum progredi non possunt; punctum quod magnitudinem nullam habeat; extremitatem et quasi libramentum, in quo nulla omni-

ne crassitudo sit; lineamentum longitudinem latitudine carentem» cct.

de planis figuris] Hanc solam inscriptionem servavi, reliquas, ut (§. 709) *de lineis*, mox (§. 710) *de plano angulo*, deinde (§. 714) *de genere schematis secundo*, denique (§. 715) *de ergasticis schematibus*, sustuli, quia non sufficiebant et singula potius quam universa spectabant.

partes duae] Plato (in Menone p. 76): *τί δὲ ἐπίπεδον καλεῖς τι καὶ ἕτερον αὐτὸ στερεόν, οἷον ταῦτα τὰ ἐν ταῖς γεωμετρίαις; — κατὰ γὰρ παντὸς σχήματος τοῦτο λέγω, εἰς ὃ τὸ στερεόν περαίνει, τοῦτ' εἶναι σχῆμα ὅπερ ἂν συλλαβῶν εἶποιμι, στερεοῦ πέρασ σχῆμα εἶναι.* Confer Porphyrium (apud Stoic. ecl. phys. p. 354 ed. Heeren.): *σχῆμά ἐστιν ἐπιφανεία καὶ περιγραφή καὶ πέρασ σώματος.*

pro obliquitate discrimino. Quae tamen lineae punctis utrinque secus includuntur, sicuti ipsae quoque superficiem circumcingunt. Superficies est, quae longitudinem et latitudinem tantum habet, profunditate describitur, ut est color in corpore. Hanc *ἐπιφανείαν* Graeci dixerunt, et ut dixi ejus termini sunt lineae sive planae sive sinuosae. Planus autem angulus fit in planitie duabus lineis se invicem tangentibus et non unam facientibus ad alterutrum inclinationem. Quando autem aequae intra se tenent angulum lineae et directae fuerint, directilineus dicitur angulus et Graece *εὐθύγραμμος*. Quando autem directae super directam jacentem stans dextra laevaue angulos aequales fecerit, directus uterque est angulus, et illa superstans perpendicularis dicitur, sed Graece *κάθετος*. Angulus major directo obtusus dicitur, minor directo acutus. Definitio est res, quae alicujus est terminus. Forma est res, quae ex aliquo vel aliquibus terminis continetur. Circulus est planaris figura, quae una linea continetur; haec linea *περιφέρεια* appellatur, ad quam ex una nota intra circulum posita omnes directae ductae lineae aequales sunt. Punctum autem circuli est circuli media nota. Diametros est directa linea quaedam, per punctum supradictum ducta, quae orbem aequalibus partibus dividit. Hemicyclium est figura, quae diametro et peripheria media, quam eadem diametros distinguit, continetur. Lineae tres directae diversa positione faciunt trigonum, quatuor tetragonum, multae polygonum. Et hae planae figurae dicuntur, quarum sunt genera tria. Quorum unum directis lineis clauditur,

color in corpore] Hoc quoque ex Platone explicandum, cujus haec verba sunt (in Menone p. 75): ἔστω γὰρ δὴ τοῦτο ἡμῖν σχῆμα, ὃ μόνον τῶν ὄντων τυγχάνει χρώματι αἰεὶ ἐπόμενον. Adde Aristotelem (metaphys. 4, p. 112, 8; 7, p. 174, 22; 11, p. 243, 26 Brand.).

planus autem angulus] Euclides: ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν ἢ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἀπομένων ἀλλήλων καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσεις. Γνωτ.

quando] Haec omnia consequenter usque ad hemicyclii definitionem ex Euclide sunt desumpta. Γνωτ.

et Graece] Sic scripsi e codice Darmstattensi pro ut Graece quod in editis erat.

definitio] Graece ὄρος, ut forma σχῆμα.

genera tria] Haec quoque jam apud Platonem (Parmen. p. 143): καὶ σχήματος δὴ τινος, ὡς εἶοικε, τοιοῦτον ὃν μετέχοι ἂν τὸ ἐν, ἢ τοι εὐθεῖος, ἢ στρογγύλον, ἢ τινος μικτοῦ ἐξ ἀμφοῖν.

quod Graeci *εὐθύγραμμον* vocant; aliud quod inflexis, quod *καμπυλόγραμμον* dicunt; tertium quod directis simul curvisque lineis aptatur, quod *μικτόν* dicunt.

- 712 *Εὐθύγραμμος* igitur et *τριπλευρος* et *τετράπλευρος* et *πολύπλευρος* dicitur. *Τριπλευρος* tres habet formas; nam trigonus est aut *ἰσόπλευρος*, quod Latine aequilaterum dicitur, quod tribus paribus lineis lateribusque concurrat; aut *ἰσοσκελής*, quod ex tribus lineis duas aequales habet, quibus quasi cruribus insistit, denique aequicrurium vocatur; aut *σκαληνός*, quod omnes tres lineas inter se inaequales habet. *Εὐθύγραμμος* item *τετράπλευρος* quinque species habet: primam, quae quatuor aequalibus lineis et directis angulis sustentatur, quod schema tetragonum dicitur; secunda species, quae directiangularis est, non aequilatera, et dicitur *ἑτερομήκης*; tertia aequilatera est, non tamen directiangularis, et dicitur *ρόμβος*; item quae ex adverso sibi latere aequalia et contrarios angulos invicem sibi aequales habet, et neque omnia latera invicem sibi aequalia, neque angulos directos, et dicitur *ρομβοειδής*; item quae nec latera sibi invicem aequalia nec angulos directos, sed acutos et obtusos, et dicitur *ἀμφοίπλευρος*. Extra has formas quidquid quadrilaterum est, *τραπέζιον* vocatur. Parallelae sunt directae lineae, quae in eadem planitie constitutae atque productae in infinitum nulla parte in se incidunt. Dictum de tetrapleuris, quorum similitudo polypleura schemata potest docere; in his autem pentagona, hexagona, 713 et cetera euthygrammi generis continentur. Sequitur secundum schematum genus, quod curvis lineis informatur, quod *καμπυλόγραμμον* appellatur, cujus species duae sunt: una, quae integri circuli rationes tenet, nam integer circulus est, quum ad ejus circumferentiam ab uno centro lineae protentae un- 714 dique aequales sibi sunt; alia, quae obducti circuli diversitates ostendit. Ter-

denique aequicrurium] Forte per transpositionem *indeque aequicrurium*. GNOT. — Sed haec ipsa vis particulae *denique* apud serioris aevi scriptores est, ut consecutionem aliquam significet; quam recte explicavit Handius (in Tursellino T. II, p. 273 sequ.).

integer circulus] Postremam vocem inserui e codicibus Monacensi (C) et Darmstattensi.

centro] Sic codex Monacensis (A). Sine sensu editi habent *centrali*.

obducti] Id est *obliquati*, ut in Ciceronia versa (N. D. 2, 43):

tium genus est planorum schematum, quod partim curvis lineis partim directis includitur, ut est semicirculus, cujus ut supra dixi gyrum curva linea facit, et alia directa, quae linea sicut dixi *διάμετρος* dicitur, Latine *distermina*, quae si in circulo pleno sit, per centrum ejus ad utramque circumferentiam pervenit. In his generibus planorum alia schemata dicuntur *ergastica*, alia *apodictica*. Ergastica sunt, quae faciendae cujuslibet formae praecepta continent; apodictica, quae probandi quod asseverant afferunt documenta. Verum Graecis nominibus sic appellantur: primus *συντακτικός*, secundus *ἰσμεματικός*, tertius *ἀνάγραφος*, quartus *ἔγγραφος*, quintus *περίγραφος*, sextus *παρεμβολικός*, septimus *προσενρευτικός*. *Συντακτικός* est, qui docet quibus argumentis lineas praecidamus ad imperatum modum. *Ἰσμεματικός* dicitur, quo docetur, quibus argumentis propositae lineae adjungi et scribi possint. *Ἀνάγραφος* dicitur, quo docetur, quomodo concludendum sit reliquum schema, quod imperatum est. *Ἐγγραφος* est, qui monstrat, quibus argumentis dato circulo verbi gratia imperatum trigonum vel quid aliud in medio possimus convenienter adscribere. *Περίγραφος* tropus est, qui docet, quemadmodum datum circulum verbi gratia quadrato concludamus schemate. *Παρεμβολικός* est, qui docet quemadmodum verbi

• *Sub laeva Geminorum obductus parte feratur*, ubi male nonnulli conjecere *abductus*.

quae linea] Expunxi vocem *est*, quae perperam inserta erat in editis, auctoritate codicum Monacensium (A. C), Darmstattensis, et Reichenauensis.

distermina] Hoc vocabulo quis praeter Martianum sic usus sit ignoro; quod enim apud Silium legitur (5, 399):

• *Audit Tartessos latis distermina terris*, longe alius generis est.

συντακτικός] Lege et transpone: • *Συντακτικός* dicitur, quo docetur quibus argumentis propositae lineae adjungi et scribi (malim *adscribi*) possint. *Τμηματικός* est, qui docet, quibus argumentis lineas praecidamus ad imperatum modum. • Similem erro-

rem Graecae vocis transpositae supra in Rhetorica ostendimus. Grot. — Monacensis codex (C) pro *συντακτικός* praebet *διστακτικός*, unde rectam lectionem reposui; reliqua quamvis vere a Grotio emendata esse videantur, invitis codicibus mutare nolui.

ἔγγραφος] Vide Eucl. idem lib. 1 *περὶ τοῦ ἐγγράφεσθαι καὶ περιγράφεσθαι*. Grot.

dato circulo] Hoc quoque haud scio an ex Platonis Menone (p. 87) petitum sit, ubi haec ipsa quaestio proponitur, *εἰ οἶόν τε ἐς τόνδε τὸν κύκλον τόδε τὸ χωρίον τρίγωνον ἔνταθῆναι*; quo de loco praeter multos alios egit Wexius (de loco mathematico in Platonis Menone, Halae 1825, et in Jahnii Annal. philol. 1830, T. XII, p. 190 sequ.).

gratia dato tetragono immittamus datum trigonum, ut tetragoni spatia crescant, non schema mutetur. *Προσευρητικὸς* tropus est, qui docet, quemadmodum verbi gratia inter datas impares lineas inveniamus mediam, quae tantum cedat majori lineae quantum praecedit minorem. Hi sunt tropi generales ergasticorum

716 schematum. Apodictici autem tropi ideo transeuntur, quum mihi cum Dialectica, quam audistis, communes sint. Sed omnia schemata quinque partibus communibus intexuntur, quae a Graecis sic appellantur: prima *πρόθεσις*, secunda *διορισμός*, tertia *κατασκευή*, quarta *ἀπόδειξις*, quinta *συμπέρασμα*. Latine etiam sic possumus interpretari: prima schematis propositum, secunda determinatio quaestionis, tertia dispositio argumentorum, quarta demonstratio comprobatioque sententiae, postrema confinis conclusio. Hoc de generibus planorum dictum sit; nunc ad theorematum membra redeamus. Nam utique

717 membra sunt linea et angulus. Angulorum natura triplex est; nam aut justus est aut angustus aut latus. Justus est, qui directus et semper idem; angustus autem acutus est et semper mobilis; latus vero obtusus mobilisque similiter; nam quum latior fuerit directo sive multum sive exiguum, obtusus tamen erit, et quum moveris in eadem forma permanebit, quae mobilitas in lineis constat, quum majores minoresque formantur. Hujus autem collationis quatuor sunt species: prima dicitur *ἰσότης*, secunda *ὁμόλογος*, tertia *ἀνάλογος*, quarta *ἄλογος*. *ἰσότης* est, quum collata consentiunt; *ὁμόλογος*, quum duae lineae

lineas] Codex Monacensis (C) *lineam*, quod eodem redit (conf. Lobeck. ad Soph. Ajax. p. 261). Ceterum haec est quam Graeci dicunt *μέθης* vel *δοῦν μέθων ἀνάλογον λήψιν* (Diog. L. 5, 73. Plut. daem. Socr. 7).

apodictici] Confer Quinctilianum (1, 10, 38; pag. 250): probationum quae sunt potentissimae *γραμμικαὶ ἀποδείξεις* vulgo dicuntur.

quinque] Pro quoque in editis exhibent codices Monacensis (C), Darmstattensis, et Reichnauensis. Ceterum confer partes orationes (§. 544).

confinis] Supplevi e codice Monacensi (C), quod vulgo aberat, licet insolito significato usurpatum.

nunc ad theorematum] Omissum in editis nunc inserui e codicibus Monacensi (C) et Darmstattensi.

angulus] Codex Darmstattensis *anguli*, praeter necessitatem.

moveris] Ita anteriores editiones codicesque; Grotius nescio unde *moverit*. Paulo post Monacensis (C) *quia* pro *quae*, et *minoresve* pro *minoresque*, sed nolui vulgatam deserere.

ἰσότης] Vide Euclidem lib. V et VI. Gaor.

pares uni mediae, duplo parilive conferuntur; *ἀνάλογος*, quum linea ab alia duplo victa aliam tantundem superat; *ἄλογος* vero est, quae neque aequalitate vel media tertiave parte neque duplo triplove alteri ullave parte consentit. Omnis autem linea aut *ῥητή* dicitur aut *ἄλογος*; *ῥητή* autem illa est, quae prior 718 proponitur, aut quae propositae lineae communi mensura confertur; *ῥητὸν* autem dicitur quidquid convenit. Proposita autem linea, quamvis collata non sit, tamen quia adhuc non est *ἄλογος* alii collata, et habet quiddam, quod ex se sola perficiat rationabiliter, appellatur *ῥητή*; *ἄλογος* autem jam collata linea efficitur, si dissonare per omnia reperitur. Lineas autem quae sibi consentiunt *συμμέτρος* 719 dicimus, quae non consentiunt, *ἀσυμμέτρος*; et non mensura sola, sed et potentia *συμμέτρος* facit, et dicuntur *δυνάμει δόμετροι*; in mensura autem pares *μεγαδόμετροι* appellatur. Ergo quum tam mensura quam potentia conferantur, omnes quae vel potentia vel mensura discrepant *ἀδόμετροι* sunt. Ex his alogae tredecim fiunt, quarum prima dicitur *μέβη ἄλογος*; secunda 720 *ἐκ δύο μέβων ἄλογος*, hujus species sunt sex, quarum prima dicitur *πρώτη ἄλογος*, secunda similiter *δευτέρα*, item *τρίτη* et ceterae deinceps; item tertium genus dicitur *ἐκ δύο μέβων πρώτη ἄλογος*, et similiter ut supra; quartum *ἐκ δύο μέβων δευτέρα ἄλογος*; quintum genus dicitur *μείζων ἄλογος*; sextum *ἐκ δύο μέβων δυναμένη ἄλογος*; septimus *διὰ μέβα δυναμένη ἄλογος*; octavum *ἀποτομή ἄλογος*, hujus species sunt sex, prima, secunda, tertia, et deinceps dicuntur

superat] Sic codices Monacenses (A. C) pro *superet* in editis.

συμμέτρος] Vide Eucl. lib. X. ΓΑΡΤ.

alogae tredecim] Totidem enumerat Euclides (10, 111; 191 ed. Basil.), sed ut nostrum appareat vel sua vel librariorum culpa insigniter corruptum esse; prima enim illi *μέβη*, secunda *ἐκ δύο ὀνομάτων*, tertia *ἐκ δύο μέβων πρώτη*, quarta *ἐκ δύο μέβων δευτέρα*, quinta *μείζων*, sexta *ῥητὸν καὶ μέβων δυναμένη*, septima *δύο μέβα δυναμένη*, octava *ἀποτομή*, nona *μέβη*

ἀποτομή πρώτη, decima *μέβη ἀποτομή δευτέρα*, undecima *ἐλάττων*, duodecima *μετὰ ῥητὸν μέβων τὸ ὅλον ποιῶσα*, decima tertia *μετὰ μέβων τὸ ὅλον ποιῶσα*: unde qui volet nostrum corrigat; nos codices sequimur.

μείζων ἄλογος] Sic scripsi e codicibus Monacensibus (A. C), qui *μίζων* praebent; vulgo *μικτή*. Sequentibus Grotius in margine adscripsit: *al.* additur *ῥητὸν* et *ἄλογον* scribitur, unde tamen nihil proficimus.

διὰ μέβα] Omissa haec verba sunt in codicibus

ut supra; nona μέβη ἀποτομή πρώτη ἄλογος; decima ἀποτομή δευτέρα ἄλογος; undecim ἐκ μέβων ἄλογος; duodecima μετὰ ῥητοῦ μέβων τὸ ὅλον ποιούδα ἄλογος; decima tertia μετὰ μέβων ὅλον ποιούδα ἄλογος. Hae omnes mixtae ceteris lineis dum aut trahunt suas aut alienas vires accipiunt, diversis rationibus certos spatiorum modos, quos Graeci χώρας appellunt, demonstrant.

DE SOLIDIS FIGURIS.

721 Haec de planis dixisse sufficiat, nunc de solidis, quae στερεὰ dicimus, videamus. Στερεὸν schema, quod longitudine, latitudine, altitudine constat, cujus extremum superficies est, ut in planis linea. Subsistit autem solidum schema planorum schematum superficie. Nam subjacenti trigono pyramis im-

722 ponitur, circulo conus aut cylindros, quadro cubus, et cetera similiter. Sphaera sane intrinsecus capax omnium circulis subsistit, in quos resolvitur. Soliditas vero efficit schemata generalia, quae dicuntur a Graecis pyrares; item prisma, id est sectio, quae instar schematis est; item cubus; item conus; item cylindrus; item sphaera. His adduntur nobilia schemata ex his composita, οὐκιάδρος, item δωδεκαίδρος, item εἰκοβαίδρος, quae cuncta ut ordine suo mon-

Monacensi (C). Legendum esse δύο μέβω superiora ostendunt.

χώρας] Haec enim differentia est inter σχῆμα et χωρίον sive χώραν apud Graecos, quod illud formam sive figuram significat lineis circumscriptam, hoc autem spatium sive aream, quae intra eas lineas contineatur, cujusque non tam figura quam magnitudo sive quantitas in censum veniat; confer Wurmium (in Jahni Annal. 1829, T. IX, p. 223 sequ.) et Fingerum (de primordiis geometriac apud Graecos, Heidelbergae 1831, p. 41).

στερεὰ] Vide Euclidem lib. X. Grot. — Confer Plutarchum (in plac. philos. 1, 12; p. 882. 2, 6; p. 887), Stobaeum (in eclog. 1, 15, 1; p. 340.

350 Heer.) et nostrum (§. 734) de soliditatis perfectione.

quod longitudine] Recepti quod ex margine Grotiana; vulgo aberat.

capax omnium] Plato (Timaeo p. 33): σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὀπόδα σχήματα, διὸ καὶ θφαιροειδὲς, ἐκ μέβων πάντη πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχοι.

nobilia schemata] Haec sunt corpora illa regularia a Platone (in Timaeo p. 54 — 57) tradita dicam an inventa? de quibus confer Boeckhium (diss. de Platonica corporis mundani fabrica, Heidelbergae 1810).

ut ordine] Antiores editiones cum ordine, male.

stremus in pulvere, haec primitus concedenda fas sit. Ab omni signo ad omne signum directam lineam ducere, et terminatam directam per continuum in directam emittere; et omni centro et interstitio circulum scribere; et omnes directos angulos invicem aequales sibi esse; et omnem directam lineam terminatam quantum videtur producere; et si in duas directas lineas directa linea incidet intus et eadem parte duos angulos duobus rectis minores faciat, ex illa parte qua sunt minores duobus rectis directas lineas convenire. Communes animi conceptiones sunt tres: quae eidem aequalia sunt, 723 et invicem sibi aequalia sunt; si aequalibus aequalia addas, tota aequalia esse; et si aequalibus aequalia adimas, aequalia sunt reliqua. Haec quum 724 permissa conspiceret, lineam in abaco rectam ducens, sic ait: Quemadmodum potest super datam directam terminatam lineam trigonum aequilaterum constitui? Quo dicto quum plures philosophi, qui undiquesecus constipato agmine consistebant, primum Euclidis theorema formare eam velle cognoscerent, confestim acclamare Euclidi plaudereque coeperunt. Cujus laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se per sectantis gloriam sublimari provehique cognoscens ab eodem, libros ejus, quos casu apportari conspexerat, festina corripuit, atque in ceterae adstructionis doctrinaeque documentum Jovi ac senatui coelitum offerens intimavit. Quo facto et doctissima cunctarum et benignissima comprobatur.

ab omni signo] Haec I. I Euclidi *αἰτήματα* vocantur. GROTIUS.

communes conceptiones] *Κοινὰ ἔννοιαι*. Eucl. lib. I. GROTIUS. — Sunt ex disciplina Stoicorum, quae ab omnibus hominibus pariter verae habentur.

quemadmodum potest] Eucl. lib. I: *ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπεραυμένης τριγωνον ἰσόπλευρον συντήσασθαι*. GROTIUS. — Eadem Quintilianus (1, 10, 3; p. 210): *quemadmodum*

in data linea constitui triangula aequis lateribus possint?

quo dicto quum] Sic codices Monacenses (A. C), Reichenauensis et Darmstattensis. In editis: *quo dato complures*; sed *quo dicto* jam Grotius in margine notavit.

undiquesecus] Sic Monacensis (C) et Reichenauensis; male in editis *secum* (add. Oudend. ad Appulej. T. 1, p. 92).

M A R T I A N I
MINEI FELICIS
C A P E L L A E,
AFRI CARTHAGINIENSIS,
DE
A R I T H M E T I C A

LIBER VII

725

Postquam conticuit prudens permensio terrae,
Innuba, sollertes curam quae instigat in artes,
Sic abacum perstare jubet, sic tegmine glauco
Pandere pulvereum formarum ductibus acquor.
Altera tunc etiam gerularum accire jubetur
Germanam, doctae mundum quae admensa sororis.
Nec mora, digreditur. Tunc rursus dia Voluptas
Ipsius aetherea Cylleni immurmurat aure:
Quum doctas superis admirandasque puellas

Innuba] Palladis epitheton (Lucan. 9, 665. Val. Flacc. 1, 87. Ausonius epigr. 106, 5), item *innupta* (Virg. Aen. 2, 31), Graecis (Eurip. Troad. 536) ἄζυγος. Quod enim Grotius margini adscripsit *incuba*, quae quasi *incumbat* artibus, insolentius atque frigidius dictum foret neque nostris codicibus confirmatur.

altera] Paedia, ut mox (§. 728) apparet; de qua supra (§. 578).

doctae mundum quae] Codex Darmstattensis *doctae mundumque*, male. Significatur Arithmetica, cujus ope Geometria mensuras computat.

aure] Statius (Theb. 1, 532):

Imperat acciri tacitaque immurmurat aure.

Approbat armipotens, tu optati lentus amoris
 Gaudia longa trahis, captumque eludis honorem?
 Seria marcentem stupidant commenta maritum.
 Talia complacita spectat fastidia virgo,
 Nec te cura tori, nec te puer ambit herilis,
 Nec mea mella rapis; quaenam haec hymeneia lex est?
 In Veneris agro Pallas sibi vindicat usum;
 Quam melius thalamo dulcis petulantia fervet!
 Casta maritalem reprimat Tritonia mentem,
 Et nuptae non aequa venit; poscenda Dione est,
 Conveniensque tibi potius celebrare Priapum.

His Atlantiades auditis, licet risum inhibere vix posset, ne infacetus tamen et 726
 impar lepidulis haberetur, hilario susurramine sic respondit:

Licet urgeas, Voluptas,
 Thalamos inire suadens,
 Tamen exseret peritas

armipotens] Sic Grotius addit confirmatque codex Darmstattensis cum utroque Monacensi; male anteriores *omnipotens*, quod miram est ipsum Grotium probasse, quasi de Jove sermo esset! Minervam enim intelligi satis patet, quam *armipotentem* dici supra (ad §. 567) abunde probatum est.

optati] Codex Darmstattensis *optata*, contra metrum.

eludis] Grotius in margine: »al. *captum quem laudis honorem*«, sine sensu, quanquam et Reichenauensis codex et Monacensis uterque *laudis* exhibeant.

stupidant] Vide superiorem locum (§. 572 not.).

fastidia] Margo Grotiana et codex Reichenauensis *fastigia*, inepte.

herilis] Amor, filius Veneris, quae Voluptatis hera est.

fervet] Codex Monacensis (C) *servit*; non opus.

Priapum] Priapo in nuptiis sacrificatum Festus docet, idque togis praetextatis; quem illustrabo, eademque opera Martianum nostrum, quibusdam Christianorum scriptorum locis. Arnobius Lib. IV: »Mutunus, cujus immanibus pudendis horrendoque fascino vestras inequitare matronas et auspicabile ducitis« cet. Lactantius: »Mutinus, in cujus sinu pudendo nubentes praesident, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videretur.« Augustinus: »Sed quid hoc, quum ibi sit et Priapus nimis masculus, super ejus immanissimum et turpissimum fascinum sedere nova nupta jubetur more honestissimo matronarum?« GROT.

lepidulis] Lepidula τὰ ἀβτεῖα, ἀβτεῖδουοι. GROT.

peritas] Margo Grotiana *paratas*. *Ambitum* in-

Brevis ambitus puellas:
 Demumque nec jugalis
 Cessator intricatus
 Tardabo fulcra lecti,
 Et si quid illa nostrae
 Veneris feret voluptas
 Nec vobis abnegabo;
 Furtis modo allubescat,
 Et clam roseta parvae
 Liliaque det papillae.
 Ne nunc sexus jugalis
 Cura ferale morsum
 Et vulsa pellis acre .
 Laceros trahât capillos.

727 Quo dicto renidens et plus solito laetior Voluptas ad Venerem regressa cuncta ejus auribus intimavit; quae deliciosa mollitie et interrumpente genas rubore paene prodidit susurrata, tuncque marcidulis decenter paeta luminibus

telligo de mora, quasi ambages; possit tamen etiam ad orbem disciplinarum, quae hic proponuntur, referri.

furtis] Transtulit ad legitimi tori voluptates, quod alioquin de clandestinis tantum usurpatur.

et clam] Recepti e codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi (C), quod jam Grotius in margine ex aliis enotaverat; vulgo ut.

ne nunc] Cautissimum duxi locum obscurissimum integrum relinquere, licet codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Monacensis uterque longe aliam lectionem exhibeant:

»Ne nunc sensus *jugalis*
Feralis cura morsum
Et vulsa fellis atro

quae tamen non minores difficultates continet. Hoc tantum apparet, sermonem esse de contumacia novae nuptae mariti amplexibus renitentis pudicitiamque virginalem defendentis, sive de collectatione illa Venerea, quam *κλινοπαλήν* dixisse Domitianum Suetonius (in vita 22) refert.

renidens] Codex Monacensis (C) *renitens*; in-
epte.

paeta] Hoc Veneri peculiare. Priapeia (36, 4):
 »*Minerva flavo lumine est, Venus paeto.*»
 Ovidius (in arte amandi 2, 659):

»*Si paeta est, Veneri similis, si flava, Minervae*»,

ubi vide Heinsium (T. I, p. 464 Burm.) male corrigentem. Adde Osannum (anal. crit. p. 194).

Majugenam conspicatur et quodam ad aspectu promittentis illexit; quam Saturnia de propinquo velut deprehendentis castigabat obtutibus. Quae dum geruntur, *Paedia*, quae egressa dudum, cum alia femina miri decoris ingreditur, cui quaedam majestas nobilissimae vetustatis et ipsius Tonantis natalibus ortuque praecelsior vultus ipsius lumine renidebat; quae etiam miraculis quibusdam capitis reverenda videbatur. Nam primo a fronte uno sed vix intelligibili radio candicabat; ex quo item alter erumpens quadam ex primo linea defluebat; dehinc tertius et quartus, tumque etiam nonus decuriatusque primus, honorum reverendumque verticem duplis triplisque varietatibus circulabant; sed innumerabili radios multitudine prorumpentes in unum denuo tenuatos miris quibusdam defectibus contrahebat. Hujus autem multiplicem pluriformemque vestem quoddam velamen, quo totius naturae opera tegebantur, abdiderat; digiti vero virginis recursantes et quadam incomprehensae mobilitatis scaturigine vermiculati. Quae mox ingressa septingentos decem et septem numeros complicatis in eos digitis Jovem salutabunda subrexit. Tum Philosophia, ut Tritonidem propter adstabat, quid numero tali Arithmetica intulisset, exquirat. Cui Pallas: proprio, inquit, Jovem nomine salu-

Paedia, quae] Sic scripsi, orthographia tantum et interpunctione mutata, pro *Paediaque*, ut apodosin sententia nancisceretur, qua in vulgatis carebat.

natalibus] Quia Jupiter *monas* (§. 731), ut ipsius quasi natales in Arithmetica inesse videantur.

candicabat] Utitur et libro I hoc vocabulo: «Ipsius autem canities pruinosi nivibus candicabat.» GROT.

pluriformem] Alios *pluriformem* legere margini Grotius adscripsit. Ceterum ex Pythagoreorum haec placitis explicanda sunt, quibus numeri pro ipsa rerum natura erant (Aristot. metaphys. 1, 5).

digiti] Confer superiorem notam (§. 102) nostramque infra (§. 745 f.) et Procopii anecdota (p. 216 Eichel.). *Vermiculati* dicuntur propter *argutias*,

quas Cicero (orat. 18) dicit, id est motus celeritatem minutissimis intervallis distinctam. Barthius (advers. p. 1591 f.): «Apud Lucilium distinctum variis spiris velut sonat, at mobilitatem flexuosorum anguium designat apud Capellam.»

septingentos] Putaveram quondam pro CCC-CCCXVII legendum CCCCCCXII, ut sit ζεῖς, aut minori mutatione DCCXVI, ut sit χαίρες; sed revera comperi nihil mutandum, sunt enim hic indicatae hae voces H APXH, idque ad finem Capellae MS. exaratum vidi. GROT. — Confer palaeographiam meam (III, p. 281).

subrexit] Editiones ante Grotium *surrexit*, male. *Subrigere* idem est quod *crigere*, ut apud Senecam (Herc. fur. 392): «*subrigens* caput.»

tavit. Ac tunc illi radius, qui primus emergerat, colliniatae lucis nitore porrecto ipsius Jovis verticem luminavit. Quibus miraculis radiorum innumera repente multitudine prorumpente, nonnulli tellustres silvicolaeque divi Herculem conspicati, opinantes eam hydreo germine pullulare. Ac tunc oborto terrigenis mussantibus murmure puer ille piceus jussus admonere silentium. Verum feminam Pythagoras, ut inter sapientes adstabat, usque abacum consecutus, idemque jam artem promere cupienti quandam lactei luminis facem officioso consistens munere praeferebat. Tum illa, antequam juberetur quid apportet expromere, sic exorsa:

750 Non ignota coelo, nec rebus mundanis ignorata, quas genui, adveni super vestrum quidem nihil dedignata concilium, quamvis singulos vos universosque recenseam ex meis ramalibus germinare; tuque potissimum, quem principalis ante cunctas procreavit emissio, tuae singularis primigeniaeque

qui primus] Sic ex codice Grotiano, ipso Grotiano suadente, scripsi; vulgo: *radius primus emergerat qui etc.*

tellustres] Codices Monacensis (C) et Darmstattensis *terrestres*, quod tamen quia correctionem olet, nolui recipere; nec licet *tellustris*, quantum equidem sciam, alibi non legatur, analogiae contrarium est. Basilius Faber unde habuerit, quod in Thesauro scripsit, alios legere *terruristres*, ignoro; Grotius margini adscripsit *telluristres*, quod ex *διτρογραφία* ortum videtur.

piceus] Id est Harpocrates, quippe Aegyptius (§. 90). Nigros fuisse Aegyptios complures testantur, ut Ammianus Marcellinus (l. 22 extr. p. 377 Gronov.): «homines autem Aegyptii plerique *subfuscus* sunt et *atrati*.» Hinc et Propertius (2, 24, 13):

«An tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis?» et Martialis (10, 12, 12):

«Niliaco redeas tu licet ore niger.»

Quam Grotius margini adscripsit lectionem *spiceus*, nihili est; ut et in sequentibus *exstabat* pro *adstabat* et *consectatus* pro *consecutus*.

lactei luminis] Id est candidi, indeque splendentis. Supra (§. 14) noster similiter «lactis instar candidaeque lucis» dixerat.

apportet] Sic codices Grotianus, Reichenauensis, Darmstattensis, Monacenses (A. C), aliique apud Burmannum (ad Ovid. III, p. 828) laudati; vulgo *perperam oportet*.

ramalibus] Ovidius:

«Ramalia arida tecto.»

Persius:

«Ut ramale vetus vegrandi subere coctum.»

In Grammatica ipse Martianus: «densis obumbrata *ramalibus*» et lib. I: «*ramale laureum*.» Grot. — Adde inferiorem locum (§. 917) et confer Saxonem Grammaticum (p. 126 Steph.). In sequentibus pro *germinari* substitui meliorem lectionem e codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi.

naturae fontem Jupiter recognosce; nec despicabilem vestrū omnium matrem Mercuriale quod habeo me faxit officium, quum prosapiam arcanæ sortis originisque primordiale vobis studeam comprobare; quæ quum in terris exerceor, astrorum populus recognoscat honorandam suæ multitudinis genitricem.

DE MONADE.

Prae cunctis igitur affata sacra monas esto, quam ante cuncta vibrantem **731** sociati postmodum numeri principia docuerunt. Quæ si species est accidens cuilibet exstantium primo, priusque est quod numerat quam illud numerandum, rite eam ante ipsum, quem principem dixere, veneramur. Nec dissimulabo ex eo, quod monas retractantibus unum est solum, ipsam esse, ab

despicabilem] Glossa Isidori: »despicabilis; contemptibilis, dispectus«, quo in loco bis I pro E positum. GROT. — Sensus hic est: »neve ideo me vestram omnium matrem contemnite, quia Mercurio servio« cet.

sortis] Retraxi lectionem, quam Grotius in marginem rejecit, adstipulantibus codicibus Darmstattensi, Reichenauensi, et Monacensi utroque (A. C); vulgo *artis*.

de monade] Ad ea quæ nunc de singulorum numerorum vi et potestate sequuntur, conferenda sunt imprimis Theologumena Arithmeticae ab Astio edita (Lips. 1817. 8), et quæ ex simili Nicomachi libro Photius servavit (bibl. n. 187), prætereaque Camerarius ad Jamblichum (in Nicom. arithm. p. 45 sequ. Tennul.) et Meursius (in denario Pythagorico in Gronov. Thes. T. IX). De ipsa monade speciatim vide Pythagoreos apud Stobæum (p. 6 sequ. Heer.) et Hermetem (ibid. 1, 11, 15; p. 306), prætereaque Macrobiū (in somn. Scip. 1, 6).

vibrantem] Grotius in margine *librantem*, male; radium enim supra dixerat. Sensus autem hic est: »quam sociati postmodum numeri docuerunt ante

cuncta principia vibrare«, id est, quam principem omnium esse inde apparet, quia omnes inde numeri per consociationem orti sunt.

quæ si] Probat monadem omnium primam, quia primo cuique in quoque genere respondet, deinde etiam, quia numerans numerato prius. GROT. — Distinctionem e Darmstattensi codice correxi, et ex eodem duobusque Monacensibus (A. C) reposui *veneramur* pro *venerantur*.

species] Id est *εἶδος*, sensu Platónico, *forma*, qua, quidquid ejus nomen gerit, hujus ipsius nominis vim ac potestatem nanciscitur; ut nostro loco quidquid *unum* vel *primum* appellatur, id ipsum ut sit, a *monade* acceptit. Adde Tennulium (ad Jamblich. p. 93).

nec dissimulabo] Lego: »Nec dissimulabo ex eo (ita in MS.) quod monas retractantibus unum est, solum ipsam (ita in MS.) esse, ab eaque singula procreari.« Novum argumentum hoc modo: illud quoque, inquit, non est silentio prætercundum, quod vel ex eo satis liqueat monadem solam proprie esse, aliisque esse essentiae causam, quod utcumque revolvatur semper unum manet; semel

eaque singula procreari, omniumque numerorum solam seminarium esse, so-
lamque mensuram, et incrementorum causam statumque detrimentorum; quae
tamen ubique pars est, ubique totum, dum per cuncta perpetua; neque
enim, quae est ante exstantia et quae post absumpta non absconditur, potest
non esse perpetua. Hanc igitur patrem omnium Jovem rite esse memoratum;
quod quidem idealis illius intellectualisque speciei vis causativa testatur; ad
cujus exemplum unum deum, unum mundum, unumque Solem, singularemque
Lunam, elementa etiam in quo exstant singula memorari. Licet Aristoteles,
unus e sectatoribus meis, ex eo quod unum solum ipsa sit, et se quaeri
semper velit, cupidinem asserat nominatam, quod se cupiat; siquidem ultra
nihil habeat, et expers totius elationis aut copulae in se proprios detorquet

enim unum unum est. GROTIUM. — Cum hisce conspi-
rant etiam Monacenses (A. C) et Darmstattensis,
unde recepi. Vulgo enim ita erat: «nec dissimulabo,
quod monas retractantibus unum solum ipsa esse
ab ea atque cetera procreari.»

seminarium] Jamblichus (ad Nicom. p. 12 Ten-
nul.): ἀπ' αὐτῆς γὰρ ὡς ἀπὸ σπέρματος καὶ
αἰδίου ρίζης ἐφ' ἑκάτερον ἀντιπεπονθότως
αὐξοῦνται οἱ λόγοι κ. τ. λ.

absconditur] Sensus videtur postulare absumitur.
GROTIUM. — Idem margini adscripsit alios legere as-
cenditur, quod etiam in Monacensi utroque exstat;
sed mutandi causa non apparet, quoniam abscondi
commode explicari potest perire, occidere, eva-
nescere. Sensus est, perpetuam esse oportere, ul-
tra quam minuendo procedere non possimus. Con-
fer Moderatum (ap. Stob. T. I, p. 18): ἥτις μειο-
μένον τοῦ πλήθους κατὰ τὴν ὑφαίρεσιν παν-
τὸς ἀριθμοῦ στερηθεῖσα μονήν τε καὶ δτά-
σιν λαμβάνει.

memoratum] Codices Reichenauensis, Darm-
stattensis, et Monacensis uterque nominatum; non
necesse.

idealis] Unus ille solusque ac summus deus,
quem Appulejus ultramundanum appellat, ex doctri-
na Platonis est ipsa unitas, a qua unum quod
existit progreditur, quae et omne deorum genus
progeneravit, tam intelligibile, quam intellectuale,
quod supramundanum est, et quod mundanum,
coelicolarum nempe deorum. Unitas illa ante om-
nia entia. Ab unitate igitur illa sive ab uno solo-
que deo profluxere dii primo νοητοὶ et νοεροὶ,
ὑπερκόσμοι et ἐγκόσμοι. Proclus cap. X libri
primi: «ἵνα ὄν θυνελόντες εἶπωμεν, τὸ ἐν ὄν
πρόεισι μὲν ἀπὸ τῆς ἐνάδος τῆς πρὸ τῶν
όντων· πᾶν δὲ τὸ θεῖον γένος ἀπογεννᾷ,
τό τε νοητὸν, καὶ τὸ νοερὸν, καὶ τὸ ὑπερου-
ράνιον, καὶ τὸ μέχρι τῶν ἐγκοσμίων προε-
ληλυθός.» SALMAS. (epist. ad Menag. p. 21).

unum deum] Unum quidem deum philosophi
credebant, sed variis eum nominibus varioque sexu
appellabant juxta illum usum Valerii Sorani. GLOSSA
(cod. Monac. E).

ultra nihil] Nihil apud Grotium per errorem
omissum ipso monente restitui. Ceterum Aristoteles
ubi haec dixerit ignoro.

ardores. Hanc quoque alii concordiam, hanc pietatem amicitiamque dixere, quod ita nectatur, ut non secetur in partes; tamen rectius Jupiter nuncupatur, quod sit idem caput ac pater deorum.

DE DYADE.

Denique quum unum facta in quodcumque defluerit, licet ejus linea **732** insecabilis ac sine latitudinis significatione fundatur, dyadem tamen facit. Quae dyas, quod sit prima procreatio, a nonnullis genesis dicta; quod autem inter eam ac monadem prima conjunctio est consortiumque consimile, Juno perhibetur vel conjunx vel germana praecedentis. Est autem medietatis capax; nam bona malaque participat: eadem discordia, ex qua adversa orientur, utpote quae prima poterit ab adhaerente separari; in bonis vero eadem justitia, quod duobus aequis gaudeat pariter ponderatis; eademque societas, quod vinculum, quo media connectantur, habeatur utrinque commune. Ab hac numerus auspicatur; et est opinabilis corporatio motusque primi probamentum; elementorum etiam mater, nam de dyade quartus elementorum numerus procreatur; primaque forma paritatis est.

DE TRIADE.

Trias vero princeps imparium numerus, perfectusque censendus; nam **733** prior initium medium finemque sortitur, et centrum medietatis ad initium

tamen rectius] Macrobius: «Haece monas principium finisque omnium, non ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur deum.» Et Synesius episcopus Platonius saepe deum *μονάδ' ἀρχήτην* nominat. Grot.

defluerit] Sic recte anteriores; de monade enim, quae unum facta est, sermo est; Grotius nescio unde *defluerint*.

quae prima] In codice Darmstattensi qua est pro *quae*; male.

justitia] Theologumena Arithmeticae (p. 12, 4): ἀπὸ δὲ τῆς εἰς δύο τομῆς Δίκη οἰοῦνται δίχην. Justitia autem Pythagoreis erat τὸ ἀντιπεπονθὸς (Aristot. Magn. Mor. 1, 34).

elementorum] Ineptum est quod alios legere Grotius margini adscripsit *aliorum*.

perfectus] Theon (arithm. 32, p. 72 extr.): λέγεται δὲ καὶ ὁ τρία τέλειος, ἐπειδὴ πρῶτος ἀρχὴν καὶ μέγα καὶ πέρας ἔχει. Adde eundem de musica (40, p. 137), Plutarchum (qn. sympos.

finemque interstitiorum aequalitate componit. Denique Fata, Gratiarumque germanitas, et quaedam virgo, quam dicunt coeloque ereboque potentem, huic numero colligatur. Ex eo etiam perfectus, quod perfectos gignit senarium novenariumque; cujus auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. Tres symphonias continet harmonia, id est diapason, hemiolion, diatessaron. In tria se spatia temporis cursus alternat, ideoque tribus divinatio memoratur. Idem mundana perfectio est; nam monadem fabricatori deo, dyadem materiae procreanti;

9, 3; p. 738), Laurentium Lydum (die Martis p. 52 sequ. Roeth.), Stobaeum (eck. phys. 1, 2), Justinum Martyrem (op. p. 24), Boëthium (de musica 3, 5), Ausonium (idyll. 11), et quae olim (in palaeogr. crit. III, §. 267 sequ.) larga manu dedi. Nonnulla et ipse noster jam supra (§. 105) attulit.

interstitiorum] Codices Monacenses (A et C) et Darmstattensis *interstitutionum*; male (vide §. 581).

aequalitate] Codex Darmstattensis *e qualitate*; Monacenses (A. C) *aequalitatem*, quod jam Grotius margini adscripsit; male utramque.

Fata] Parcae (vide ad §. 360).

coeloque] E Virgilio (Aen. 6, 567); Hecate igitur, scilicet *triformis* (Hor. od. 3, 22, 4) sive *tergemina* (Virgil. Aen. 4, 511). Ausonius (in grypho ternarii numeri v. 18):

•Tergemina est Hecate, tria virginis ora Dianae,

Tres Charites, tria Fata — —

tertio] Confer palaeographiam meam (III, §. 269). Spectat huc et proverbium τὸ τρίτον τῶ βωτῆρι.

hemiolion] Id est *diapente* (§. 107. 934).

divinatio] Ita infra (§. 893) «tripodem» scribit «trini cursus praesagia polliceri, exstantis, instan-

tis, et rapti.» Sed jam Homerus (Iliad. α, 70) Calehantis vatis artem ita describit, ut tres temporis partes comprehendat:

Ὅς ἤδη τὰ τ' ἔόντα τὰ δ' ἐβόμμενα πρό τ' ἔόντα.

idem] Nempe numerus. Darmstattensis quidem codex exhibet *item*; sed praefero vulgatam.

mundana perfectio] Vulgo *praefectio*, sed recepi lectionem a Grotio in margine notatam. Ausonius (idyll. 11, 48):

•In physicis tria prima, deus, mundus, data forma.»

Seneca (epist. 65): «Haec omnia mundus quoque, ut ait Plato, habet. Faciens hic deus est; ex quo fit haec materia est; forma hic est habitus et ordo mundi quem videmus, exemplar scilicet, ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit.» Confer Platonem ipsum (in Philebo p. 23 — 27 Steph.).

fabricatori] Δημιουργῶν, ut apud Platonem est (Phileb. p. 27; Tim. p. 68).

materiae] Θεολογόμενα (p. 7, 18): ἔτι τὴν ἔλην τῆ δυνάδι προσαρμόττονδων οἱ Πυθαγόρειοι. ἑτερότητας γὰρ ἐκείνη μὲν ἐν φύσει, δυνάς δὲ ἐν ἀριθμῶν κατάρχει, ubi plura Astius (p. 162).

triadem idealibus formis consequenter aptamus; animam vero rationis et iracundiae cupiditatisque distribuere trigario.

DE TETRADE.

Quid tetradem dicam? in qua soliditatis certa perfectio; nam ex longi- 734
gitudine ac profunditate componitur, decasque plena his quatuor numeris gradatim plicatis integratur, id est uno, duobus, tribus, quatuor. Item hecatontas a decade quaternario cumulatur, id est decem, viginti, triginta, quadraginta, qui sunt centum; et item a centum quatuor numeri reddunt mille, id est centum, ducenti, trecenti, quadringenti. Sic decem millia ceteraque excrementa complentur. Quid quod quatuor anni tempora, frontesque coeli, elementorumque principia esse non dubium est? Hominum etiam quatuor aetates, quatuor vitia, quatuorque virtutes. Hic numerus quadratus ipsi Cyllenio deputatur, quod quadratus deus solus habeatur.

DE PENTADE.

Sequitur pentas, qui numerus mundo est attributus. Nam si ex qua- 735

trigario] In editis erat *tricarvo*. Forte *trigario*, ut supra *fulcida* pro *fulgida*. Libro musico: *demum trigarium* supplicantis semper germanitatis adveniat; ubi de *λαυας* sermo. *Γνωτ.* — Spectant illa Martiani ad Platonis doctrinam, qua anima dividitur in *λογιστικὸν*, *θυμοειδές*, et *ἐπιθυμητικὸν* (de R. P. 4, p. 456; 9, p. 580; Tim. p. 69; Phaedr. p. 240; de Legibus 9, p. 865; adde Diogenem 3, 90).

soliditatis] Cave τὰ στερεὰ (§. 724) intelligas, ut *latitudo* in sequentibus excidisset; sed de *quadrato* loquitur, quod et ipsam perfecti et omnibus numeris absoluti vim gerit; confer imprimis Aristotelem (rhetor. 3, 11): τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετραγώνον μεταφορὰ ἄμρω γὰρ τέ-

ἄστα. Plura dabit Astius (ad Platon. Protag. in oper. edit. T. IX, p. 151).

plicatis] Male in editis *plicitis*. Nostram lectionem dedit codex *Monacensis* (A). De tetracty Pythagorica supra jam egimus (ad §. 107).

Cyllenio] Hoc quoque supra (§. 106) jam stigmimus. Adde Plutarchum (qu. symp. 9, 3; p. 738): Ἐρμεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετράς ἀνάκειται· πολλοὶ δὲ καὶ τετράδι μηνὸς ἰσταμένον γενέσθαι τὸν θεὸν ἰστοροῦσι: et Macrobius (Saturn. 1, 19): «Pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur — quippe significat hic numerus vel totidem plagas mundi, vel quatuor vias temporum, quibus annus includitur cet.

tuor elementis ipse sub alia forma est quintus, pentade est rationabiliter insignitus; qui quidem permixtione naturali copulatur. Nam constat ex utriusque sexus numero; trias quippe virilis est, dyas femineus aestimatur. Etiam apocatasticus dicitur, et sive cum aliis imparibus sive cum suo genere sociatus se semper ostendit. Nam quinque per quinque habes viginti quinque, et quinquies terni quindecim, et quinquies septeni trigies quinquies, et quinquies noveni quadragies quinquies. Item zonae terrae quinque; in homine sensus quinque, totidemque habitatores mundi generibus, ut homines, quadrupes, reptantes, natantes, volantes. Hunc numerum quis neget esse diametrum? Nam decadis perfectio circulusque hujus hemisphaerio dissecatur.

DE HEXADE.

736 Senarium vero perfectum analogicumque esse quis dubitet, quum suis partibus impleatur? Nam et sextam sui intra se continet, quod est unus;

quintus] Codices Cantabrigiensis, Reichenauensis, Darmstattensis *quintum*; sed mutandi causam non video, modo ad *mundum* referatur. Neque enim de Aristotelis *quinta essentia* Martianus loquitur, sed de *dodecaëdro* Platonis, quod universi formam refert (Tim. p. 55 c); quanquam hoc quoque multi pro aethere acceperint (vide Boeckhium in Philolao p. 162; Astinum ad Plat. Epinom. p. 601). Adde Strabonem (13, p. 713 Casaub.): *πρὸς δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τις ἔστι φύσις, ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ ἄλλα κ. τ. λ.*

utriusque sexus] Unde etiam *ἀνδρογυνία* et *γάμος* appellabatur a Pythagoreis (Plut. de Ei apud Delphos 8, p. 387).

apocatasticus] Nisi corrupta lectio est, per synopen dictum pro *ἀποκατάστατικῶ*, qui semper ad se recurrit, in se ipsum revertitur, ut ait Nicomachus (instit. arithm. 2, 17; p. 151 Ast.): *ὅσαις γὰρ ἂν ἀνξήθεον ἀνξήσω, εἰς τὸ αὐτὸ θυμ-*

πέρασμα τελευτήθει πάντως. Adde Jamblichum (p. 12 Tennul.) et Theonem Smyrnacum (arithm. 24, p. 61).

zonae] Vide nostrum supra (§. 602).

quadrupes] Sic codex Darmstattensis; vulgo *quadrupesque*. Ceterum confer Platonem (in Timaeo p. 91. 92).

diametrum] Simili de causa *ἡμίθεον* appellant Theologumena (p. 52), *ὅτι τοῦ δέκα θεῖου ὄντος ἡμίθειά ἐστιν.*

vero] Sic codices Monacenses (A. C.), Darmstattensis, et Reichenauensis pro *autem* in editis.

perfectum] Isidorus Hispalensis: «Senarius suis partibus perfectus est.» Macrobius: «Senarius vero, qui cum uno septenarium facit, variae ac multiplicis religionis ac potentiae est. Primum, quod solum (malim *solus*) ex omnibus numeris, qui infra decem sunt, de suis partibus constat. cet. Grot. — In meo Macrobiï exemplari (somm. Scip. 1, 6)

et tertiam, quod duo; et medietatem, quod tria. Item naturalia officia, sine quibus esse nihil potest, sunt sex: magnitudo, color, figura, intervallum, status, motus. Item motus totidem differentiae sunt; nam movemur prorsum retrorsumve, dextra laevaue, sursum deorsumque; nam ille aeternus quidam motus est circuli. Hic autem numerus Veneri est attributus, quod ex utriusque sexus commixtione conficitur, id est ex triade, qui mas, quod impar est numerus, habetur, et dyade, quae femina paritate; nam bis terni hexas fit. Solida etiam figura quadrati sex superficies habet. Totius harmoniae toni sunt sex, id est quinque toni et duo hemitonia. Idem per primum 737 motum, hoc est dyadem, collatus duodecim facit; inter quos duos numeros duo medii inveniuntur, id est octo et novem. Quorum unus ex meo nomine regulae censetur, nam arithmeticus memoratur, id est novenarius; eodem enim numero superatur a duodecim, quot numeris superat senarium, id est tribus. Alius autem numerus, id est octo, musica ratione confertur. Ea enim parte superatur a duodecim, qua ipse superat sextum, id est tertia; nam sexti tertia duo sunt, duodecimi tertia quatuor. Quod geometrica ratione

solus legitur, non solum. Alio etiam loco idem Macrobius (Sat. 7, 13) ex Aegypto refert «senarium numerum omnifariam plenum, perfectum, atque divinam esse.» Adde Vitruvium (3, 1), Lydum (die Ven. 10, p. 68 Roeth.), Censorinum (de die natali 11, 4).

motus totidem] Sex motus genera praeter orbicularem etiam Plato enumerat (Tim. p. 54 Steph.). Adde Macrobius (in somn. Scip. 1, 6 f. Saturn. 7, 9). Sed alia sunt quae Aristoteles statuit, licet totidem numero (Categ. 11; confer Sext. Empir. adv. mathem. 10, 37; p. 640).

Veneri] Nicomachus (apud Photium p. 240 Hoeschel.): καὶ κρείως αὐτῆ μάλλον Ἀφροδίτῃ ζυγία τε καὶ γαμηλία καὶ ἀνδρογενία θεολογεῖται. Hinc etiam Pythagoras Veneri sexto men-

sis cujusque die sacra fieri jussit, teste Jamblicho (de vita Pythag. 28, 152), ubi Rusterus (p. 128) lectores ad Tennulium (ad Jambl. in Nicom. arithm. p. 131) remisit. Plura dabit Astius (ad Theologum. p. 177).

hexas fit] Grotius margini adscripsit alios legere *sexis faciunt*, male.

id est novenarius] Sic scripsi e codicibus Grotiano et Reichenauensi; vulgo *idem novenarius*. De utraque ratione arithmetica et musica sive harmonica vide quae ad Platonis Timaeum (p. 56 Steph.) observavit Boeckhius (in Daubii et Creuzeri studiis T. III, p. 56), Astiumque ad Theologumena (6, p. 178), quae eodem hoc nomine hexadem praedicant.

componitur. Ea enim possunt per collationem media, id est octo per novem, quae extrema, id est sex per duodecim; nam utraque faciunt septuaginta duo. Item in majoribus numeris media extremorum rationibus componuntur sub praedicta senaria ratione. Nam sexies septuagesies dipondius facit quadringentos trigies dipondius; similiter octies septuagesies dipondius quingentos septuaginta sex; item novies septuaginta duo faciunt sexcentos quadraginta octo; similiter duodecies faciunt octingenta sexaginta quatuor; quae media inter se multiplicata reddunt numeros extremorum inter se convenientium. Hic primus numerus, id est senarius, harmonias ostenditur genuisse; quippe sex ad duodecim est symphonia diapason; sex ad novem hemiolios; sex ad octo epitritos, id est symphonia diatessaron; unde Venus Harmoniae mater perhibetur. Item hic senarius quadrato et solido quaternario sociatus horas diei noctisque dimittitur; nam quater seni viessis quadrussis faciunt.

per collationem] Grotius margini adscripsit *post*; male. *Collatio* hic multiplicationem sive potentiam significat eodem usu quo Festus (s. v. *ocius*) comparationis gradus *collationum* vocabulo appellat.

utraque] Sic codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis; vulgo *utraeque* sine sensu.

dipondius] Grotius per errorem ut videtur edidit *dispondius*, quod correxi; sed ipsi huic vocabulo locus hic nullus est, ut e nota tantum male intellecta ortum esse videatur; quanquam in vitis codicibus nihil mutò. Ceterum sensus hic est, proportionem geometricam, quam modo proposuit:

$$6 : 8 = 9 : 12$$

cujus extrema aequae ac media secum collata faciunt 72, etiam si omnia septuagesies bis augeas, eandem manere:

$$432 : 576 = 648 : 864.$$

id est senarius] Haec pro glossemate tollenda censet Grotius; sed si demseris, unus e majoribus potius numeris, qui antecedunt, intelligendus fuerit.

hemiolios] Grotius *hemiolos*, quod e codicibus correxi.

Harmoniae] Hyginus: «Ex Venere et Marte Harmonia et Formido.» Harmonia autem, quam Capella suo modo aliter interpretatur, est Hermione. Grot. — Nescio quid contra communem fabulam (Apollodor. 3, 4, 2. Diodor. 5, 48 f.) Grotius sentiat. Pro *mater* alios legere *major* idem margini adscripsit; inepte.

viessis quadrussis faciunt] Forte *vicessis* vel *vigessis*, ut *sexis*, *septuagesis* et similia huic auctori usurpata. Grot. — *Sexis* supra (§. 305) et infra (§. 767) legitur. Codices Monacenses (A. C), Darmstattensis, et Reichenauensis habent *vies quartis*, quod jam Grotius margini adscripsit, ut supra *tries* pro *trigies*; praetereaque Reichenauensis praebet *facit* pro *faciunt*. Procul dubio numeri libratorum incitiae vel scribendi compendiorum ignorantiae sunt corrupti, legendumque hic «viginti quatuor», et supra «sexies septuaginta duo faciunt quadringenta triginta duo» cet.

DE HEPTADE.

Quid autem te heptas veneranda commemorem? quae quod naturae 738
opera sine feturaram contagione conformas, inter deos Tritoniae virginis
vocabulum possedisti. Nam quum omnes numeri intra decadem positi aut
gignant alios aliisque gignantur aut procreentur; hexas, octas generantur
tantummodo; tetras autem et creat et creatur; at heptas, quod nihil gignit,
eo par virgini perhibetur; sed quod a nullo nascitur, hinc Minerva est, et
quod ex numeris tam masculinis quam femininis constet, Pallas virago est
appellata. Nam ex tribus et quatuor septem fiunt; qui numerus formam
Lunae complectitur; nam primo est corniculata, quam *μηνοειδῆ* Graeci vocant;

heptas] De praestantia numeri septenarii prae-
ter Theologumena conferendi sunt Gellius (3, 10),
Macrobius (in somn. Scip. 1, 6), Philo (op. T. I,
p. 80). Quanquam fortaitam potius censet Aristo-
teles (metaphys. 14, p. 305 Brand.): *ἐπτά μὲν
φωνήεντα, ἐπτά δὲ χορδαὶ ἢ ἀρμονίαι, ἐπτά
δὲ αἰ κλειῶδες, ἐν ἐπτά δὲ βάλλει ὀδόντας ἐνι-
ά γε, ἕνια δ' οὐ· ἐπτά δὲ οἱ ἐπὶ θήβας ἄρ-
σὺν ὅτι τοιοῦδι ὁ ἀριθμὸς πέφυκε, διὰ τοῦτο
ἢ ἐκεῖνοι ἐγένοντο ἐπτά ἢ ἡ κλειῶς ἐπτά
ἀστέρων ἐστίν; ἢ οἱ μὲν διὰ τὰς πόλας ἢ
ἄλλην τινὰ αἰτίαν, τὴν δὲ ἡμεῖς οὕτως
ἀριθμοῦμεν, τὴν δὲ ἄρκτον γε δώδεκα κ. τ. λ.*

veneranda] Nam (teste Macrobio) *ἐπτάς ἀπὸ
τοῦ βέβεσθαι* dicta. Veteres enim *σεπτὰς* dice-
bant, idque comprobatur ex isto fragmento Jonis
apud Euclidem in Harmonica, a patre meo elegan-
tissime correcto et concinnato:

• Τὰν δεκαβάμονα τάξιν ἔχεις αἰεὶ ἐν τε-
τραχορδῳ,

Τὰς ξυμφωνούσας ἀρμονίας τριόδους.
Πρὶν μὲν σεπτάτονον ψάλλον διατέδβαρα
πάντες

Ἕλληνας ὁπανίαν μουσικὴν ἀειρούμενοι.
Grot. — Adde Appulejum, qui (met. 11 ab init.)
«cum numerum», inquit, «praecipue religionibus
aptissimum esse divinus Pythagoras prodidit»; et
quos Astius laudat (ad Theologumena p. 184. 185)
et Creuzerus (ad Olympiodori comm. ad Platon. Al-
cibiadem p. 158).

conformas] Lege *conformaris*. Grot. — Neuti-
quam.

Tritoniae] Confer superiorem locum (§. 568
not.).

par virgini] In MS. *pervirgo*, hoc est valde
virgo Gloss. Grot. — Vulgata sana. Hierocles (in
Pythag. aur. carm. p. 226): *ἢ δὲ ἐβδομάς ὡς
ἀμήτωρ καὶ παρθένος — οὔτε γὰρ γεννᾶται
ἐξ ἀριθμοῦ τινος τῶν ἐντὸς δεκάδος — οὔτε
γεννᾶ τινὰ τῶν ἐντὸς δεκάδος*. Plura dabit
Astius (ad Theologumena p. 181).

Lunae] Theologumena (p. 45): *Ἐπτάωροι οὖν
αἱ τέδβαρες βεληνιακαὶ φάβεις ὑπάρχουσιν
συμπληροῦσθιν εὐλόγως τὸν τοῦ ἀστέρους τοῦ
του μῆνα, ἡμερῶν ὄντα ἐγγύβτα κθ. Συλλο-
γίδασθαι δὲ δεῖ καὶ τὰς ἐπτά σχηματικὰς*

deinde medilunia, quam dicunt *διάτομον*: dehinc dimidiato major, quae dicitur *ἀμφικυρτος*: mox plena, quae dicitur *πανδέληνος*: item tres formas praedictas deficiens repetit. Hic numerus Lunae cursum significat; nam unum, duo, tria, quatuor, quinque, sex, septem, viginti octo faciunt. Item septem sunt circuli, et tot planetae, tot dies, totque transfusiones elementorum; nam ex informi materie primus ignis, ex igni aër, ex aëre aqua, ex aqua terra; item fit adscensio, et ex terra aqua est, ex aqua aër, ex aëre ignis; ex
 739 igni in materiem incomprehensam jam non poterit perveniri. Quid? omnium natura nonne huic probatur numero deservire? In principio septimani partus

μορφὰς τῆς δελήνης τετράδι, μηνοειδῆ, διχότομον, ἀμφικυρτον, πανδέληνον, πάλιν ἄλλον ἀμφικυρτον, ἐκ θατέρου μέρους φωτιζομένης αὐτῆς, καὶ πάλιν διχότομον κατὰ ταῦτά, καὶ ἄλλην μηνοειδῆ. Similia apud Maerobium leguntur.

μηνοειδῆ] Sic legendum pro *μονοειδῆ* in editis. Grot. — Immo ex ipso Martiano (§. 863 f.) corrigendum erat.

πανδέληνος] MS. *πληροδέληνος*. Grot. — Eodem redit.

tot dies] Hinc satis liquet non tam novum esse hunc morem, quo dies numerare solemus per septimanas et planetarum nomina, quam quidam volunt. Grot. — Profecto non erat, cur Martianum adhiberet ad hujus moris antiquitatem probandam, quem multo antiquiorem esse, et perperam a planetarum nominibus nomina dierum repeti, alio loco (palaeogr. crit. III, §. 514 sequ.) demonstravi. Adde Senecam (ap. Augustin. de civ. dei 6, 11) et quae doctus Anglus nuper attulit (in Museo philologico Cantabrigiensi T. I. p. 1 — 75).

transfusiones elementorum] Ovidius (metam. 15, 245):

— — *resolutaque tellus*

In liquidas rorescit aquas; tenuatus in auras

Aëraque humor abit, dempto quoque pondere rursus

In superos aër tenuissimus emicat ignes.

Inde retro redeunt, idemque retextitur ordo;

Ignis enim densum spissatus in aëra transit,

Hic in aquas; tellus glomerata cogitur unda.

Adde Platonem (Tim. p. 49), Chrysippum (apud Stobaeum 1, 12, 16; p. 512 sequ.), Lucretium (1, 783 sequ.), Ciceronem (N. D. 3, 12), Heraclidem Ponticum (alleg. Homer. p. 439 Gale), Manilium (1, 149 sequ.), Diogenem Laertium (9, 9; p. 553 Meibom.). Paulo aliter Theopogumena (p. 50): *οτι εἰς τέσσαρα τὰ πάντα στοιχεῖα, τρεῖς δὲ αὐτῶν αἱ μεταξύττες, ἑβδομᾶς ἂν κένταυθα ἐπικρατοίη τῶν ὄλων.*

omnium natura] Πάντων φύσις. Eleganter et proprie a nascendo *naturam* dixit pro *generatione*; nam et apud Gellium Varro «ad homines nascendos vim numeri istius porrigi pertinereque» ait; et Macrobius: «denique est numerus, qui hominem concipi formari» etc. Grot. — Videtur tamen universam hominis naturam significare, eo sensu quo Macrobius (in somn. Scip. 1, 6 f.) septenarium numerum «totius fabricae dispensatorem ac dominum» appellavit; qui quidem omnino ad sequentia conferendus est.

hominem absolutum perfectumque dimittunt. Dehinc ideo homo septem meatus habet in capite sensibus praeparatos, duos oculos, auresque et nares totidem, et os unum. Dehinc mense septimo parvulis dentes emergunt, ac septimo anno mutantur; item secunda hebdomas pubertatem movet gignendique possibilitatem; tertia florem genarum; quarta incrementa staturae finiuntur; quinta juvenalis aetatis plena perfectio est. Septem etiam natura abstrusit membra vitalia, linguam, cor, pulmonem, lienem, jecur, et duos renes. Item septem

septimani partus] Explica ex verbis istis Varronis apud Gellium: «Illam quoque vim numeri hujus observatam refert, quod ante mensem septimum neque masculus neque femina salubriter ac secundum naturam nasci potest.» Paulus quoque jurisconsultus ait: «Septimo mense nasci perfectum partum jam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis» (ff. de statu hominum, l. Septimo). Et id intelligendum de mense septimo incipiente liquet ex l. 3 in fine ff. de suis, ubi Ulpianus docet similiter ex Hippocratis auctoritate justo tempore natam videri eum, qui centesimo octogesimo secundo die natus est. Est autem Hippocratis locus lib. Epid. 3, sect. 270. Censorinus quoque ait: «Septimo partus jam maturus est, eo quod in omnibus numeris septenarius plurimum possit.» Vide Plinium libro septimo cap. quinto, et Plat. lib. V de philosophorum placitis cap. XVIII. GROT. — Diodorus tamen (1, 23) ζωογονεῖσθαι οὐκ εἰωθέναί τὸ τοιοῦτον ait, ubi vide Wesselingium (T. I, p. 27).

septem meatus] Favonius p. 16: «ministros eisdem sensus septem veluti fenestris emitti manifestum est.» Septem notarunt foramina veteres, ex quibus sensus humani operentur. Alcimus Avitus pulcre:

«Dehinc arcem capitis sublimi in vertice signat
Septiforem vultum rationis sensibus aptans.»

BARTH. (advers. p. 222. 225).

os unum] Transposita in editis haec erant verba; sed codicum Reichenauensis et Darmstattensis lectionem praetulit.

pubertatem] Alii *ubertatem*, teste Grotio in margine; male.

gignendi possibilitatem] Utitur hoc vocabulo et ipse alibi, sed et Arnobius, Isidorus, alique patres; ipse quoque Justinianus in confirmatione digestorum. Et sane quemadmodum hi omnes *possibilitatem* pro *potentia* dixere, ita Fulgentium *impossibilem* pro *impotenti* dixisse puto. Locum, quia singularis et eximius quodammodo est, adscribo. Is est *μυθολογικ.* lib. II, de Caco et Hercule: «Triplici etiam modo nocet malitia, aut in evidenti, ut potentior, aut subtiliter, ut falsus amicus, aut occulte, ut *impossibilis* latro.» Quod autem hic ait anno bis septimo pubertatem incipere censi, congruit cum constitutione ista imperatoris Justiniani ad Mennan praetorio praefectum missa quae hodie est l. 3 C. Quomodo tutores vel curatores esse desinant, cujus sententia repetita est hist. (?) Quibus modis tutela finitur in principio, quos locos confer cum Macrobio. GROT. — Adde Lipsium (ad Sen. de benef. 7, 1, p. 567).

septem etiam] E Darmstattensi codice pro *septima* in editis.

duos renes] MS. ἀρχαϊκῶς «duo renes.» GROT. — Ita et Monacenses (A. C).

corporis partes hominem perficiunt: caput tenus imo collo, pectus, venter, duae manus, totidemque pedes. Totidemque stellae in vertice axis coelestis.

DE OCTADE.

740 At octonarius numerus primus cubus est et perfectus, Vulcano dicatus; nam ex primo motu, id est dyade, quae Juno est, constat. Nam dyas per dyadem facit tetradem; at bis ducta facit octadem. Perfectus item, quod a senario tegitur; omnis enim cubus sex superficies habet. Item ex imparibus consecutis impletur. Nam primus imparium trias, secundus pentas; ambo octadem faciunt. Item cubum, qui a triade venit, id est viginti septem, sequentes impares reddunt, id est heptas, enneas, et hendecas, qui omnes

tenus imo collo] Recepi lectionem a Grotio in margine notatam; vulgo *tenus imum collum*.

venter, duae manus] Sic scripsi e codice Darmstattenſi pro *ventrem duas manus*; sed quod pro sequentibus *totidemque pedes* in Reichenauensi existat *pedesque* recipere nolu. Ceterum confer Theologumena paucis mutatis eadem tradentia (p. 50): *ὀπλάγχνα τε γὰρ τὰ λεγόμενα μέλη ἑπτὰ κατ' αὐτὴν ἐμπέφυκεν ἡμῖν· γλῶττα, καρδία, ἦπαρ, πνεύμων, ὀπλήν, νέφροι δύο· καὶ τὰ καθολικὰ μέρη τοσαῦτα, ἅπερ ἐστὶ κεφαλή, θώραξ, χεῖρες δύο, πόδες δύο, καὶ αἰδοῖον· κατὰ μέρος δὲ διατρήσεις ἐν μὲν τῷ προώπῳ ἑπτὰ, ὀφθαλμῶν δύο, ὠτῶν δύο, ῥινῶν δύο, στόματος ἐν κ. τ. λ.*

Vulcano] Alii Neptuno dicatum tradunt, ut Plutarchus (in vita Thesei extr.): ἡ γὰρ ὀγδοάς, κύβος ἀπ' ἀρτίου πρώτος οὖσα καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκείον ἔχει τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως, ὃν Ἀφάλιον καὶ Γαιήροχον προσονομάζομεν.

octadem] Lege *ogdoadem*. Grot. — Neutiquam: promiscue enim noster hisce vocibus utitur, et illa quidam tam superiori loco (§. 738) quam inferiori (§. 743). Nicomachus etiam apud Photium *ὀκτάδα* appellat.

a senario] Sic codices Monacensis (C), Reichenauensis, Darmstattenſis, et Grotianus; nec refragatur alter Monacensis (A) qui habet in *senario*; vulgo enim *septenario*.

imparibus consecutis] Confer Nicomachum (arithm. 2, 20 f.): οἱ κύβοι τριχῆ διαβατατοὶ ὄντες καὶ ταυτότητος ἐπὶ πλέον δοκοῦντες μετέχειν ἔργον εἰδὶ περιβάων, ἀλλ' οὐκ ἀρτίων — ἐκτεθέντων γὰρ τῶν ἀπὸ μονάδος ἐπ' ἄπειρον συνεχῶν περιβάων ἐπιβόκει οὕτως· ὁ πρώτος τὸν δυνάμει κύβον ποιεῖ, οἱ δὲ δύο μετ' ἐκείνον συνεθέντες τὸν δεύτερον, οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις τρεῖς τὸν τρίτον, οἱ δὲ συνεχεῖς τούτοις τέσσαρες τὸν τέταρτον κ. τ. λ.

secundus] Vulgo *secundum*; ego codices Darmstattenſem, Reichenauensem, et Monacensem utrumque secutus sum.

faciant viginti septem. Item tertius cubus, qui a tetrade venit, id est sexaginta quatuor; nam quater quaterni sunt sedecim, hoc quater sexaginta quatuor fiunt, et hic ex imparibus quatuor, qui superiores sequuntur, id est, tredecim, quindecim, septendecim, undeviginti, fiunt simul sexaginta quatuor; et sic omnes cubi per imparium incrementa inveniuntur sui duntaxat numeri. Sane hic octonarius cubus ita omnium cuborum primus est, ut monas omnium numerorum. Cubus autem omnis etiam matri deum tribuitur, nam ideo Cybele nominatur.

DE ENNEADE.

Enneas quoque perfecta est, et perfectior dicitur, quoniam ex triade 741
perfecta forma ejus multiplicata perficitur; deinde quod primi versus finem

fiunt] E codice Monacensi (A); prave in editis *fit*.

Cybele] Solidum, unde Cybele. Nihil enim terra solidius. GLOSSA (cod. Mon. B). — Codex Reichenauensis *Cybebe* solumni varietate. Rei ipsius fons apud Platonem (Tim. p. 55) quaerendus est, qui terrae, quam matris deorum nomine appellatam esse constat, cubicam formam assignavit; conferenda tamen acutissimi Boeckhii annotatio (in comm. de Plat. corp. mund. fabr. p. 51): Tiedemannus quidem (in Graeciae antiquissimis philosophis p. 418 ex Nicomacho apud Phot. bibl. 187) Pythagoricam horum commentorum originem demonstrare inde conatur, quod cum mythologica Pythagoreorum doctrina de numeris consentiant, veluti quam cubus octo angulos habens terra est, numerus autem octonarius Cybele appelletur, — verum quis obsecro sponderit, mythica haec numerorum cognomena apud antiquos et primitivos Pythagoricos jam obtinuisse neque demum a Nicomacho, ingenioso nimis nugatore, inventa esse?

perfectior dicitur] Lego *perfectio*. De enneade talia habes apud Phurnutum, ubi de Musis agit: ἐννέα δὲ εἶδι διὰ τὸ τετραγώνου ὡς φησὶ τις (Simonidem innuit ut puto) καὶ περιττουσ. (ita enim lego, non περιττον) προσήκοντασ ἀνταῖσ ἀποτελεῖν· τοιοῦτος γάρ ἐστὶν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμῶσ συνιδτάμενος κατὰ τὸ ἐφ' αὐτὸν γεννᾶσθαι, καὶ τὸ τοῦ πρώτου τῆσ τελειότητος κατὰ τινασ μετέχειν δοκοῦν ἀριθμοῦ, quae mire ad hujus auctoris expositionem faciunt. Gra. — Vide Galeum (opusc. p. 157). Sed Grotii correctio necessaria non est, ut ex nota sequenti apparebit.

perfecta] Inscite vulgo legitur ex triade perfecta forma. Dicere enim vult triplicatam triadem hunc terminum primi versus facere. Lego pro *perfecta* potius *ter facta*. BARTH. (ad Statii Theb. 4, 451). — Vulgatam retinui codicum omnium auctoritate firmatam. Nihil aliud vult Martianus, nisi *perfectiorem* esse debere, quae ex triade jam *perfecta* per multiplicationem sive collationem (v. §. 737) oriatur. Hinc *perfectissimus* dicitur LXXXI apud

tenet; et ideo Mars appellata, a quo finis omnium rerum. Quadratus quoque finis est eorum, quae per collationem augentur. Nam et harmoniae ultima pars est; ad enneadem enim ab octade collatio percussionis sonus efficitur. Non minus novem Musas dixere. In mundo etiam novem sunt zonae, id est sphaerae, et deorum septem, et terrae.

DE DECADE.

742

Decas vero ultra omnes habenda, quae omnes numeros diversae virtutis

Senecam (epist. 58), «quem novem novies multiplicata componunt.»

primi versus] Favonius Eulogius (ap. Barth. in Papia. Stat. T. II, p. 1090): «Inter coelum et terram novem intervalla ipse consideres licet, sic: quoniam *primi versus* absolutio novenario numero continetur; neque ipsa decimum circulum natura requirebat.» Adde haec Servii (ad georg. 4, 480): «quia qui altius de mundi ratione quaesiverunt, dicunt, intra novem hos mundi circulos inclusas esse virtutes» cet.

Mars] Forte *Mors*. Sed sane non facile alteram lectionem quis rejiciat, qui consideret Martis epitheta βροτολογός, μαιφόνος, αίμοφαρής et similia. Grot. — Non dubitare debebat de Marte tollendo et Morte restituendo doctissimus Grotius. Generalis enim Mors omnium, Mars aliquorum tantum intersector. Numeri autem ratio ad omnino omnes pertinet. BARTH. (ad Statii Theb. 4, 454; T. II, p. 1089. 1091). — Apud Nicomachum (in Photii bibl. p. 240 Koesch.) inter plurima alia Έρω-αλιον quoque cognomen έννεάδι tribuitur, quare nihil muto.

sonus efficitur] Macrobius (in somn. Scip. 2, 1): «Eporodous est numerus, qui intra se habet minorem et insuper ejus octavam partem, ut novem

ad octo — hic numerus sonum parit, quem tonon musici vocaverunt.» Vide et supra (§. 108).

id est sphaerae] Lege *id est sphaera*. Sphaera κατ' έξοχήν dicitur άπλανέων άστρων. Grot. — Ad sensum recte; sed inconsideratius correxit, quum sequantur alii genitivi *deorum* et *terrae*. Nec melius pro *deorum* codices Reichenauensis et Monacensis (A) praebent *deorsum*; planetas enim pro diis habitos esse quis ignorat? Ceterum zonas appellat noster, quae cunctae alias *sphaerae* dicuntur, ut apud Macrobius (in somn. Sc. 2, 4): «Ergo universi mundani corporis *sphaerae* novem sunt; prima illa stellifera, quae proprio nomine coelum dicitur et *aplanes* apud Graecos vocetur — subjectae septem quas *vagas* dicimus — nona *terra* sine motu.» Adde Appulejum (doctr. Plat. p. 205 Oudend.).

ultra omnes] Clemens Alexandrinus (strom. 6. p. 656): «ή δεκάς όμολογείται παντέλειος έν-ναι.» Sed de hoc numero omnino conferendi Ovidii (fast. 5, 121) hi versus:

«Annus erat, decimum quum Luna repleverat orbem.

Hic numerus magno tunc in honore fuit;
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,
Seu quia bis quino femina mense parit,
Seu quod adusque decem numero crescente ve-
nitur;

ac perfectionis intra se habet; quae licet primi versus finis sit, secundae monadis implet auxilium. Haec primi versus numerorum regulas, analogias, genera, species, differentias, perfectiones et imperfecta concludit, daturque Jano, quamvis eam plurimi apocatastasim memorarint.

Principium spatii sumitur inde novis.

Plures ejus praestantiae causas exponit Vitruvius (3, 1) et Philolaus (in Stob. ecl. 1, 2, 3; p. 8 Heer.), ad quem confer Boeckhium (p. 138. 146). *omnes numeros*] Decadem eos intra se habere dicit, vel quia denarius pro omni ponitur (Barth. advers. p. 2287 f), vel potius, quia decas omnes simplices ab I usque ad IX continet. Laurentius Lydus (in excerpt. 15, p. 16 Roeth.) *decas*, scribit, *plenus numerus est, unde et perfecta vocatur, quippe quae omnes reliquorum numerorum et rationum atque proportionum consonantiarumque ideas complectatur* cet. Et porro (de mensib. 2, p. 82): *Orbis omnis numeri et finis decas est: circum illum enim sese torquentes et convertentes quasi circum flexum currunt numeri.* Unde Porphyrius (in vita Pythag. p. 48 Kust.) *δεκάδα οἶον δεκάδα* dictam esse ait. Plura dabit Astius (ad Theologumena p. 199).

primi versus finis] Versus dicunt arithmetici ordines numerorum. Hoc ita capiendum, ut finis versus semper sit X. Nam XX duo versus sunt et ita deinceps; p. 13 Favonii Eulogii commentarioli in somnium Scipionis. BARTH. (advers. p. 222). — Adde Camerarium (ad Nicomachi arithm. p. 53).

secundae monadis] Hoc est, auxilio secundae monadis est, ad construendum alias: nam secunda monas non prima dicitur, sed undecima, itaque, licet prima sit alterius versus, e praecedentis tamen ultima habet auxilium. Favonius p. 15: *quia ut monas in primo versu, sic in secundo decas obtinet fundamentum.* BARTH. (advers. p. 222). —

Breviter, sed aperte Lydus (de mensib. 2, p. 82): *A monade usque ad decade solam si numeravimus atque substitimus, rursus ad ipsam monadem revertimur.* Adde Philoponum (ap. Tennul. p. 129 ad Jambl. arithm.) qui scribit: *Perfectus numerus est denarius, quippe omnem in se numerum comprehendit. Postquam enim ad denarium pervenerunt, ad eos numeros, qui sequuntur, rursus ad monadem recurrunt.*

Jano] Quippe *clavigero* (Ovid. fast. 1, 228), ut ipsa *κλειδοῦχος* appellabatur (Theologum. p. 60).

apocatastasim] Recte *δεκάς* dicitur *ἀποκατάστασις*. Est enim *ἀποκατάστασις* nihil ferme aliud quam in pristinam formam restitutio et restauratio ejus quod ante fuit, unde Gregorius de Baptismo: *καὶ ταῦτα οὐκ οὐδῆς δευτέρας γεννήσεως, οὐδὲ ἀναπλάσεως, οὐδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταβάσεως. Εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν* vocat in integrum restitutionem. Eodem modo Plutarchus alique complures circuitus siderum, quae anno suo vertente ad idem signum redeunt, *ἀποκαταβάσεις* dici proferunt. Sic etiam monas primo numeri versu terminato quasi reintegratur in decade. Supra quoque pentada *ἀποκαταβατικήν* dictam docuit, an *ἀποκαταβατικήν* voluerit dubitem sane, qua ratione nescio, nisi quod forte (ut ipse docet) dyas et trias numeri tum paris tum imparis principia, in quinario restarentur intercedente tetrade: semper enim ad *ἀποκατάστασιν* intervallum requiritur. GRÆC. — Vide nos supra (ad §. 736).

QUID SIT NUMERUS.

743 Dictum breviter, qui numerus primum versum facit, quos deorum
 contineat quasque virtutes; jam nunc quid ipse numerus sit, quasve inter
 se analogias servet et formas, breviter intimabo. Numerus est congregatio
 monadum, vel a monade veniens multitudo, atque in monadem desinens.
 Sunt autem numeri simplicis regulae quatuor: prima est, quae appellatur a
 paribus par, secunda a paribus impar, tertia ab imparibus par, quarta ab
 744 imparibus impar, quas inferius memorabo. Sunt etiam qui primi numeri
 appellantur, qui a nullo numero dividi possunt, nisi a monade tantum non
 dividi, sed componi videntur, ut puta septem, undecim, tredecim, septen-
 decim et cetera similia; nullus enim eos numerus dividere uno ordine potest,
 quapropter primi appellantur, quoniam a nullo numero exoriuntur nec aequis
 portionibus discernuntur. A semet igitur nati alios ex se creant numeros,
 quoniam ab imparibus paria fiunt, a paribus impar fieri nullo modo potest;
 745 ergo et primi numeri necessario habendi pulchrique. Sed omnes numeros

qui numerus] Codices Reichenauensis et Mo-
 nacenses (A. C) *quis*; non necesse (vide Beierum
 ad Cic. Lael. p. 36; Kritzius ad Sallust. Catil.
 p. 202; Waltherum ad Tac. ann. 1, 48).

numerus est] Sollemnis haec definitio est apud
 Pythagoreos et qui eorum vestigia sequuntur, ut
 Nicomachum (arithm. 1, 7), Butherum (apud Stob.
 ecl. phys. I, p. 12 Heer.), Aristoxenum (ibid. p. 16),
 inque primis Moderatum (ibid. p. 18), cujus ipsa
 verba noster expressisse videtur: ἐστὶ δὲ ἀριθμὸς
 ὡς τύπω εἰπεῖν δύσστημα μονάδων, ἧ προπο-
 διμὸς πλήθους ἀπὸ μονάδος ἀρχόμενος καὶ
 ἀναποδιμὸς εἰς μονάδα καταλήγων.

primi numeri] Cassiodorus (Op. p. 370 edit.
 Gen. 1665): «Qui numerus secundum se conside-
 ratur, putatur esse, qui e nullo numero dividi po-
 test, nisi a monade tantum, quum tamen componi

posse videatur: ut puta VII. XL XIII. XVII. et
 cetera. Quapropter ejusmodi numeri appellantur
primi, quoniam a nullo numero nascantur, nec ae-
 quis analogiis distinguantur. Qui vero numeri ab
 ejusmodi fluunt, et ab illis exoriuntur. Ab impa-
 ribus enim paria fiunt, nec a pari impar fieri potest.
 Haec ille: et facile perspicias eum nostramque,
 modo vera apud Cassiodorum lectio, eadem via pro-
 cedere. Sed differt Benedictina editio: in ea enim
 (p. 554 Garn.) idem locus sic legitur: «Primus et
 simplex numerus est, qui monadicam mensuram
 solam recipere potest, ut verbi gratia III, V, VII,
 XI, XIII, XVII et his similia.»

eos numerus] Posteriorem vocem vulgo omissam
 inserui e codice Reichenauensi; pariterque paulo post
 ex anterioribus editionibus restitui *numero*, quod apud
 Grotium nescio utrum consilio an casu exciderat.

primi versus: sub his regulis retractemus: monas quidem numerus non est; dyas par est; trias et ordine et virtute primus; tetras a paribus par; pentas primus; hexas a paribus impar et ab imparibus par, unde et perfectus nominatur; heptas primus; octas a paribus par; enneas ab imparibus impar; decas ab imparibus par. Sicut in primo versu ita et sequentibus hae regulae colliguntur. Primus igitur versus est a monade usque ad enneadem; secundus a decade usque ad nonaginta; tertius vero ab hecatontade usque ad nongentos; quartus, qui et ultimus, a mille usque ad novem millia, licet nonnulli Graeci et *μυριά* adjecissè videantur. Mihi vero solus numerus approbatur, qui 746 digitis coërectur; alias quaedam brachiorum contorta saltatio fit, ut numeros germanae praecedentis formis ac lineis concinnamus. Nam mihi in primo versu monas, illi in signo principium, quod non habet partes; in secundo versu a decem numeri velut linea distenduntur; in tertio versu quadrati ex centum reliquisque fiunt, quae velut latitudo primae longitudini sociatur; in quarto versu jam cubi sunt, ideo ex mille reliquisque soliditas. Finis

monas quidem] Idem apud Jamblichum legitur (ad Nicom. arithm. p. 18 Tenn.): *καὶ τὸ θανμα-
διώτατον καὶ μονάδος ἴδιον καὶ θυμβιβαστι-
κὸν τοῦ μήπω ἀριθμὸν αὐτὴν εἶναι κ. τ. λ.* Quippe *ἀρχὴ ἀριθμοῦ* habebatur (vide Aristoxenum apud Stob. ecl. p. 16). Adde Macrobius (in somn. Scip. 1, 6): «Unum autem, quod *μονὰς* id est unitas dicitur, et mas idem et femina est, par idem atque impar; ipse non numerus, sed fons et origo numerorum.»

digitis] Non decem primi tantum, ut aliquis opinari possit, sed omnes potius numeri a monade inde usque ad novem millia digitis coercentur; quod quo pacto fiat, e libris hac de re scriptis et tabulis aere incisis, a me alibi (pal. crit. III, §. 230) laudatis, disci potest. E quibus praesertim conferas velim Bedam (de indigitat. in Oper. I, p. 132) ad-dasque superiorem notam (ad §. 102).

brachiorum] Decem enim millia jam non digitis solis indicari possunt, sed alia quadam corporis parte opus esse ad hunc et sequentes numeros exprimendos Noviomagus (ad Bedae op. I, p. 133) docuit. *Sallationem* autem non pedum modo esse sed omnem quam nos dicimus *gesticulationem* significare notum est (vide Boettigerum in Sabina I, p. 517).

numeros] In MS. fuit *numeris*: recte, si pro *concinuamus* legas *concinamus*. GROT.— Martianus ipse hic aliquid turbasse videtur; quos enim ait numeros lineares, quadratos, et cubicos, cum denariis, centenariis et millenariis nihil commune habent. Ceterum confer ipsum supra (§. 707).

distenduntur] Ita in codicibus Monacensibus (A. C), Reichenauensi, ac Darmstattenensi: male in editis *discinduntur*, quod ad lineae proprietatem minus bene convenit.

ergo vel limites mihi sunt monas, decas, hecatontas, et mille; geometriae vero nota, linea, figura, soliditas. Nam monas ita individua est, ut nota; decas vero in numeris, ut linea longitudinis solius; hecatontas quadratus, qui est superficies, et in latitudinem longitudinemve dividitur. Item decas per
 747 decas fit centum quadratus; hoc per decem fit cubus mille. Omnis impar progressus a monade per singulas positiones necessario quadratos efficit. Prima ipsa monas; adde triadem, facit quatuor, primum quadratum; associas quinque, fecisti secundum quadratum novem; junges septem, implesti quadratum sedecim; adjicis item nonas ad sedecim, et perficis quadratum viginti quinque. Eodem modo progreditur ratio usque in infinitum. Sed ad superius divisa regrediar. Omnem numerum aut parem, aut imparem esse, aut utroque finiri certum est; quidquid numero adjiciatur finito, finitum adjici; neque ex finitis finitum fieri posse.

DE PARI ET IMPARI EX IISQUE COMPOSITIS.

748 Omnis vero numerus aut par aut impar est. Par est, qui in duas

latitudinem] Adde ex MS. *longitudinemve*. GROT. — Sic etiam Reichenauensis, unde recepi, quamquam jam ante Grotium in editis erat *et in longitudinem*. Cassiodorus (Op. p. 553 Garn.): «*Superficialis numerus est, qui non solum longitudine, sed et latitudine continetur, ut trigonus numerus, quadratus numerus, quinqueangulus numerus, circularis numerus, et ceteri, qui semper in superficie continentur.*»

decas per decas] MS. «*id est decus per decus.*» Forte *decussis per decussim* vel *decas per decem*. GROT. — Hic quoque librarii numerorum notas intellexisse non videntur; sed contra codices nihil mutò.

associas] MS. *associatis*. GROT. — Male! Dicitur est pro *si associas*, ut apud Auctorem ad Herennium (3, 14): «*strenue aliquid volumus osten-*

dere factum, celeriuscule dicemus», et saepissime apud oratores et philosophos Graecos (vide Schaeferum ad Lamb. Bosium de ellips. p. 738, et ad Demosth. T. II, p. 551). Ceterum spectant haec doctrinam Pythagoricam de gnomonibus, de qua erudite, ut solet, Boeckhius (in Philolao p. 142 sequ.).

junge] MS. *adjungas*. Forte *adjungis*, ut conveniat cum eo quod sequitur *adjicis*. GROT.

nonas] Lege *novem*, ut supra *decem* pro *decas*. GROT.

ad sedecim] Haec verba negligenter in editis ommissa supplevi e Darmstattensi codice.

certum est] Ommissa haec in editis supplevi e codicibus Monacensibus (A. C.).

de pari et impari] Haec omnia nota; qui plura cupiat, adcat Theonem Smyrnaeum (arithm. 3, p. 29),

aequas partes dividitur, ut duo, quatuor, sex; impar, qui in duas aequas partes dividi non potest, ut tria, quinque, septem. Deinde ex imparibus quidam ex imparibus tantum impares sunt, ut tria, quinque, septem; quidam etiam multitudine constant, ut novem, quindecim, viginti unus, quos περιβάσις περιβόους Graeci appellant. At in his, qui pares sunt, plura discrimina sunt; at pares sunt, et dividi possunt. Ceteri vel ex paribus pares, vel ex paribus impares, vel ex imparibus pares; et illos Graeci ἀρτίαις ἀρτίους, vel περιβάσις ἀρτίους, vel ἀρτίαις περιβόους nominant. Pares ex paribus 749 sunt quatuor, quia ex his binis, octo, quia ex his quaternis constant. Pares ex imparibus sunt, qui pares impari multiplicatione fiunt, ut his terni sex, aut quinquies quaterni viginti, quod genus Graeci περιβάσις ἀρτίους vocant; et hi qui imparem numerorum multitudinem pari multiplicatione consummant, ut quum bis ter in sex, et quater quinque viginti fiunt, quod genus ἀρτίαις περιβόον Graeci vocant; qui numeri quamvis idem sunt, rationes tamen in crescendo diversas recipiunt. Atque ex his ipsis quidam in duas partes divisi protinus in pares numeros recidunt, quidam semel saepiusve per pares replicati citra singularitatem in impares resolvuntur; nam duodecim et viginti semel per pares dividi possunt, at quadraginta octo nimirum bis videnos quaternos, inde bis duodenos, deinde bis senos omnes adhuc pares efficiunt, novissime in ternos impares decidunt. Itaque nemo longius procedere simili multiplicatione potest, quin ut duplicatione revoluta adscenditur, sic per replicationes item in plures partes digeritur. Nam viginti et bis dena sunt, et quinquies quaterna, et decies una, et quater quina.

DE QUATUOR SPECIEBUS NUMERORUM.

Quatuor deinde species numeros excipiunt. Quidam enim sunt per 750

Nicomachum (arithm. 1, 7—10), Jamblichum (ad Nieom. p. 41 Tennul.), Cassiodorum (de arithm. in op. p. 554 Garn.) cet.

ex imparibus] Codices Reichenauensis, Darmstat-

tensis, et Monacenses (A. C) ex impari, male; ut etiam in sequentibus περιβάσις pro περιβάσις.

bis senos] Inserui bis ex Monacensibus moxque quinquies dedi pro quinque ex Darmstattenaj.

se incompositi, quidam per se compositi, quidam inter se incompositi, quidam inter se compositi; ex quibus duo priores primi numeri, duo sequentes secundi nominantur. Sed ea res quo facilius addisci possit, planius indicanda est. Prima et minima omnis numeri mensura singularitas est, quia nullus numerus non in singula dividi potest; deinde cum etiam aliae mensurae excipiunt, ut duplicationes, quae duplo, triplicationes, quae triplo increscunt. Quum hoc ita sit, quibusdam numeris in singularitate sola mensura est, qui nisi in singula digeri non possunt, quales tres sunt tres; quidam tantum in pares, quidam in impares, ut sunt quatuor et novem; nam bis bina quatuor, ter terna novem sunt; ita illa duplicatione, haec triplicatione metimur. Ac saepe non una quidem talis mensura numeros habet, sed plures, siquidem octo metiri et quadruplicatione et duplicatione facile est, quum et quater bina et bis quaterna octo sint; itemque evidens est, quidquid aliqua multiplicatione metimur, metiri nos etiam singularitate posse; sed non ubicunque singularitatis mensura est, esse alicujus etiam multiplicationis. Ita singularitas omnibus
751 mensura communis, quibusdam unica est. Et quum hoc ita sit, per se incompositi numeri dicuntur, qui nullam mensuram habent, nisi singularitatis; per se vero compositi, quos metiri non tantum singularitate, sed alia quoque multiplicatione licet; et haec quidem singulorum numerorum aestimatio est.

quatuor deinde species] Theo Smyrnaeus (de arithmet. 6, p. 31. 32): τῶν δὲ ἀριθμῶν οἱ μὲν πρῶτοι καλοῦνται ἀπλῶς καὶ ἀβύνθετοι, οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους πρῶτοι καὶ οὐχ ἀπλῶς· οἱ δὲ βύνθετοι ἀπλῶς, οἱ δὲ πρὸς αὐτοὺς βύνθετοι· πρῶτοι μὲν ἀπλῶς καὶ ἀβύνθετοι οἱ ἐπὶ μηδενὸς μὲν ἀριθμοῦ, ἐπὶ δὲ μόνῃς δὲ μονάδος μετρούμενοι κ. τ. λ. Adde Nicomachum (arithm. 1, 11), Jamblichum (ad Nicom. p. 36 Tennul.) et Boëthium (arithm. 1, 14).

quidam tantum] Correxī locum quem corruptissime vulgo edi jam Grotius vidit, e codicibus Monacensibus (A. C); vulgo enim ita sonabat:

• quaedam tantum impares, quaedam in impare 6. • Ex iisdem in sequentibus quoque inserui non et sed, quum vulgo ita legeretur: »ac saepe una quidem talis mensura numeros habet plures, moxque scripsi itemque pro inter quae, in utroque adstipulante etiam Darmstattensi et in superiore Reichenauensi codice.

multiplicatione licet] Mutavi non modo interpunctionem, quam Grotius quoque vulgo vitiosam esse intellexit, qua licet cum sequentibus et haec quidem jungebatur; sed etiam lectionem, quae ex ipsa illa distinctione corruptionem traxerat, ut sit legeretur pro est, quod codices Reichenau-

Bini vero pluresve juncti inter se incompositi esse dicuntur, qui nullam communem mensuram nisi singularitatis habent, ut tres et quatuor; neque enim interest an quatuor dupli mensuram habeant, quum eadem illa in tribus non sit; at inter se compositi sunt, quibus alia quoque quam singularitatis mensura communis est, ut novem et duodecim, quorum utrumque licet triplicatione metiri, quum ter terna novem, ter quaterna duodecim fiant. Quum 752 vero alii numeri in singula tantum, alii etiam in aliquos solidos numeros dividantur, ut re ipsa discreti sunt, siq etiam in vocabulis discernam, ne qua indiligentibus confusio oriatur, et cujusque numeri membra nominabo solidos numeros, in quos is deduci poterit, ut in duodecim fiunt; at singula, et si qui etiam solidi numeri iumixti singulis inserentur, partes appellabo, ut in septem, vel totidem singula, vel etiam bis terna singulo adjecto.

DE NUMERIS PERFECTIS ET IMPERFECTIS ET PLUS- QUAMPERFECTIS.

Ex numeris quidam perfecti sunt, quidam ampliores perfectis, quidam 753 imperfecti; *τελειους* et *ὑπερτελειους* et *ὑποτελειους* Graeci appellant. Perfecti sunt qui partibus suis pares sunt; ampliores perfectis, qui plus in partibus suis quam in se ipsis habent; imperfecti, in quorum partibus minus quam in

ensis, Darmstattensis, et Monacenses (A. C) prae-
buerunt.

neque enim interest an quatuor] Haec verba
apud Grotium per incuriam ommissa restitui.

in vocabulis] Praepositionem in editis omissam
supplevi e Darmstattensi codice; et paulo post re-
posui e Reichenauensi *indiligentibus* pro *inde le-*
gentibus, cui jam Grotius in margine alteram le-
ctionem adscripserat.

solidos numeros] Alibi *cubici* ita appellantur,
ut apud Cassiodorum (p. 555 Garn.); sed hic *frac-*
tis opponi videntur.

deduci] Malim *diduci*, ut in lib. I pro *deditum*
est *deditum*. GROTI.

at singula] Codex Monacensis (A) *ad*, sollemni
confusione. Sensus est, *partes* appellari, unde per
additionem numerus aliquis ortus sit, *solidos*, unde
per *multiplicationem*.

de numeris perfectis] Haec quoque doctrina
communis est arithmeticis antiquis, Euclidi (7, 22),
Theoni Smyrnaeo (32, p. 70), Nicomacho (1, 14),
Jamblicho (ad Nicom. p. 40), Cassiodoro, Boethio,
reliquis. De senario vide nostrum supra (§. 736.
745).

ipsis est. Exempli causa sumamus sex. Hi et in singula dividi possunt et in bina et in terna, quum et sexies singula, et ter bina, et bis terna fiant sex. Ergo partes ejus sunt unum, duo, tria. Nunc in unum eae conferantur, fiunt sex. Hoc est esse parem partibus suis, et hoc numeri genus in aliqua virtute est; cetera in vitio, vel ex superante, vel ex deficiente. Ut puta sumamus duodecim. Et duodecies singula, et sexies bina, et quater terna, et ter quaterna, et bis sena duodecim sunt; itaque ejus partes sunt unum, duo, tria, quatuor, sex, quae junctae in unum sedecim efficiunt. Hic amplior perfectio numerus est. At sedecim fiunt junctis singulis sedecies, octonis bis, binis octies, quater quaternis; neque pariter has si facias ulla ejus numeri mensura est; collati autem in unum unus, duo, quatuor, octo non ultra faciunt quam quindecim, minus eo, ex quo orti sunt. Hic imperfectus numerus est.

DE PLANIS ET SOLIDIS NUMERIS.

754 Alii etiam plani numeri sunt, alii crassitudinem quoque in se habent. Planum numerum esse Graeci dicunt, qui a duobus numeris continetur. Id ejusmodi est: in ratione mensurarum tantum, de norma contineri, quantum a toto quadrangulo, cujus pars in ea norma sit, existimant. Item ad numeros planos referuntur, qui in duo latera ordinantur, sic ut rectum angulum

eae conferantur] Haec pro *haec conferuntur*, et mox *fiunt* pro *fiant* in editis, e codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensibus (A. C) restitui.

ex superante] Sic codex Reichenauensis; in editis *exuperante* erat. Monacenses (A. C) *exuberante*, quam lectionem jam Grotius in margine notavit, confusione simili qualem apud Persium (3, 89) invenimus.

et quater terna] Omissa haec in editis supplevi e codicibus Monacensibus (A. C), Reichenauensi, et Darmstattensi.

pariter has] Legendum esse *praeter has* Ince

clarius est, sed vel aperta menda in vitis codicibus corrigere non sustineo.

a duobus numeris] Theo Smyrnaeus (arithmet. 7, p. 54): τῶν δὲ συνθέτων τοὺς μὲν ὑπὸ δύο ἀριθμῶν περιεχομένους καλοῦσθαι ἐπιπέδους, ὡς κατὰ δύο διαστάσεις θεωρουμένους καὶ οἶον ὑπὸ μήκους καὶ πλάτους περιεχομένους· τοὺς δὲ ὑπὸ τριῶν στερεοῦς, ὡς καὶ τὴν τρίτην διάστασιν προσειληφότας· περιοχὴν δὲ καλοῦσθαι ἀριθμῶν τὸν δι' ἀλλήλων αὐτὸν πολυπλασιασμένον.

planos] Ita Reichenauensis, Darmstattensis et Monacensis (A). Perperam in editis *plani*.

faciant et normae similitudinem repraesentent. Igitur si in alterum latus quatuor, in alterum tria porriguntur, hi duo numeri lege eorum duodecim capiunt, planumque eum numerum nominant. At crassitudinem ajunt a tribus numeris. Sint in alterum puta latus quatuor, in alterum tria, supra deinde quatuor adjiciuntur. His numeris altitudinem quoque super inferiorem normam impleri dicunt, includique viginti quatuor. In quibus obscuritate ex supervacuo quaesita evidentissimum est planum esse numerum sic singulis junctis, ne quid super alterum sit, crassitudinem fieri numeris super numerum impositis. Ipsa 753 autem planities varias formas habet, numeris ad similitudinem aliquarum figurarum ordinatis; quae incipiunt a linea, tum vel triangulae fiunt, atque cae, quae quatuor angulos habent, vel quadratae sunt, vel altera parte longiores, quas *ἑτερομήκεις* Graeci appellant; praeterea plures quoque anguli possunt interdum et inaequalia numeri latera esse; et quum deinde crassitudinem insurgat, figurasque plures efficiat, tessera perfectissima esse inter eas videtur. Est autem triangulus in paucissimis tribus, quadratum in paucissimis quatuor; id autem quod imparia latera habet, in paucissimis quinque, altera parte longius quadrangulum in paucissimis sex; crassitudo item, quae tessera, in paucissimis octo. Nam duo simplicem ordinem faciunt; tres sic componi possunt, ut totidem angulos habeant; quatuor in quadrum positi in omnem partem binos habent; quinque sic colligantur, ut in altero latere duo, in altero

at crassitudinem] Variantem lectionem in margine Grotius notavit: «ad crassitudinem junctam tres numeri sint: in alterum» etc., sed vulgata recte se habet.

ex supervacuo] Pro *et supervacuo* in editis reposui e codice Monacensi (C).

quae incipiunt] Male in editis sic: «quae incipiunt. Aliae etiam vel triangulae fiunt»; quae correxi e margine Grotiana, codicibus Monacensi (C) et Darmstattensi adstipulantibus. Boëthius: «Nunc autem nobis de his numeris sermo futurus est, qui circa figuras geometricas et earum spatia dimensionesque versantur, id est de linearibus et

de triangularibus vel quadratis ceterisque, quos sola pandit plana dimensio.» Adde Nicomachum (arithmet. 2, 6).

ἑτερομήκεις] Ita codices Monacensis (A) et Reichenauensis pro corrupto in editis *ἑπαρομήκεις*. Rectius supra (§. 712). De hoc numerorum genere vide Theonem (13, p. 39) et Nicomachum (2, 17) eum nota Astii (p. 295).

deinde crassitudinem] *Lege in crassitudinem.* Grot.— Ne corrigas! Afros verbum *insurgere* cum quarto casu sine praepositione usurpasse testis est Appulejus (met. 1; p. 17 Oudend.).

tres sint; sex quadrangulum faciunt, quod in duobus lateribus binos, in duobus ternos habet; ac si quatuor ponuntur, et crassitudo oritur, et paria omnia latera in planitiem atque altitudinem sunt, binis in omnem partem
 756 ordinatis. Simile autem plani numeri sunt, quorum latera eandem rationem habent, ut sex et sexcenta, quum illis in altero latere duo et in altero tria, his in altero ducenta, in altero latere trecenta sint; eodemque modo similes etiam in crassitudine numeri sunt, quorum latera sub eadem ratione sunt, ut viginti quatuor et nonaginta sex. Nam ut in illis alterum latus quatuor, alterum tria habet, quo fit, ut planities duodecim, crassitudo viginti quatuor capiat; sic in his alterum latus octo, alterum sex recipiat, quo fit, ut planities quadraginta octo, crassitudo nonaginta sex comprehendat. Quod est autem inter duo et tria, hoc inter ducenta et trecenta; ratio quae est inter tria et quatuor, haec est inter sex et octo. Manifestum erit simulatque rationes, quae inter numeros sunt, subjecero. Omnis enim numerus pars est alicui numero majori.

QUO MODO FIAT MAJOR MINORI NUMERUS.

757 Major aut multiplicatione procedit, aut ratione membrorum aut partium, aut simul et multiplicatione et ratione membrorum vel partium. Ratio membrorum in uno membro pluribusve, ratio partium in una parte pluribusve est; minor vero numerus aut replicatione minuitur, aut ratione membrorum vel partium; interdum etiam simul replicatione et ratione aut membrorum

colligantur] Sic codices Darmstattensis et Reichenauensis pro *colliguntur* in editis.

in altero] Sic codices Darmstattensis et Monacenses (A. C). In editis erat *altero in latere*. Ceterum insignem Martiani errorem, quo sexcenta ex ducentis et trecentis per multiplicationem effici putavit, periti ipsi animadvertent.

sic in his] Ita codices Monacenses (A. C), Grotianus, et Darmstattensis, pro *sed* in editis.

quadraginta octo] Sic codices mei omnes recte; apud Grotium erat 47.

subjecero] Pro *subjacere* in editis codices Monacenses (A. C), Reichenauensis, et Darmstattensis.

major minori] Vide ne legendum sit *major minorve*. Sed horum titulorum auctoritas omnino valde ambigua est.

membrorum aut partium] Vide infra (§. 759). Prius pertinet ad *superparticulares*, qui dicuntur, posterius ad *superpartientes*. »Majoris vero inaequalitatis«, inquit Boëthius (1, 22), »quinque partes sunt; est enim una, quae vocatur *multiplex*, alia *superparticularis*, tertia *superpartiens*, quarta *mul-*

aut partium; neque ulla ratio numeri ad numerum, quae non intra haec est. Graeci multiplicatos numeros *πολλαπλασίους*, replicatos *ὑποπολλαπλασίους*, membro membrisque antecedentibus *ἐπιμερίους* appellant, binis deinde nominibus utuntur in his, in quibus binae rationes sunt. Quum hoc ita sit, numerus 758
 comparem rationem habet aequalitatis, quam *ἰσότης* Graeci vocant, ut duo ad duos, tres ad tres, quae ratio etiam perfecto numero ad suas partes est, ideoque is numerus potior ceteris habetur; quid enim aequo esse melius potest? At ubi alter numerus maior, alter minor est, protinus inter eos distantia est, quod in omnibus fit, qui ratione membrorum vel partium aut antecedunt aut anteceduntur; ideoque hi numeri pejores sunt, inter quos partesque eorum aliquid discrimen est. Sed ut distantia inter duos numeros majorem minoremque eadem est, sic ratio inter eosdem contraria est; tantundem enim distat inter tria et quatuor, quantum inter quatuor et tria, at ratio inter hos ipsos diversa est; eaque quae sit, infra patebit.

DE MULTIPLICI VEL SUBMULTIPLICI NUMERO, ET DE RATIONE NUMERORUM VEL PARTIUM.

Quum posuerim vero, primas in multiplicatione rationes esse, multi- 759

tiplez superparticularis, quinta *multiplex superpartiens*. Adde Cassiodorum (opusc. p. 555 Garn.), Graccosque fontes Nicomachum (inst. arithm. 1, 17) et Jamblichum (ad Nicom. p. 50 sequ.).

ὑποπολλαπλασίους] Restitui quod jam Grotius scribendum intellexerat; vulgo *ὑποπλασίους*.

anteceidentibus ἐπιμερίους] Ex varianti scriptura et iuvante ex parte MS. lego et supplē: membro membrisque antecedentes *ἐπιμερέους*, membro membrisque inferiores *ὑπομερίους* appellant. Grot. — Locum corruptum esse apparet; Grotii tamen emendatione nihil profecto lucratur, quae nec linguae Graecae neque loquendi usui convenit. Graece enim superparticulares *ἐπιμορίους*, superpartientes

ἐπιμερείς appellari satis constat (cfr. Astium ad Nicomach. p. 248 et Boeckhium in Creuzeri stud. T. III, p. 50), minores autem membrorum partiumve ratione *ὑπεπιμερείς* et *ὑπεπιμόριοι* dicantur. Satis igitur duxi vulgatam quamvis mendosam intactam relinquere.

perfecto numero] Perfectus enim numerus appellatur; qui suis ipse partibus aequalis est, ut senarius (vide supra §. 756. 755). Veterum testimonia larga manu congegit Lindembrogius (ad Censorin. de die natali c. 11).

pejores] Sic scripsi e codicibus Grotiano meisque; vulgo absurde *priores*.

ratione numerorum] Legendum esse *membrorum*

plicationis ratio est senioni ad ternionem, octonario numero ad quaternarium; contra replicationis ternioni ad senionem, quaternario numero ad octonarium. Membrorum vero ratione vincit is numerus, qui solido membro membrisve antecedit, qualis est novenarius ad senarium; ternione enim vincit, quae eadem bis in senario numero invenitur; contraque membrorum ratione vincitur senarius a novenario. At partium ratione vincit, qui in se et ipsum minorem numerum habet et aliquam partem ejus partesve, ut si septem cum quatuor conferantur; siquidem in septenario numero et quatuor sunt et horum tres partes; contra ergo partium ratione vincuntur quatuor a septem. At idem numerus et multiplicatione et membrorum ratione antecedit, ut puta si octo junguntur et tria; nam octo et bis terna habent, et praeterea membrum in duobus. Et multiplicatione vero et partium ratione vincunt quinque, si conferantur cum duobus; nam in quinque bis bina sunt et praeterea duorum pars una. Contra in his ipsis numeris minores a majoribus simul et repli-

760 catione vincuntur et aut membrorum ratione aut partium. Sed ut generalium inter numeros haec sunt, sic species in singulis plures. Nam ut ad multiplicationem primum replicationemque veniamus, inter hos aut dupli ratio est aut tripli aut quadrupli, ac procedere quoque ultra multiplicatio potest, per eosdemque rursus gradus idem numerus replicatur. Ergo rationem habent duplo majorem duo ad unum, quatuor ad duo, octo ad quatuor; duplo minorem unus ad duos, duo ad quatuor, quatuor ad octo. Item triplo majorem tres ad unum, novem ad tres; triplo minorem unus ad tres, tres ad novem; quadruplo majorem quatuor ad unum, sedecim ad quatuor; qua-

ex ipso contextu patet; sed ne in titulis quidem codicum auctoritatem deserere volui.

posuerim] Alios *proposuerim* legere Grotius margini adscripsit.

bis] In editis erat *vis e simili* literarum **B** et **V** pronuntiatione (§. 25. 582. 608). Melius codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis, quos secutus sum.

senario] Pro *senarii* in editis reposui codicum Darmstattensium et Monacensis (C) auctoritate.

tres partes] Lego: «et horum partes tres.» Grot. — Necessaria quidem haec correctio non est.

in his ipsis] Praepositionem vulgo omissam ex codicibus meis supplēvi.

quatuor ad octo] Sic priores editiones; mire Grotius *septem*, licet *octo* scribendum esse intellexerit.

druplo minorem unum ad quatuor, quatuor ad sedecim; eademque in ulterioribus multiplicationibus et incrementi et diminutionis ratio est.

DE SUPERPARTICULARI.

At ubi inter majores minoresque numeros ratio membrorum est, major aut superdimidio vincit, quem *ἡμιόλιον*, aut supertertio, quem *ἐπιτρίτον*, aut superquarto, quem *ἐπιτέταρτον* Graeci vocant, et sic ad superquintum, supersextum, posterioresque ratio procedit. Superdimidius est, qui ipsum aliquem numerum et dimidium ejus habet, supertertius, qui ipsum aliquem et tertiam ejus, superquartus, qui ipsum aliquem et quartam ejus; eademque in ulterioribus ratio est; contra ex iisdem numeris minor majori aut subdimidius est, quem *ὑφημιόλιον*, aut subtertius, quem *ὑπότρίτον*, aut subquartus quem *ὑποτέταρτον* Graeci appellant. Superdimidii rationem habent tria ad duo, trecenta ad ducenta, quorum supra facta est mentio; contra subdimidii duo ad tria, ducenta ad trecenta; at supertertii quatuor ad tria, octo ad sex, qui ipsi quoque supra positi sunt; subtertii tria ad quatuor, sex ad octo; superquartii quinque ad quatuor, decem ad octo; subquartii quatuor ad quinque, octo ad decem.

DE SUPERPARTIENTE.

Partium vero ratio proxima in quibusdam numero supertertio est, in quibusdam superquarto, idque procedere ultra potest. Supertertio similis est, ubi major numerus minorem ipsum et aliquas ejus tertias partes comprehendit; superquarto, ubi et illum ipsum et quartas ejus. Sumamus quinque ad tria et decem ad sex. Antecedit quinarius ternionem, quod et illam ipsam et ejus duas tertias habet; item in decade sunt et sex et de sex duae tertiae. At

ἡμιόλιον] Legendum putem *ἑφημιόλιον*, idque verum esse ipsa vox *superdimidii* ostendit. Gronov. — Puerilis haec annotatio, cujus ipsum Grotium certo postea pudit.

subtertius] E codicibus Reichenauensi, Darmstatiensi, et Monacensi (C) pro *supertertius* in editis. item in decade] MS. et alii *decus*. Forte in *decussis*. Ita enim saepe Capella. Decussis autem

proxima superquarto ratio est inter septem et quatuor, inter quatuordecim et octo. In septem et ipsa quatuor sunt et ejus tres quartae. Atque ut ea ratione, quae supertertia et superquartae proxima est, majores in his numeris vincunt, sic ratione proxima subtertia et subquartae minores cum majoribus habent. Illo neminem decipi convenit, ut aliquam partium rationem superdimidia similem putet. Nam si numerus aliquis numerum aliquem et dimidium ejus habet, superdimidius est; si numerum aliquem et ejus duo dimidia habet, pars est. Nam ut duae quidem tertiae rationem supertertio proximam habent, sic duae quartae rationem superquarto proximam recipiunt. Nam si quis ipsum et ejus duas quartas habet, superdimidius ejus est; ut si sint sex ad quatuor: in sex enim et quatuor sunt et ejus duae quartae; contra vero, ut ea ratione, quae supertertia et superquartae proxima est, majores in his numeri vincunt, sic rationem proximam subtertia et subquartae minores cum majoribus habent; eademque ratio procedit, sicut superquintae ulterioribusve similis est.

DE MULTIPLICI SUPERPARTICULARI ET SUPERPARTIENTI.

763 Hinc rursus plura discrimina oriuntur, siquidem unus numerus potest duplo generari aut superdimidio aut supertertio aut superquarto ulterioribusve et multiplicationum et membrorum rationibus. Ponamus quatuor et decem. Ex his decem duplo et superdimidio aucti sunt. Nani his quaterna octo sunt, deinde dimidium quatuor est in duobus. Apponamus quatuor et quatuordecim; ex his quatuordecim triplo et superdimidio aucti sunt; nam ter quaterna duodecim sunt; deinde dimidium quatuor est in duobus. Progrediamur ultra usque quatuor et duodeviginti. Ex his duodeviginti quadruplo et superdimidio increverunt; nam quater quaterni sedecim sunt, deinde dimidium quatuor

et similia esse *ἄπρωτα* ipse in grammatica docuit.
GROT. — Praestat vulgata.

numeris vincunt] Ita margo Grotiana codices-

que Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacenses
(A. C) pro *numerum* in editis. Praestaret tamen *numeri*, quod infra in eadem phrasi legitur.

sunt in duobus. At si sint tria et septem, ex his septem duplo aucti sunt et supertertio; nam his terna sex sunt, deinde pars tertia trium est in uno. Sint tria et decem; ex his decem triplo increverunt et supertertio; nam ter terna novem sunt, et deinde pars tertia trium est in uno. Ponantur tria et tredecim; ex his tredecim quadruplo aucti sunt et supertertio; nam ter quaterna duodecim sunt; deinde pars tertia trium est in uno. Accipiamus nunc quatuor et novem; ex his novem et duplo plus habent et superquarto; nam his quaterna octo sunt; deinde quarta pars est in uno. Quatuor vero et tredecim tripli et superquarti ratio est. Item quatuor et septendecim quadrupli et superquarti ratio est; idemque in ulterioribus numeris fit, perindeque numeri minores ex his et replicationes alicujus et subdimidii vel subtertii vel subquarti vel alicujus ulterioris rationis cum majoribus habent. Ut apparere 764 autem ex his potuit, multiplicatio a minima ratione incepit et subinde ad majores majoresque transit ratio; membrorum vel partium replicatio a maxima ratione incipit, et subinde ad minores minoresque transit. Major ratio dicitur quae plus, minor quae minus adjicit; ergo major ratio tripli quam dupli, major quadrupli quam tripli est; contra minor dupli quam tripli, minor tripli quam quadrupli est. Incipit igitur multiplicatio a duplo; inde ad triplum, 765 ad quadruplum, semperque ad majores rationes transit; at ratio membrorum incipit a superdimidio, deinde supertertium, superquartum, semperque ad minus et minus pervenit. Quae omnes rationes inter duos [inter rationem membrorum et partium, vel inter duos numeros] fines sunt ita: numeri sunt, utputa dupli ratio est inter duo et unum, tripli inter tria et unum, quadrupli inter quatuor et unum; et sub iisdem nominum rationibus* fines minimi

perindeque] Pro *per quae* in editis e Grotiano codice reposui.

quae omnes rationes] Corruptus locus, cujus menda omnia tollere non ausim; illud tamen patet, sermonem esse de binis ὄροις sive finibus, quibus omnes numerorum rationes includuntur, ut ratio ses-

quialtera (2:3) binario et ternario, supertertia (3:4) ternario et quaternario, et sic porro; quare illud certe mihi indulsi, ut novem verba, quae et sensum turbant, et a codicibus Monacensibus (A. C) et Darmstattensi prorsus absunt, uncis secluderem, interpolationemque, quae vulgo ante *ita* erat, transponerem.

suaque comparatione multo minores, vel sub duplo quam duo et unum, vel sub triplo quam tria et unum, vel sub quadruplo quam quatuor et unum possunt; super hos deinde quantumlibet iisdem rationibus solius fines his numeris augentur. Ideoque eas fines, quae minime eunt, Pythagoricus Thermacides nominat, quod ut vas super suum fundum sic numeri rationis
 766 ejusdem super istos adjunguntur. Idemque etiam ratione membrorum; minimi enim fines sunt superdimidii inter duos et tres, supertertii inter tres et quatuor, superquarti inter quatuor et quinque, tum deinde sub iisdem rationibus numeri complentur. Neque alia conditio est, quae ipsa incipit a tertia parte, sicut membrorum ratio de media, deinde primum minimas fines comprehendit,
 767 tum ad majores transit. Ex his autem verisimile est primam multiplicationem esse inventam, deinde rationem membrorum, tum partium. Neque enim difficultas ad duplum, deinde ad triplum et quadruplum apparuit; tum ex duplo superdimidii facta conditio, ex triplo supertertii, ex quadruplo superquarti est, idemque in ulterioribus incidit. Nam qui duplum videbat, hoc ipso coepit intelligere dimidium; quia ut duplum quatuor duorum sunt, sic dimidium quartae rationis duo; ut igitur duobus adjiciendo quatuor fecit, sic rursus quaternioni duos adjiciendo fecit superdimidium, utque ex duobus

Thermacides] Hunc neque Fabricius in catalogo Pythagoricorum numerat neque aliunde notum habemus, unde corruptelae suscipio, quae toti loco inhaeret, etiam magis augetur. In codicibus nihil subsidii est, quodque alios legere margini adscriptum est *ideas* pro *ideoque* eas, a tota sententia prorsus abhorret. Ceterum si conjectura uti liceret, locum ita fere refingi posse arbitramur: «eos fines qui minimi sunt, *πυθμένας* nominant», quod etiamsi ipsa scriptoris verba non restituat, ad sensum tamen proxime accedit. Illud enim luce clarius est, Martianum loqui de rationibus illis primariis, quae Graece *πυθμένες*, quasi *fundamenta* vel *radices* appellabantur (Theo Smyrn. de mus. p. 115), quo

reliquas omnes per replicationem redire constat; ut verbi causa ratio binarii numeri ad ternarium radix est omnium numerorum, qui ratione sesqui-altera conjunguntur; quod qui recte intellexit, non opinor dubitabit, quin vocabulum *πυθμήν* aliquo modo apud nostrum restituendam sit. Eodem utuntur Plato (R. P. 8, p. 546), Nicomachus (inst. arith. 2, 19), alii; cfr. et Boecklium (in stud. p. 51).

de media] MS. *demilia*, unde facio *dimidia*, vel quod aptius *hemioia*. Grœt. — Vulgo *de hemioio*; sed codicem Monacensem (C) sequi malui. Rem ipse noster supra jam (§. 762 med.) explicavit.

ad triplum] Particulam inserui e codice Monacensi (C).

triplo sexis implevit, sic senario numero duos adjiciendo supertertium invenit, idemque in ulterioribus incidit. Deinde quum incurrerent numeri sine judicii quidem rationibus positi, quaesitum est, quot quotaeve partes alterius numeri in altero essent, et his eo ventum est, ne cujus numeri non aliqua ratio ad alium numerum exploratis ultima sit; post haec non difficillima animadversio gemina ratione in numeris fluxit.

ITEM DE PARI ET IMPARI ET EX HIS COMPOSITIS.

Quoniam genera numerorum rationumque inter eos orientium exposui, 768
rursus ad ea singula revertar, et quae in quoque animadversiones sint indicabo. Incipiam de paribus et imparibus. Par omni multiplicatione sic procedit, ut par maneat: duplo augentur duo, quatuor, octo, sedecim; triplo duo, sex, duodeviginti; quadruplo quatuor, sedecim, sexaginta quatuor, et ducenta quinquaginta sex; idemque in ulterioribus fiet. Impar pari multiplicatione protinus interit, et in numerum parem recidit. Impar impari multiplicatione increcere potest, ut impar maneat. Nam bis terna sex, item bis quaterna octo fiunt, eodemque modo quater terna duodecim, quater quina viginti; at ter terna novem, et ter novem viginti septem; item quinquies terna quindecim, quinquies quina viginti quinque; idemque in omnibus multiplicationibus evenit, quo fit, ut sive par sive impar parium numerorum multitudo est, id quod consummatum est par sit; ut duo, quatuor, sex, octo, quae par numerorum multitudo est, fiunt viginti; duo, quatuor, sex, quae impar numerorum multitudo est, fiunt duodecim; ambo numeri pares. Item par imparium 769

quot quotaeve] Sic correxit e suo codice Grotius verba *quotquot eae* in editis. Mox vide ne pro *exploratis ultima* legendum sit *exploratissima*.

post haec] Hoc comma, quod vulgo male in sequentis sententiae initio positum erat, in locum convenientem retraxi.

par numerorum] Ita codices Reichenauensis,

Darinstattensis, et Monacensis (A) pro *impar* in editis. Observa, non numeros I, IV, VI, VIII a nostro appellari pares, neque sequentes II, IV, VI appellari impares; sed numerorum multitudinem, quae in illis quatuor, in his tres, nempe II unum, IV duo, VI tres, ternarium, imparem ergo efficiunt numerum.

numerorum multitudo pares facit, ergo tres et quinque fiunt octo, qui pares sunt; impar tantummodo imparium multitudo impares servat. Nam tria et quinque et septem fiunt quindecim, illi quoque impares. Eadem de causa quoties par numerus vel parem vel imparem multiplicat, is qui efficitur par est. Nam duplicatio sive multiplicatio, sive duo multiplicavit, fecit quatuor, sive tria, fecit sex, ambos pares. At impar numerus, si parem multiplicat, facit parem, si imparem, tum demum imparem reddit; nam triplicatio si duos multiplicat, efficit sex, ipsos quoque pares, si tres, efficit 770 novem, qui impares sunt. Tum si pari par adjicitur, par manet, ut si duobus quatuor adjiciantur, sunt sex; si impari impar adjicitur, fit par, ut si tribus quinque adjiciantur, sunt octo; uno autem modo impar numerus procedit, si numero numerus non adjicitur ejusdem generis, sed par impari, et impar pari. Nam sive quatuor quis adjectis tribus auxerit, sive tria adjectis quatuor, fient septem, qui impares sunt. Deinde numero pari, quale demitur, tale superest; numero impari contrarium est, ne quod demitur supersit. Ergo si pari par demitur, id quod superest, par est, ut si ex octo duo au-

par imparium] Sic codices Monacenses (A. C), Darmstattensis, et Reichenauensis pro *pari imparium*, quod in editis erat.

eadem de causa] Grotius haec verba cum antecedentibus continuaverat addito *pares*, unde haec sententia exierat: «illi quoque impares eadem de causa pares»; ipse tamen in notis intellexit *pares* tollendum esse, quod quum ab anterioribus quoque editionibus absit, ejicere non dubitavi, mutataque interpunctione locum intricatum integritati suae reddidisse mihi videor.

nam duplicatio] Voces illae «sive multiplicatio» in MS. inductae, et recte. Pro *duplicatio* vero legendum censeo *duo*. Notarum error. Sicuti et statim pro «nam *triplicatio*» legendum «nam *tres*» vel «nam *tria*.» GROT. — Ego vero vulgatam servavi lectionem.

impar pari] Vulgo *par pari*, quod ex codice Darmstattensi correxi.

ergo si pari] Haec omnia in MS. sic leguntur: «Ergo si pari par demitur, id quod superest par est, ut si ex octo duo auferantur supersunt sex. Si numero pari impar demitur, id quod superest impar est, ut si ex VI. III. auferantur, supersunt III. Si numero impari par demitur, id quod superest impar est, ut si ex VII. II. auferantur, supersunt V. Si numero impari impari demitur, id quod superest par est, ut si ex VII. tria auferantur, supersunt IV. Par deinde» etc. Locus mehercule optime et auctus et restitutus. GROT. — Haec ut plurima alia testimonio esse possunt, textum nostri a librariis passim inversum atque interpolatum esse, vel etiam mutilatum; utrum enim singulis locis factum sit, discerni vix poterit in scriptore, qui

ferantur, supersunt sex; si numero impari impar demitur, id quod superest par est, ut si ex septem tria auferantur, supersunt quatuor; si numero impari par demitur, id quod superest impar est, ut si ex septem duo auferantur, supersunt quinque. Par deinde ex paribus est numerus, quisquis **771** dimidium par habet, ut est in duodecim, quorum dimidium in senario est numero, ipso quoque pari. Item par ex paribus est, quisquis a duobus duplo increvit, ut quatuor, octo, sedecim; aut quisquis ab aliis sic increvit, ut recidere in parem possit; quod evenit etiam quadruplo vel octuplo similibusque auctis. At quisquis numerus dimidium impar habet, par ex imparibus est, ut senio, cujus dimidium in tribus est. Si quis vero neque duobus per duplicationem increvit, nec dimidium impar habet, par quidem ex paribus est, oritur tamen ab eo qui par ex imparibus est, ut duodecim. Hic enim numerus neque per duplicationem a duobus ortus est, neque dimidium impar habet, sed a senario numero per duplicationem increvit; ille autem par ex imparibus, id est ternis, est.

DE INCOMPOSITIS NUMERIS.

Transeamus nunc ad numeros incompositos, quos etiam primos secun- **772**
dosque nominare proposui. Incompositi per se numeri nulli pares sunt, exceptis, ut supra posui, duobus; ceteri quicumque per se incompositi sunt, omnes impares sunt, ut tria, quinque, septem, novem, tredecim, septendecim, undeviginti, similesque. Per se vero compositi numeri sunt omnes pares, qui vel ex paribus vel ex imparibus sunt. Nam et quatuor atque octo duplicatione metimur, quorum alter numerus in binos, alter in quaternos replicatur; et idem facere in sex aut decem facile est, quum ille in ternos, hic in quinos resolvatur. Praeter hos multi impares per se compositi sunt,

rerum magis quam verborum causa per medium quod dicitur aevum tot exemplaribus divulgatus est; quare in vulgata lectione acquievi.

supra posui] Margo Grotiada exposui, fortasse melius.

novem] Sine dubio legendum *undecim*, XI pro IX.

id est qui cum impari numero multiplicantur. Nam sive ternio sive quinario numerus, sive quis alius impar impares numeros multiplicavit, qui sic effectus, impar est et per se compositus. Multiplicet ternio se ipsum, fiunt ter terna novem; multiplicet quinario numerus se ipsum, fiunt quinquies quina viginti quinque; at multiplicet vel ternio quinarium numerum vel quinario numerus ternionem, fiunt quindecim; omnesque hi numeri, novem, quindecim, viginti quinque, per se compositi sunt, et quicumque impares partis ejusdem
 773 sunt. Inter se vero incompositi nulli duo pares, sive ex paribus sive ex imparibus sunt, quia nulli non aliam quam communem mensuram habent. Nam ut sumamus duos pares numeros, alterum ex paribus, alterum ex imparibus, id est quatuor et sex, tamen inter se compositi sunt, quia communis his duplicatio est, qua bis bina quatuor, bis terna sex sunt. At impares primum omnes, qui per se incompositi sunt. Neque enim possunt aliquam communem mensuram praeter singularitatem habere, qui ne propriam quidem ullam habent. Ergo tres, quinque, septem, similesque omnes, ut per se, sic etiam inter se incompositi sunt; et in eadem sorte is quoque numerus est, qui par sub eodem jure est, id est duo; nam ne hic quidem cum tribus aut quinque
 774 aut cum similibus componitur. Tum quisquis ex his numeris, qui per se incompositi sunt, jungitur cum altero numero, quamvis per se composito, efficit ut hi duo numeri inter se incompositi sint, ut si tres et quatuor jungantur. Quid enim interest, si in alterius mensura aliqua pars, et eadem singularitate sit, si alteri non est? Ac licet etiam duo pluresve numeri non per se tantum, sed etiam inter se compositi sint, incompositus efficit, ut

compositi sunt] Dele *nulli* ex Veicentino aliisque codicibus. GROTIUS. — Edidit enim *compositi nulli sunt*; sed ineptum hoc additamentum jam ab anterioribus editionibus aberat.

quia nulli non] Sic scripsi e codicibus Monacensibus (A. C) et Reichenauensi pro *nonnulli* in editis; tamen ne sic quidem locus sanus, nisi etiam *aliquam* scribatur pro *aliam quam*. Sed omnino

plura hic ab incitis librariis turbata esse vel inde apparet, quod paulo superius pro *incompositi* alios *compositi* legere Grotius margini adscripsit.

quia bis bina] Codex Reichenauensis *qua*, male. *primum omnes*] Scil. inter se incompositi sunt. *incompositi sint*] Sic scripsi e codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi altero (A); vulgo *sunt*.

omnes inter se incompositi sint; quia quamvis aliqua mensura pluribus communis, nulla tamen omnibus praeter singularitatem. Quod evenit, si quatuor, sex, octo, et quotlibet similes ponantur, adjiciantur deinde duo, sive tres; nam quamvis tres priores numeri inter se componi possint, tamen quatuor hi inter se non componuntur. Non tantum vero adjectio ejus numeri, qui per se incompositus est, efficit ut plures numeri inter se non componantur, sed potest etiam evenire, ut qui per se compositi sunt, in unum dati inter se incompositi sint, ubi quamvis aliquas mensuras, diversas tamen recipiunt; idque evenit et inter impares duos numeros, et inter parem atque impari. Sumamus novem et viginti quinque; horum uterque per se compositus est; habet enim mensuram novenarius numerus in ternione, habet viginti quinque in quinario numero; inter se tamen ii non componuntur, quia neque novem quinarium numeri mensuram neque viginti quinque terniones admittunt. Idem fit inter octo et novem, parem atque impari numerum; nam neque duplicatione aut quadruplicatione novem, neque ternione octo metiri possumus. Itaque per se etiam inter se incompositi sunt; qui per se componuntur non protinus etiam inter se componi possunt. 775

DE COMPOSITIS.

Compositi vero inter se sunt omnes pares, ut apparere supra quoque potuit, quicumque vel ex paribus vel ex imparibus sunt; deinde quidam impares, ut novem et quindecim, quum uterque numerus in ternos recidunt; 776

quod evenit] Grotius *quid*, licet anteriores veram lectionem praeuissent.

quotlibet] Sic codices Darmstattensis et Monacensis alter (A); Grotius *quodlibet*.

tamen quatuor hi] Martiani oscitantiam, quae eandem inter duos et quatuor quam inter tres et quatuor rationem esse credidit, quia duo pariter

atque tres per se incompositi sint, verbo tetigisse sufficiat. Aliam lectionem praebet margo Grotiana: «tamen hi duo inter se componuntur» sed quae sano sensu etiam magis careat.

viginti quinque] Sic editiones anteriores et codex Reichenauensis; Grotius incredibili oscitantia *quindecim*.

tum quidam pares et quidam impares, ut novem et duodecim, siquidem his quoque triplicatio communis est, ter terna novem, ter quaterna duodecim sunt. At illud animadversione dignum est, quod cum impari numero nunquam is par componi potest, qui ex paribus, sed qui ex imparibus ortus est; adeo mutata quoque sorte juris tamen aliqua societas superest. Ergo novem neque cum quatuor, neque cum octo, neque cum sedecim, neque cum ullo simili numero componi possunt; componuntur vero cum
 777 duodecim et viginti quatuor, quae a tribus initium sumserunt. Ac ne cum omnibus quidem, qui pares ex imparibus sunt, componi potest omnis impar numerus, qui per se compositus est; quia potest non in eandem mensuram recidere. Ergo novem et quinquaginta componi non possunt, quia quinquaginta nullam triplicationem recipiunt, quae novenario numero sola praeter singularitatem mensura est; evenit autem hoc, quia ne viginti quinque quidem, quae duplicata quinquaginta fecerunt, ternionem recipiebant. Ergo si quando impar numerus, ex quo par factus est, eandem mensuram, quam alter impar tenet, habuerit, tum demum cum illo impari par, qui ex hoc factus, componi potest; ubi illud non antecessit, ne hoc quidem sequitur. Ideo novem et quinquaginta inter se non componuntur, at novem et triginta inter se componuntur; orta enim sunt triginta duplicatis quindecim, jam autem novem et quindecim inter se componi poterant, quum communis mensura his in ternione esset. Et ex his cetera oriuntur, quae ad hoc numerorum genus pertinent.

DE DUOBUS NUMERIS INTER SE INCOMPOSITIS ET PER SE COMPOSITIS.

778 Ex duobus numeris inter se incompositis, sive uterque sive alter per

quidam impares] Restitui *quidam* a Grotio neglectum e codice Reichenauensi et editionibus ante illum.

at illud] Sic ex codice Darmstattensi; vulgo *at abest*.

quae a tribus] Codices Monacensis (C) et Darmstattensis *quia*, fortasse melius.

in ternione esset] Sic codex Reichenauensis pro *est* in editis. Praeterea Grotius per errorem *terniones*.

se compositus est, mensura alterius cum altero non componitur. Sint quatuor et novem; hi per se compositi sunt, inter se incompositi sunt; mensura autem quatuor in duobus, novem in tribus est, neque duo vero cum novem, neque tres cum quatuor componuntur. At si sint quinque et quatuor, alter per se incompositus, mensuram quaternio habet in duobus; duo autem et quinque non componuntur. Si duo numeri inter se incompositi sunt, et alter ex his se ipsum multiplicaverit, is qui sic effectus est cum priore illo non componitur. Sint tres et quatuor; hi inter se incompositi sunt; sive ternio se multiplicarit, novem et quatuor, sive quaternio idem fecerit, sedecim et tres inter se incompositi erunt. Si duo numeri inter se incompositi se ipsos multiplicarint, qui ex his fient inter se incompositi erunt; ut si eosdem tres vel quatuor sumserimus, et uterque se multiplicarit, novem quoque et sedecim inter se incompositi erunt. Si duo numeri inter se incompositi sunt, et alter ex his se multiplicabit, effectusque sic numerus rursus ipse se multiplicabit, qui sic effectus est numerus cum altero illo non componitur. Sint duo et tres; uterlibet numerus se multiplicet, fiunt bis bina quatuor, ter terna novem; rursus hos numeros iidem multiplicent, fient bis quaterna octo, ter novem viginti septem; sumantur nunc duo et viginti septem, vel duo et novem, aequae inter se incompositi sunt. Si duo numeri inter se incompositi sunt, et uterque se multiplicaverit, deinde effectum ex se rursus multiplicaverit, hi quoque, qui sic effecti sunt, ut in his ipsis qui supra positi sunt. Nam ex duobus octo, ex tribus viginti septem sic facti inter se non componuntur. Si duo numeri inter

incompositis] Hoc codices omnes et anteriores habent editiones, pro quo Grotius primus substituit *compositis*, contra sui etiam codicis fidem. Causam, nisi summa negligentia fuerit, ignoramus:

si duo] Duorum horumque primorum aphorismorum, ut ita loquar, principia MS. auctoritate ita sunt construendi, ut in principio pro *compositi incompositi* legatur; idque sensus flagitat. GROTIUS. — Reete; accedit et Reichenauensis codex. Sed in an-

terioribus editionibus sic jam legebatur, cur malam ipse Grotius substituit lectionem? Paulo post e Darmstattensi codice reposui *multiplicaverit* pro *multiplicabit*.

idem] In editis erat *idem*, nempe I simplici pro duplici, ut saepe (v. §. 93. 295. 725. 787). Moxque e Reichenauensi codice reposui *fient* pro *fiunt*. *positi sunt*] Vide ne per homoeoteleuton exciderit *inter se incompositi sunt*.

se incompositi sunt, et in unum junguntur, hic numerus, qui sic effectus est, componi cum alterutro ex prioribus non potest. Si tres et quinque in unum junguntur, fiunt octo; hi neque cum quinque neque cum tribus componi
 780 possunt. Si numerus in duos inter se incompositos divisus est, componi cum alterutro eorum non potest. Dividantur novem in quatuor et quinque; neque cum quatuor neque cum quinque componi novem possunt. Si duo numeri cum tertio juncti sic fuerint, ut omnes inter se incompositi sint, deinde ex duobus alter alterum multiplicet, qui sic effectus erit cum eodem illo tertio componi non poterit. Sint duo numeri quatuor et octo; adjiciantur his tres, inter se incompositi sunt; multiplicent duo priores alter alterum, quatuor octo aut octies quaterna fiunt triginta duo; hi et tres inter se incompositi erunt.

DE PER SE INCOMPOSITIS.

781 Omnis numerus, qui per se incompositus est, componi cum altero non potest, nisi cujus ipse mensura est. Ergo componuntur tres ad novem, quinque ad quindecim, quia ter ternâ novem, quinquies terna quindecim sunt; in quo numero, quod ejus non habebunt, cum eo componi non poterunt. Si duobus numeris positus minor e majore detrahatur, et is qui superest non est mensura ejus, qui proximus ante eum demtus est, hi numeri inter se incompositi sunt. Sint tres et octo; tollantur ex majore numero terni quoties possunt, supersunt duo; in his trium mensura non est; ergo tres quoque

multiplicet] Sic pro *multiplicat* codex Darmstattensis, cujus etiam auctoritate inter *erit* et *cum* delevi vocem *uterque*.

quatuor octo] Lege *quater octo*. GROTIUS. — Omnino sic rectius scripsissent librarii.

incompositi erunt] Melius hoc quam *sunt* in editis praebuerunt codices Monacenses (A. C) et Darmstattensis.

componi cum altero] Delevi particulam *et*, quae ante haec vocabula contra anteriorum editionum fidem apud Grotium legebatur.

non poterunt] Nimirum *tres* non poterunt componi cum *quinque*, quod in *quindecim* continetur, sed aliunde quam a *tribus* petitum est.

detrahatur] Sic melius codex Darmstattensis, quam *detrahatur* in editis: sequitur enim *est*, non *sit*.

et octo inter se incompositi sunt. Si tres juncti sunt ex omnibus, qui sub eadem ratione sunt, ex his duo quilibet in unum dati cum tertio non componuntur. Sint tres numeri novem, duodecim, sedecim; horum insequens semper priori supertertius est, nec ulli tres minores duo juncti reperientur. Confundantur in unum novem et duodecim, fiunt viginti unus; hi cum sedecim non componuntur. Si impar numerus cum aliquo componi non potest, 782 nec cum duplicato quidem eo componitur. Sint quinque et octo; hi inter se incompositi sunt; duplicentur octo, fiunt sedecim; nec cum his quidem quoque componi possunt. Si duo et alteri duo numeri ponuntur sic, ut neuter ex prioribus cum alterutro ex insequentibus componi possit, nec is quidem, qui de duobus prioribus factus est, componi cum alterutro insequentium potest. Sint duo numeri quatuor et octo, item alii duo quinque et septem, neuter ex prioribus componi cum alterutro insequentium potest; confundantur in unum quatuor et octo, fiunt duodecim, ne hi quidem cum quinque aut septem componuntur. Minimi numeri ex his, qui sub eadem ratione sunt, 785 inter se incompositi sunt; ut in dupli ratione minimi sunt duo et quatuor, in triplici duo et sex, hique inter se non componuntur. At quamvis magni numeri sumantur, qui inter se incompositi sunt, minimi sunt ex omnibus, qui sub eadem ratione sunt. Sint, ut in duo ad unum, ducenti et centum; hi inter se non componuntur; est autem inter eos partium ratio, quod ducenti et centum et uno dimidio et nonaginta novem partibus antecedunt. Neque id esse inter ullos minores numeros potest. Quum vero mensurae ratio efficiat, 784 ut quidam per se incompositi compositivae, quidam inter se compositi incompositivae sint, non alienum videtur documentis protinus subjicere. Omnis numerus

si tres] Scil. numeri, non numerus ternarius. Juncti autem ex omnibus, qui sub eadem ratione sunt, dicuntur ii, qui ex duobus eujuslibet rationis terminis et secum et inter se multiplicatis orti sunt, ut novem, duodecim, sedecim, ex ter ternis, ter quaternis, quater ternis, et quater quaternis.

ex his] Grotius et *his*, contra anteriorum fidem. *quidem quoque]* Immo *quinque*, non *quoque*. *in triplici]* Legendum puto *in tripli*, subaudita *ἐκ τοῦ κοινῶ* voce *ratione*. Graec. — Vulgata ex Graeco *λόγος τριπλάσιος* defendi potest. *documentis]* Codices Monacenses pro hac voce

aut per se incompositus est, aut si per se compositus est in aliquo per se incomposito mensuram habet, ut tres, quique ab eo per triplicationem increscunt, novem in tribus, item quindecim in quinque. Sed eorum, qui pares ex paribus sunt, minima mensura in duobus est; eorum autem, qui pares ex imparibus aut etiam impares sunt, potest minima mensura etiam in majoribus numeris esse, omnibus tamen imparibus. Unius autem compositi mensura vel minima vel maxima facile reperitur; replicatio enim numero proxima mensura maxima, ultima minima est. Ut puta sint quinquaginta, hi replicentur; dimidia pars eorum viginti quinque, in his mensura maxima est. Rursus animadvertamus, quas inferiores mensuras habeat. • Sunt autem decies quina quinquaginta, item quinquies dena, item bis quina vicena, nec ulla ex his minor est ea quae ex duobus est; haec igitur minima mensura 785 quinquagenarii est. At si duo numeri inter se compositi sunt, major et minor, quomodo reperiatur communis his maxima minimaque mensura quaeri potest. Oportet autem majori numero minorem detrahere, quoties potest; deinde quantum ex priore superest, tantundem demere ex minore, quoties potest; qui sic intererit numerus, is eorum erit numerorum mensura maxima. Sint enim duo numeri trecenti quinquaginta et centum; demantur ex trecentis quinquaginta quoties possunt centeni, id est ter, reliqui sunt quinquaginta; ex altero centenario numero detrahantur quinquaginta, supererunt ex eo quinquaginta; hic numerus trecentis quinquaginta et centenis communis mensura maxima est. Nam quinquagies bina centum, quinquagies septena trecenti quinquaginta sunt. Ex hoc etiam illud apparet, quod quisquis numerus minor maximum in supradictis numeris metitur, minimam quoque eorum

alter (A) *tamen is*, alter (C) *tamen his* praebent, Darmstattensis eam prorsus omittit; sed mutandi causa vix apparet, nisi *documenta his* legere placuerit.

tres quinque] Alios *quatuor* legere, alios omittere in margine traditur; male utriusque.

minor est ea] Alios legere *quam ea* Grotius in margine notavit; sed non necesse est nisi perspicuitati consulere quis velit.

intererit] Haec Monacensis (C) lectio melior quidem, quam *interierit* in editis; sed intelligendum *supererit* vel *reliquum erit*.

mensuram metietur. Minima autem mensura eorundem numerorum sic invenitur: ubi maxima reperta est, illius ipsius minima quaeritur; eadem etiam prioribus numeris communis minima est. Ut hic quoque minima quinquagenarii mensura in duobus est; igitur eadem etiam priorum numerorum minima mensura est. At trium numerorum, qui inter se compositi sunt, **786** maxima minimaque mensura sic invenitur: duorum mensura maxima quaeritur; si ex tertio quoque eorum minimo communis, repertum id quod desideratum est; si non est, medii minimique maxima mensura eodem modo requiritur, eaque tribus omnibus communis est. Sint tres numeri trecenti quinquaginta, centum, septuaginta quinque; quae sit mensura maxima communis his, qui trecenti quinquaginta, et his qui centum sunt, repertaque sit in quinquagenario numero, consideremus an hic tertium illum, qui septuaginta quinque habet, metiatur. Si metiretur, omnibus tribus communis esset; non metitur autem, ergo jungamus centum et septuaginta quinque, et horum maximam mensuram requiramus. Demo ex centum septuaginta quinque, supersunt viginti quinque, hos quoties possum demo ex eo numero, qui septuaginta quinque habet, id est his, supersunt viginti quinque; hic numerus maxima mensura est communis his qui centum et his qui septuaginta quinque sunt. In his etiam omnium trium numerorum maxima mensura communis est; nam vices quinquies terna septuaginta quinque sunt; vices quinquies quaterna centum; vices quinquies quaterna dena, trecenti quinquaginta. Consideremus nunc horum viginti quinque quae minima mensura sit; ea pervenire neque ad duos, neque ad tres, neque ad quatuor potest, sed est in quinario numero, et haec eadem mensura minima communis omnibus tribus superioribus numeris reperitur. Nam duo qui et trecentos quinquaginta et centum metiuntur, septuaginta quinque non metiuntur; tres, qui septuaginta quinque metiuntur,

quinquagenarii] Sic Darmstattensis codex. Anteriores editiones *quinquagenorum*, quod etiam rectum: sed omnino corruptum Grotii est *quinquagenum*!

si ex tertio] Alios sic legere, alios et, margini adscriptum est; sed luce clarius est veram lectionem esse *si ea tertio*.

trecentos quinquaginta et centum non metiuntur; quatuor centum metiuntur; qui rursus trecentos quinquaginta et septuaginta quinque non metiuntur; quinque primum omnes illos metiri possunt, quia quinquies quina dena septuaginta quinque, quinquies vicena centum, quinquies septuaginta trecenti quin-

787 quaginta sunt. Duobus vero numeris datis, quem minimum illi metiantur, sic invenitur. Sint dati numeri duo et tres, hi inter se incompositi sunt. Ex his alter alterum multiplicet. Bis terna vel ter bina fiunt sex. Hic minimus numerus est, quem illi duo metiantur. Maximum quem metiri possint, nemo dixerit; sed omnem iidem numeri metientur, quicumque senario numero multiplicato fiet. Addantur duo numeri inter se compositi novem et duodecim; simili multiplicatione eodem non pervenitur, quia potest etiam minor numerus, quam qui sic efficitur, in his mensuram aliam habere; alia igitur via re-

788 periendum est. Videamus, qui minimi numeri sub eadem ratione qua hi sint. Est autem in novenario numero minimus rationis ejusdem in tribus, in duodenario in duobus. Nunc multiplicet ex minoribus numeris uterlibet non suum numerum, sed alienum, id est vel tria duodecim, vel duo novem. Ter duodena triginta sex, bis novena duodeviginti. Ex his consideremus, an minor numerus, qui est duodeviginti, mensuram habeat et in novem et in duodecim. Habet autem in novem, et in duodecim non habet; dimittatur igitur et major apprehendatur, qui est triginta sex; hic minimus est, quem metiri et novem et duodecim possint. Eadem ratione omnem numerum, qui-

789 cunque triginta sex multiplicatis fiet, iidem illi duo numeri metiuntur. Tribus autem numeris datis numerus, quem minimum illi metiantur, sic invenitur. Sint dati tres numeri duo, tres, quatuor. Summus is numerus, qui minimus et in duplicatione et in triplicatione mensuram habet, is est senarius numerus. Consideremus an hic etiam tertium ex tribus, id est quaternionem, metiatur. Si metiretur, repertum id esset; quod requisitum est, nunc non metitur;

maximum quem metiri] Alios praemittere duo
Grotius in margine notat; non necesse.

qua hi] Sic codices Monacenses (A. C), Reichenauensis, et Darmstattensis pro *qui hi* in editis.

adspiciamus ergo, quem minimum quatuor et tres metiantur. Is est duodecim; ergo is est minimus, quem omnes illi tres metiri possunt. Nam et bis sena, et ter quaterna, et quater terna, duodecim fiunt; et hic quoque omnem numerum, qui duodecim multiplicatis fiet, iidem illi numeri tres metiuntur. Ubi duo numeri numerum aliquem metiuntur, qui minimus in illis duobus 790 mensuram habet, ejusdem illius numeri mensura est. Sint dati duodecim, hos et duo et tres metiuntur; minimus autem numerus, quem illi duo metiuntur, senarius est; atquin iisdem etiam duodecim metitur, nam sexies bina duodecim sunt. Idem fit in eo numero, quem tres aliqui metiuntur. Nam hic quoque metitur, qui minimus in illis tribus mensuram habet. Ponantur viginti quatuor: hos et duo et tres et quatuor metiuntur, minimus autem numerus, qui est duodecim, in iisdem illis tribus mensuram habet; atquin hic quoque eos qui viginti quatuor sunt metitur, nam duodecies bina viginti quatuor sunt. Si binis numeris majores minoresque ponuntur sic ut eadem 791 ratio inter majores minoresque sit, quoties major majorem, toties minor minorem metitur. Sint numeri duo et tres, deinde octo et duodecim; eadem inter majores minoresque numeros ratio est; nam et tres duobus et duodecim his qui octo sunt superdimidii sunt. Metiuntur autem tres eos qui duodecim sunt quater, nam ter quaterna duodecim sunt; atqui duo quoque eos qui octo sunt quater metiuntur, nam quatuor bina octo sunt. Quoties singularitas aliquem numerum metitur, toties alius numerus eam etiam 792 metietur. Eveniet ut, quoties singularitas ex secundis ulteriorem numerum metietur, toties is, qui ante in singularitatis mensuram venerit, ulteriorem numerum metiatur. Sint unum et quinque et sex et triginta. Singularitas quinarium numerum quinquies metitur; idem facit senio in triginta; rursus ipsos sex singularitas sexies metitur; at quinarium quoque numerus sexies

tres metiuntur] Sic codices Monacensis (C) et Darmstattensis, melius quam *metitantur* in editis.

atquin iisdem] Codex Darmstattensis *atque*; sed mutare nolui, quum infra iterum *atquin* recurrat.

major majorem] Sic necessario reponendum erat ex codice Darmstattensi, vulgo *major minore*.

eam etiam metietur] Locus corruptus.

- 793** metitur eos qui triginta sunt. Si duo numeri alter alterum multiplicant, eum vero numerum qui sic effectus est aliquis qui per se incompositus est metitur, idem necesse est etiam utrumque ex prioribus metiatur. Multiplicet decas octonarium numerum, fiunt octoginta; hos duo metiuntur, nam bis quadragena octoginta sunt; atquin iidem octo quoque et decem metiuntur, quum
- 794** bis quaterna octo, bis quina decem fiant. Quotiescunque numeri proportionis ejusdem, quam *ἀναλογίαν* Graeci vocant, in ordinem ponuntur, primus si ultimum metitur, secundum quoque et deinceps omnes metietur; si secundum metitur, ultimum quoque et medios metietur; si quemlibet denique unum metietur, omnes metietur. Contra si ultimum non metitur, ne secundum quidem, neque quemquam alium; si secundum non metitur, ne ultimum quidem aliumve; si quem medium non metitur, ne alium quidem. Sint tres et novem et viginti septem et octoginta unus et ducenti quadraginta tres; inter hos omnes tripli ratio est. Ternio autem metitur eos, qui ducenti quadraginta tres sunt; ter octogena singula ducenti quadraginta tres sunt; idem ergo metitur novenarium numerum, quum ter terna novem sunt, et quia hunc metitur, etiam ultimum, et quia utrumlibet, etiam ceteros, et quia medium quemvis ex illis, et priores quoque et posteriores. At duo quia non metiuntur ducentos quadraginta tres, ne novem quidem aut medios; quia novem non metiuntur, ne ducentos quadraginta tres quidem aut medios; quia nullum ex mediis metiuntur, ne posteriores quidem.
- 795** Si quotlibet ab uno numero conveniunt proportionis ejusdem, quot per se incompositi numeri ultimum numerum, totidem etiam eum qui ab uno proximus est metientur. Sint numeri, qui duplo increscunt, unum, duo, quatuor, octo, sedecim; ex his eos qui sedecim sunt duo, et iidem se ipsos me-

proportionis] Sic et hic et infra correxi vulgatam *portionis* e codicibus Monacensibus et margine Grotiana; eo magis, quod ipse Martianus supra (§. 289) *ἀναλογίαν* Latine *proportionem* reddiderat.

unum metietur] Codex Monacensis (A) *unus*, male.

quia hunc] Sic codex Monacensis (C); vulgo *qui hunc*.

quotlibet] Sic anteriores editiones hic et in sequentibus (§. 796. 797), ubi Grotius male semper *quodlibet*.

tiuntur. At sint duodecies centum quadraginta quatuor in mille septingentis viginti octo. Sunt per se incompositi numeri duo tres, quia bis octingenta sexaginta quatuor in MDCLX sunt; itemque ter quingenta septuagena utile; atquin idem duo et tres et duodecim quoque, qui ab uno proximi sunt, metiuntur, quum bis sena, et ter quaterna duodecim sint. Si quotlibet ab uno numeri proportionis 796 ejusdem sunt, minor numerus majorem semper per aliquem aliorum, qui sub eadem ratione sunt, metitur. Sint unum, duo, quatuor, octo, sedecim, triginta duo, sexaginta quatuor. Ex his duo eos qui quatuor sunt, quatuor eos qui octo sunt, octo eos qui sedecim sunt, sedecim eos qui triginta duo sunt, triginta duo eos qui sexaginta sunt, duplicatione metiuntur. At duo eos qui octo sunt quadruplicatione metiuntur; eadem eos qui sedecim

MDCLX] Locum insigniter corruptum reliqui, qualem Grotius ediderat, satisque habeo variantes codicum lectiones enotare, quarum plurimas jam in Grotii margine inveni. Ac primum in Monacensi (C) legitur: »At sint I. XII. CXL. MDCCIV sunt per se incompositi numeri II et III, qui ab his octingenta L bina MDCCIV sunt. Itemque ter D sexaginta VIII.« In altero autem (A): »At sint I. XII. C. LX. II a. a. CC. III sunt per se incompositi numeri II, quia bis DCCC quinquagena bina M. DCC. IV sunt. Itemque ter quingenta sexagena octogena.« Porro in Reichenauensi: »At sint I. XII. CXLII. a CCIV sunt per se incompositi numeri II III, quia ab his octingenta quinquagena bina in MDCCIII sunt. Itemque ter quingenta septuagena utile.« Absurdum istud *utile*, quod et Grotius edidit, pro eo quod verisimiliter scriptum erat *sex*. In Darmstattensi denique idem locus sic se habet: »At sint I. XII. C. XLII. M. septingenti III per se incompositi numeri II et III, qui ab his octingenta quinquagena bina M. DCCIII sunt; itemque ter quingenta sexagena octona.« Mille in

hoc codice semper scriptum est hac nota \bar{I} , qua interdum et *in* significatur. Saepe etiam ij (duo) et ii (litera I gemina) confunduntur. Sensus denique hujus loci esse videtur: »omnia membra seriei geometricae dividi possunt per eundem numerum«; id est »omnia illa membra iisdem utuntur factoribus, quibus id quod proximum est a monade.« Scripserit igitur fortassis noster: »Sint I, XII, CXLIV, MDCCXXVIII: sunt per se incompositi numeri II, III, quia bis DCCCLXIV in MDCCXXVIII; itemque ter DLXXVI. Atqui iidem II et III metiuntur quoque XII, qui ab I sunt proximi.« Nempe omnia membra seriei 1, 12, 144, 1728 dividi possunt per 2 et 3, quia simplicissimi hi sunt factores duodenarii numeri, quippe $2^3 \times 3 = 12$.

ex his duo] Grotius ita edidit: »Ex his duo eos qui 4 sunt: 4 eos qui octo sunt et eae duplicatione metiuntur. At 2 eos qui octo sunt quadruplicatione metiuntur. Eadem eos qui sedecim sunt metiuntur 4. Itemque« cet.; reliqua ego e codicibus Monaccensibus (A. C) restitui.

sunt metiuntur quater; itemque octuplicatione metiuntur duo eos qui sedecim sunt, quatuor eos qui triginta duo sunt, octo eos qui sexaginta quatuor sunt; neque invenitur numerus, qui non et majorem metiatur, et
797 nulla alia mensura id facit, quam quae in iisdem numeris est. Si quotlibet ab uno numeri proportionis ejusdem sunt, et is qui ab uno proximus est per se incompositus est; maximus ex his in mensuram non veniet, nisi qui ejusdem proportionis erit. Sint unum, tres, novem, viginti septem; inter hos tripla proportio est, et uni proximus numerus per se incompositus est; igitur eos, qui viginti septem sunt, nullus numerus metiri potest, nisi aut tres, aut novem, quia sub eadem proportione sunt, quod non ita evenit, si quando ab uno proximus numerus compositus est. Sint unum, quatuor, sedecim, sexaginta quatuor, proximus ab uno numerus per se compositus est; ergo ultimus, qui est sexaginta quatuor, alias quoque mensuras quam quae in hac serie sunt admittit, et duo, et octo, et triginta duo, quum bis tricena bina, octies octona, bis et tricies bina, sexaginta quatuor faciant. Quem minimum numerum duo per se incompositi metiuntur, eum nullus alius per se incompositus metietur. Sumatur quinque et septem; nullum minorem numerum triginta quinque metiuntur, nam quinquies septena et septies quina triginta quinque sunt; atque nullus alius numerus per se incompositus hunc metiri potest, non duo, non tres, non undecim, non tredecim, non sep-
798 tendecim; multo vero minus posteriores numeri. Si quadratus numerus quadratum metitur, in latere quoque ejus alterius mensura est. Sint duo quadrati numeri quatuor et sedecim; metitur eos qui sedecim sunt quaternio; quater enim quatuor sedecim; atqui in latere quatuor duo sunt, in latere eorum qui sedecim sunt quatuor sunt; duo metiuntur quaternionem, bis enim bina quatuor sunt. Ex hoc etiam illud apparet, ex duobus quadratis numeris, si in alterius latere mensura est, in ipso quoque quadrato numero
799 alterius quadrati mensuram esse. Si quadratus numerus quadratum non metitur, ne in latere quidem alterius mensura est. Sint quadrati numeri quatuor

et novem; quaternio novenarium numerum non metitur; ergo ne duo quidem, qui in latere quaternarii sunt, tres, qui in latere novenarii numeri sunt, metiuntur. Ex hoc etiam illud apparet, ex duobus quadratis numeris, si in alterius latere alterius lateris mensura non est, ne in altero quidem quadrato numeri alterius quadrati mensuram esse. Si tessera tesseram metitur, in latere 800 quoque alterius lateris mensura est. Sint duae tesserae octo et sexaginta quatuor; eos qui sexaginta quatuor sunt octo metiuntur, siquidem octies octo sexaginta quatuor sunt; atqui si in latere ejus tesserae, quae octo habet, duo sint, in latere ejus, quae sexaginta quatuor habet, quatuor sunt, duo quaternarii mensura sunt. Ex hoc etiam illud apparet: si ex duabus tesseris duo alterius latus, alterius mensura est lateris, ejus quoque tesserae alia tessera mensura est; atqui si tesseram tessera non metietur, ne in latere quidem apparens lateris alterius mensura est. Sint duae tesserae octo et viginti septem; eos qui viginti septem sunt octo non metiuntur; ergo quum in latere ejus tesserae, quae octo habet, duo sint, in ejus, quae viginti septem habet, tres sint; duo ternionem non metiuntur. Ex hoc etiam illud apparet, quod si in latere tesserae non est mensura, ne ea quidem tessera eam tesseram metitur. In omni vero numero, qui mensuram in aliquo numero habet, 801 ex eodem et mensurae nomen acquirit, qui mensuram facit. Sint novem, hos ternio metitur, et est etiam novenarii numeri tertia pars in tribus; sint sedecim, hos quaternio metitur, et est quarta eorum qui sedecim sunt quaternio; idemque in ceteris omnibus numeris reperitur. Sequitur autem, ut

alterius mensura est] Vocem *mensura* a Grotio omissam ex anterioribus editionibus restitui, Reichenauensi quoque codice adstipulante.

ergo ne duo] Omisit Grotius *duo*, quamquam anteriores et Reichenauensis id habeant. Paulo post pro *quadrati* in editis e codicibus Monacensibus (A. C.) et Grotiano legendum erat *quaternarii*.

altero] Ita codex Darmstattensis; male Grotius *alio*, nec melior ante eum lectio erat *aliquo*.

ejus quae] Verbum *tesserae*, quod inter illas voces insertum in editis erat, expunxi codicis Darmstattensis auctoritate.

etiam illud apparet] A Grotio quidem omissum *illud*; sed editiones anteriores et Reichenauensis codex id habent.

si numero membrum sit, in eo numero mensuram is habeat, cui cum eo membro commune nomen sit; ut novenarii numeri membrum in ternione est, eumque tres metiuntur.

802

Hos sat erit cursim numeros memorasse modosque;
 Cetera Cecropias aequum perhibere cathedras,
 Si tamen ullus inest nostris super halitus aris,
 Aut rite in veterem cultum replicantur abollae.
 Me spatium admonuit jam claudere fātibus orsa,
 Ne superūm nostri capiant fastidia coetus,
 Et vetus astrigero pellar Numeraria coelo.
 Sic ait, ac reticens propiori adjuncta sorori est.

hos sat erit] Codices Grotianus et Darmstatensis nos, sed opposita vulgatam confirmant.

aris] Alios legere *alis* margini Grotius adscripsit.

Numeraria] *Numeraria ἀριθμητική*. Sic glossa Isidori: »Arithmeticus, numerarius.« Gaor. — Deam olim fictam fuisse *Numeriam*, quae *numerare* doceret, Augustinus (de civ. dei 4, 11) docet. Totius

carminis argumentum hoc est: »Cetera philosophos artiumque magistros ipsos persecuturos esse spero, modo sacra nostra etiam nunc aliquo modo colantur et antiqua sapientiae studia rite maneant; me tempus est reticere, ne superiorum coetus fastidio mei capiatur omniumque deorum matrem (§. 730) turpiter e coelo dejiciat.«

M A R T I A N I
MINEI FELICIS
C A P E L L A E,
AFRI CARTHAGINIENSIS,
DE
A S T R O N O M I A
LIBER VIII.

Quae dum geruntur, et deorum sacer senatus illos numerorum concinentium repugnantiumque admiratur anfractus, ipsamque feminam quadam venerabilis excellentiae celsitudine reverendam non cassum parentem superum creditum recognoscit; multitudo etiam quae jussa constiterat sapientum, praesertimque Pythagoras cum sectatoribus cunctis, Platoque Timaei sui caligosa discriminans, arcanis eam laudibus venerantur; nupturamque virginem saepius conspicabunda Pallas quid super dotalis eruditione feminae comprobaret exquirat, et ipsa nutum admirantis associans, Cyllenius autem nullius magis aluminae splendore ac luculentia gloriatus hujus se feminae evehit granditate: 803

Astronomia] Codex Reichenauensis de *Astrologia*, neque negari potest, duo haec vocabula inter se commutari; attamen jam Sexti (adv. mathem. 5, 1; p. 238) temporibus videmus illud discrimen factum esse, ut *Astronomia* siderum situs motusque contemplaretur, *Astrologia* autem themata genethliaca erigeret, de quibus quum Martianus hoc libro non loquatur, vulgatam servare aptius visum est.

creditum] Lege *creditam*. GROT. — Miror codices non addicere; quorum tamen consensus quum vulgatae lectionis auctoritatem tueatur, ita construendum erit: «recognoscit non cassum creditum (esse) feminam parentem superum» scil. esse.

jussa] Lege *justa*, id est *juxta*. NON. GROT. — Ingeniosa correctio, cui vellem codices adstipularentur; nunc vulgatam tueor.

804 sic Phoebō diutule aliam dotalium intromittere remorante, ne prioris proferae admiratio laberetur, sacrum paululum fuit reverendumque silentium. Silenus interea, ut Evan consecutus pone vietus atque acclinis adstabat, seu marcore confectus aetatis, sive anxia inter doctae vocis miracula intentione comprehensus, an alias poculis turgens tunc etiam nuptialis gratiae nomine prolectatus inundantis se temeti infusione proluerat, jam dudum laxatus in somnos, forte repente blandum stertens ranae sonitum desorbentis increpuit. Quo terrore et

sic Phoebō] Sic in apodosi vel apud Ciceronem legimus (ad divers. 13, 70): »quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit ut multi per me tibi velint commendari.«

proferae] Legendum puto *propere*, cui respondet *diutule commorante*, nisi forte *profera* a *proferendo* sive *προφέρειν* dicatur. GROT. — Mutandi causam non video, licet adeo unica vox sit, ut in Forcellini lexico ne locum quidem invenerit. Schellerus recepit, sed nescio quo argumento deam aliquam ignotam dixit, quam Arithmeticam esse luce clarius est.

paululum] Sic codices Reichenauensis et Darmstattensis pro *paulum* in editis, quod hic auribus minus est acceptum.

an alias] Forte an melius: »an ut alias a poculis turgens.« Virgilius eodem modo de eodem:

»Hesterno inflatus venas ut semper Jaccho.«

GROT. — Ovidius (met. 11, 90) Silenum pariter atque noster appellat »titubantem annisque meroque«; alioque loco (met. 4, 26) hisce cum describit versibus:

»Quique senex ferula titubantes ebruius artus
Sustinet et pando non fortiter haeret asello.«

Grotii correctura opus non esse sponte apparet. De illo particulae *an* usu post sive confer simillimum locum Taciti (ann. 14, 59): »Plautum ea non

movere, sive nullam opem providebat inermis atque exsul, seu taedio ambiguae spei, an amore conjugis et liberorum«; plura dabit Oudendorpius (ad Appuleji met. 5, p. 373).

proluerat] Virgilius (Aen. 1, 738):

— — »ille impiger hausit

Spumantem pateram et pleno se proluit auro«;

Horatius (Sat. 2, 4, 27):

— — »leni praecordia mulso

• *Prolueris melius«;*

• Persius (prolog. 1):

• »Nec fonte labra proliui caballino«;

Prudentius (in Symmach. 1, 126):

»Atque avidus vini multo se proluit haustu.«

blandum] In MS. *glandum* fuit, postea correctum est *clandum*. Clarissimus autem juvenis Fr. Tiliobroga in MS., quo ille usus est in Germania, qui plerumque cum meo consonat, testatur invenisse *clangum*. Sane in Glossario veteri lego: »clangum et clangor, ἤχος βαλπιγγος.« An ibi *clangum* legendum sit nescio, hoc scio ita accipi posse, quemadmodum *tonitrum* et *tonitru* dicimus, et si qua similia. GROT. — Codices etiam Monaccensis (C) et Darmstattensis *glandum* exhibent, quod tamen quum sensu careat, vulgatam retinere satius duxi, qua jocus Martiani ingenio locique colore non indignus continetur.

rapiduli sonitu raucitate concussi eodem se quamplures convertere divi, senisque proflantis somnum atque humentis crapulae exundatione conspecta, risus circumstantium eo maxime quo claudebatur excussus. Tunc quoniam oredita jocos nuptialis licentia non vetare, famulitium Veneris vernaculaeque Bromiales tantos cachinnos concussis admodum tulere singultibus, ut quamplures alios connisos cohibere risum hoc maxime in petulantis prurptionis sonitum effusique cachinni libentiam provocarint. Denique, ut semper impatiens atque inverecundus, procax ac protervus assultibus ad eum alacer Cupido atque hilarus accucurrit, atque ut depile rubellumque calvitium senex baculum acclinatus affixerat, palmae verberere percrepantis apploso coque sonitu reclamantis, risum velut etiam permissum paene omnibus suscitavit.

Tunc vix senex reclusis
Creperum videns ocellis

805

rapiduli] Heinsius (apud Drackenborch. ad Silium Ital. p. 568) pro more suo audacior *ariduli* legi vult; quo jure, docti videant. Nec Grotii conjectura opus esse videtur, qua paulo ante *strepore* legendum pro *terrore* suasit, licet et codex Monacensis (C) pariter atque illius MS. *sterope* exhibeat.

proflantis] Virgilius (Aen. 9, 526):

— — — *stoto proflabat pectore somnum.*

Ceterum *somno* pro *somnum* requiri quivis videt.

exundatione] Alios *exundatione* legere margini adscriptum est, quod *exsudatione* esse conjicio; magis tamen placet ob majorem vim vulgata.

in petulantis] Vulgo *impetulantis*, cujus in locum quod jam Grotius scribendum esse intellexerat ex codice Reichenauensi restitui.

libentiam] Sic et margo Grotiana et codices Leidenses teste Oudendorpio (ad Appul. 1, p. 32). Vulgo *licentiam*, quod etsi ferri possit, tamen illa lectio exquisitior videtur. Plautus (Stich. 2, 1, 5): *itaque pectus onustum porto libentia lactitiaque.*

inverecundus] Codex Reichenauensis *inverecundis*, male.

accucurrit] Sic codices Monacensis (C) et Reichenauensis, melius quam praesens in editis, quia *suscitavit* sequitur.

calvitium] Hoc antiquitus in stultitiae signum acceptum esse monent interpretes ad Persium (1, 56).

baculum] Primo aspectu magis arridet lectio in margine posita *baculo*; verumtamen vulgatae retinui, quia accusativus pariter atque post *insurgere* (§. 755) ab *affigere* pendere posse videbatur. Multo etiam minus *affixerat* legendam ex margine pro *affixerat*.

reclamantis] Nimirum *palmae* verberis vehementia quasi *resonantis*. Construe: *apploso verberere palmae percrepantis coque sonitu reclamantis.*

creperum] Vide supra (§. 2. 116). Ceterum conferenda egregia crapulantis descriptio apud Rutilium Lupum (2, 7; p. 101), ubi plura Ruhnkenius.

Circumspicit ridentes,
 Ictuque suscitante
 Stupidum dolens tuetur,
 Frictuque palmulari
 Madida detergit ora.
 Tunc motus increpante
 Baculum rapit Lyaeo,
 Ac dum movere gressum
 Cupit avocante Lyde,
 Tandem recepta luce
 Superûm videt senatum.
 Percellitur repente,
 Silicerniumque nutans
 Tentat celerare cursum;
 Tunc motibus negatis
 Magis involutus adstat,
 Cessimque formidantes
 Abeunt pedes tremore,
 Titubansque moliensque

Lyde] Uxorem Sileni ait glossa in codice Darmstattensi, neque habeo quod melius afferam. Tamen *avocante* pro *advocante* scribere ausus sum e margine Grotiana et codice Reichenaubensi, quia sensus hic esse videtur, abire molientem a Lyde revocatum esse.

silicernium] Apud Terentium (adelp. 4, 2, 48) ipse senex *silicernium* appellatur; quare haud scio an optime *silicernium nutare* intelligatur de homine, qui senili more vacillet. Fulgentius (de serm. antiqu. p. 271 Munch.): „Silicernios dici voluerunt senes jam incurvos, quasi jam sepulcrorum suorum silices cernentes.“

celerare] Pro hoc, quia contra metrum peccat, Oudendorpius (ad Appulejum) reponi voluit *ciere*, Heinsius (ad Valer. Flacc. p. 652 Barm.) *citare*, qui idem mox etiam *labant* pro *abeunt*, et *vergens* pro *turgens* substitui jussit. In codicibus nihil subsidii, nec quod anteriores editiones habent *celere* pro *celerare*, metro medetur; facillimum tamen erit, servatis omnibus vocibus scribere: „celerare tentat cursum.“ Reliquis conjecturis facile supersedemus. *Turgentis* vocabulum corporis vastitati optime convenit, neque *abeunt* offendit, modo jungas *cessim abeunt*, id est *labando*, non retro, ut docte ostendit Handius (in Turcellino II, p. 30).

Haeret, redit, recurrit;
 Tunc victa palpitansque
 Turgens cadit senectus.
 Fit major inde risus,
 Nec scit modum voluptas,
 Donec jubente Baccho
 Satyrus rapit jacentem,
 Scapulisque dat supinum,
 Uvidumque quadrimembrem
 Colloque complicatum
 Utribus parem reportat.

Hac jocularis licentiae alacritate fervente, Satura illa, quae meos curae 806
 habuit informare sensus: ne tu, ait, infelix vel Capella vel quisquis es, non

nec scit] Ita e margine Grotiana scripsi pro
 nescit in editis.

quadrimembrem] Quidam codices habent *hiantimembrem*, alius *quadrimembrem*, quae lectio magis placet, ut intelligatur, brachia ad crura complicata habuisse, quod ipsum ex sequentibus duobus versibus explicatur:

«Colloque complicatum

Utribus parem reportat»,

et tamen quaedam exemplaria habent *darem*, ita ut ad *Darem* illum Virgilianum possit videri alludere, multo tamen magis probaverim hanc lectionem «utribus *parem*» id est «similem utri complicato» atque ita hodie Hispani hominem ebrium vocant utrem: hoc est *una bota*, ut ipsi loquuntur. Utribus enim pro vasis utuntur ob commoditatem vecturae. Neque enim vasa majora montuosis in locis et quibus navigari non potest jumentis vehi possunt. VULCAN. — Absurdissima lectio *Jacchi membrum*: verior illa *hiantimembrem*; sed nec im-

probo illam *quadrimembrem*, quemadmodum dicimus «quadrupedem constringere.» Membra autem κατ' ἐξοχήν pedes, uti et γυνή Graecis, unde ἀμπιγυρήεις. GROTIUS. — Darmstattensis codex et *hiati membrum* habet, atque *darent* pro *parem*; sed unice vera est lectio quam equidem dedi quamque jam Vulcanius Grotiusque probarant, licet eam ad marginem rejecerint et ineptam *Jacchi membrum* in textu servarint.

ne tu ait infelix] Lege cum MS.: «ne tu ait *Felix*»; quanquam neque male ad *Felicitis* nomen per ἀντιγραφὴν allusum videri possit. GROTIUS. — Recte posterius; Insum in nomine esse sequentia quoque produnt, ubi videlicet genitivi *sensus* et *nominis* ad *infelix* referendi sunt, ut apud Silium (12, 452):

«Infelix fidei, miseraeque secunda Sagunto»
 vel «Mincius infelix ausi» apud eundem (9, 627).
 Hinc *pecudalis* quoque ad *nominis* retuli, nimirum *Capellae*, licet etiam ad *joci* trahi patuisset.

minus sensus quam nominis pecudalis, hujus incongrui risus adjectione desipere vel dementire coepisti? An tandem non dispensas in Joviali cachinnos te movisse concilio, verendumque esse sub divum Palladiaque censura assimulare quemquam vel cerritulum garrientem? At quo etiam tempore Cupido vel Satyrus petulantis ausus procacitate dissiliunt? Nempe quum virgo siderea pulchriorque dotalium in istam venerabilem curiam ac decorum ventura conspectus! Apagesis nec post haec nugales ausus lege hymenaea et culpaee velamine licentis obnuberis! Saltem Prienciae auscultata nihilum gravate sententiae: *Μὴ ὄνος λύρας καιρὸν γνώθω*. Tam tristibus asperisque Saturae alioquin lepidulae verberibus demulctatis, cum excusamentis admissi velut procacis

dementire] Recepti, quod Grotius in margine posuerat, pro *dementare* dubiae auctoritatis vocabulo. *Dementit* est apud Lactantium (instit. 4, 27); adde Stephanium (ad Saxon. p. 155).

an tandem] Lege »ain tandem.« Susrus (in Gurl. an. P. 4, p. 10). — At vero in nullo codice ita legitur, sensusque vulgatae satis intelligitur. Melior ejusdem conjectura est, qua mox *velut* pro *vel* legendum suavit; sed codices nihil mutant.

at quo] Forte legendum *ac quo*. Susrus (ibidem). — Grotii lectio *at quo* eodem redit; anteriores editiones *a quo* habebant.

post haec] MS. *post id haec*, lege *postidhaec*. *Postidhaec* dicimus quemadmodum *antidhaec*, quae vox restituenda fragmento illi, quod citat Nonius in voce *Virgindemia*. Legendum enim:

»*Quid tristiore video te esse quam antidhaec, Lampatio?*«

Hodie *ante ad haec* in plerisque codicibus legitur. Grot. — In meo Nonii exemplo (1, p. 187. Par. 1614 Merc.) *antidhaec* legitur. Simili varietate nostro in loco Grotius *post ad haec* scripsit, in margine *post id haec* notavit, codex autem Reichenauensis *post haec* exhibuit, quod recepi.

nugales] Reduxi quod in marginem Grotius rejecerat; vulgo *jugales*; at ex Saturae sententia Martiani ausus ne jugali quidem sive nuptiali lege defendi possunt, sed merae nugae sunt.

saltem] Lego totam hanc periodon, et feliciter (ni fallor) restituo: »Saltem Prienciae auscultata nihilum gravatus sententiae, et *εἰ μὴ ὄνος λύρας εἶ καιρὸν γνώθω*«, vel cum MS. »et ni ὄνος λύρας« etc. Tribuit sententiam Bianti, quam alii Pittaco, quemadmodum illam *γνώθω σαυτὸν* quidam Chiloni, quidam Soloni ascribunt, ut et illam *τέλος ὄρῃν βίον*. Vid. Aus. Lud. Sap. in Ludio. Grot. — Locum dubium et aliquatenus certe corruptum reliqui, qualem in editis inveni. De ipso proverbio *ὄνος λύρας* vide Erasmus (in adag. 1, 4, 35; p. 115).

demulctatis] Lege *demulcatus*, quomodo emendavit similem Taciti sui locum Lipsius, cui encomium non addo, ne plus laudibus detraham quam addam. Gloss. Isidori: »*commulcat, conculcat, colludit*«; et alibi: »*mulcat pugnis vel calcibus caedit*«. Grot. — Alios *demulgatis*, alios *divulgatis* legere idem margini adscripsit; quarum tamen omnium lectionum optima est quam ipse proposuit, modo

involutus, tandem quae puellarum intromittenda paratur inquirō. Ac sic illa nondum stomacho senescente, quo in me invehebatur, exorsa:

Astrigerac jam sedis iter cursumque polorum,
 Et sacra multivagos qua tollunt sidera flexus,
 Dicere tempus adest; video splendescere pulsu
 Icta corusciferi subito laquearia coeli:
 Illic bis septem solitus servare Triones
 Pastor Hyperborea resplendet luce Bootes;
 Hinc qua devexo tellus subducitur axe,
 Ignoto Canopos sese infert fulgidus astro;
 Phoebeos pariter currus rapidosque meatus,
 Et toties variae flammantia cornua Luce,
 Quin etiam medios quos nectunt culmina circos,
 Oblique et rutilis quo se rapit orbita signis,
 Cernere jam videor; tu fingere ludicra praestas,
 Viliaque astriloquae praefers commenta puellae!

808

Talia adhuc canente Satura, vetitus ille ac durissime castigatus denuo me risus invasit. Euge, inquam, Satura me ante poëtriam fecit colere! Coe-

codices addicerent. Miro contra modo textum corripit in sequentibus per lectionem *involvuntur*, cuius in locum non dubitavi anteriorum editionum lectionem *involutus* restituere. *Involutus* dicit eodem sensu quo Horatius (od. 3, 29, 54): «mea virtute me involvo», id est tueor, defendo, ut commode ad deprecationem quoque trahi possit.

senescente] Nondum sedata ira. VULCAN.

subito] Codex Darmstattensis ubi tunc, contra metrum.

pastor] Meliorem lectionem, quam Grotius ad marginem rejecit, praetuli, adstipulantibus codicibus Monacensi (C), Darmstattensi, et Reichenauensi. Vulgo *plaustro*.

Canopos] Vide nostrum supra (§. 593. 608. 696) et infra (§. 838).

currus] Grotius edidit *cursus*, quod improbat Burmannus (anthol. Lat. II, p. 697 f.) et certe anteriores editiones habebant *currus*.

oblique] Alia lectio in margine est *obliquet*, contra metrum pariter ac sensum. De aequatoris et ecliptices circulis loquitur Martianus, quos medios culmina nectunt, id est qui in punctis aequinoctialibus cohaerent, licet ecliptice cum zodiaco obliquum situm habeat.

praestas] Id est: «tu melior, aptior es ad ludicra fingenda.»

ante poëtriam] Fortasse *artem poëticam*.

pistine Permessiaci gurgitis sitire fontes? Jamne fulgores praevides et vultus deorum? Sed ubi illud repente discessit, quod irrisoria semper lepidaque versutia inter insana semper deridebas vatuum tumores, dicabulis cavillantibus saeque contenta, nec minus poëtarum rhetorumque cothurno inter lymphatica derelicto; quod rabido fervebas cerebrosa motu, ac me Sileni somnum ridentem censorio clangore superciliosior increpabas? Ergone figmenta dimoveam et nihil leporis jocique permixti taedium auscultantium recreabit? Peligni de cetero juvenis versiculo resipisce, et ni tragicum corrugaris, ride, si sapis, 810 o puella ride! His me Saturaque mea alterna diutule objurgatione rixatis, aliam dotalium virginum Delius intromissurus egreditur. Et ecce globus quidam lucis aetherae, et concava perspicui ignis aggestio, ut apparebat, intra se quandam virginem claudens, miti vortigine sensim volutus illabitur. Quo candore luminis propinquantis plures irradiati refulsero divi, fatalesque maxime, quorum etiam habitus motusque et quidquid in his ignotum credebatur emicuit; tunc et ipsa extimi coeli contextio ejusdem lucis fulgoribus revibravit. Quo miraculo stupefacti aërii, terrestres, marinique divi, et si quos clausa tel-

Permessiaci gurgitis] Id est *Musarum*. Servius (ad Virgil. ecl. 10, 12): «Callimachus *Aganippen* fontem esse ait *Permessi* fluminis», unde et Claudianus (de laude Seren. 8):

«*Fons Aganippea Permessidos educat unda*
Bocotiae fluvium fuisse Heliconi vicinum ex Strabone (9, p. 407 Cas.) discimus. Alii *Parmessum* scribunt, quocirca Mützellius (de emend. Theog. Hesiod. p. 35) nihil dubitat, quin apud nostrum quoque ex antiquissimorum librorum fide *Parmessiaci* legendum sit.

vatuum tumores] Non dubito quin Persii (sat. 3, 1) potissimum locum Martianus respexerit:

«*Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces*» etc.

rabido] Sic Grotius; anteriores *rapido*, minus commode.

ergone] Reperi lectionem a Grotio in margine notatam, quae unice sensui convenit; vulgo *ergo nec*.

Peligni] Epigrammatographus:

«*Ride, si sapis, o puella, ride*

Pelignus, puto, dixerat poëta.»

GROT. — Epigrammatographi nomine Martialem (2, 33) intelligit, qui Ovidii patriae iterum (1, 62, 6) meminit verbis: «*Nasone Peligni sonant.*»

aggestio] Sic libro II de sphaera Lunae: «*tri-formis etiam discolorque vertigo terribili quadam majestate rutilabat; quae licet cornigera et aspera videretur aggestionibus*» cetera. GROT.

miti vortigine] Leni volatu. VULCAN. — Immo *rotatione*. Claudianus (in Eutrop. 2, 359):

«*Quis melius vibrata puer vortigine molli*
Membra rotet» cetera.

luris operiunt, Astraeamque Uranion certe Libyssam apparuisse rati, locum
 concessionis honoratissime praebuere. Et ecce subito prosilit quaedam gemmata, 811
 nec minus totis artibus decenter oculo. Huic sidereus vertex, vibrantesque
 crines; verum alae cum pennis hyalinis et volitandi per mundum remigia
 crebrius aurata crispantur. Gestabat in manu cubitalem fulgentemque men-
 suram, in alia librum, in quo praemetata divum itinera et cursus recursusque
 siderei cum ipsis polorum cardinibus praenotati ex metallis diversicoloribus
 apparebant. Quae ubi in medium quam pluribus sibi diis arridentibus venit,
 ceteris pulchritudinem splendoremque ejus admirantibus, ita coepit: Multae 812
 admodum rationis nec ejusdem despiciabilis temnendaeque contuitu me, si
 qua sunt industriae nostrae opera, convenerat reticere. Haec enim vere-
 cundae arbitror probitatis, motus cursusque proprios ipsis edisserere qui mo-
 ventur, docereque deos velle quod faciunt; tum etiam, quod per immensa
 spatia seculorum, ne profana loquacitate vulgarer, Aegyptiorum clausa
 adytis occulebar. Quippe quadringenta ferme annorum millia illic reverenti
 observatione delitui; atque utinam post diluvialis consternationis excursum,

Astraeamque] Forte si vestigia Basileensis liceat sequi: «Astraeamque, aut Uranion certe Libyssam apparuisse rati.» Astraea enim astris a quibusdam praesesse putatur, ut Uranie (quam ob Atlantem Libyssam vocat) coelo: idque nomina docent. Gnor. — Sed cur male edidit *astreantemque*? Anteriores enim editiones jam *Astraeamque* habebant, quod non nisi epitheton Uraniae esse superior locus (§. 28) docet, ubi legimus Uraniam prae ceteris Musis sibi attribuisse «*stellantis mundi sphaeram extimam.*»

oculea] Vide superiorem notam (ad §. 66), ubi etiam de hyalino colore, quem sequentia memorant, dictum est.

contuitu me] Forte ex lituris MS.: «Multae admodum rationis nec ejusdem despiciabilis temnendaeque *contuimine*, si quae: cet. Gnor. — Ipse

enim *contuitus* ediderat; ablativo restituto nihil difficultatis, opinor, manebit.

qui moventur] Alios *moverunt* legere margini Grotius adscripsit; at haec correctio est scioli, qui ignoraret Martiano deos ipsos pro sideribus sive astris esse (vide §. 93. 97. 125).

Aegyptiorum] De Aegyptiis astronomiae inventoribus vide quae alio loco (in palaeogr. erit. III, §. 154) disputavi; quibus adde Platonem (epinom. p. 986 Steph.).

quadringenta] Alii, teste Grotio in margine, *quadraginta*.

diluvialis] Imitatus nostrum Saxo Grammaticus (in praef. p. 4 f. Steph.) «post diluvialis inundationis excursum» scripsit. Ceterum apparet Martianum hic ad Platonis Timaeum (p. 22. 23) respicere, ubi non modo de diluviis antiquis, sed etiam de

Athenarumque urbem longa intercapedine restitutam, nullae me in Graecia terrestres illecebrae, nec jactantes crinitorum scopas palliolos non tegendam potius quam divulgandam cognovissent! Nunquam profecto itineris rationes reditusque vestri in notitiam hominum ac mortalium curarum illuviem per-
 815 venirent. Sed quoniam utcunque in Grajam notitiam errabunda perveni, sufficere oportuit quidquid ab Eratosthene, Ptolemaeo, Hipparcho, ceterisque vulgatum, ne me ultra loquendi necessitas ingravaret. Tamen quia me alumnantis erudientisque Cyllenii reticere non permittit officium, nostrique studii secreta discludere sollertia quoque nubentis invitat; apud vos, superi coelestesque, qui vestra recensēbitis meacula, non tacebo.

DE MUNDO.

814 Mundus igitur, ex quatuor elementis iisdemque totis in sphaerae modum

Athenarum antiquitate sermo est, quae vel ipsam Aegyptum aequet omnemque diluviorum memoriam longe superet; licet non eodem quo postea loco sed in Boeotia ad Copaidem lacum sitae fuisse dicantur, ubi quum Ogyge rege diluvio haustae essent, post longum temporis intervallum restitutas esse tradunt (conf. Strabo 9, p. 407 Cas. Pausan. 9, 24, 2. Müller Orchom. p. 129 seq.). Quod igitur alios legere in margini Grotius notavit *maternarum pro Athenarum*, nihil esse patet.

crinitorum scopas] Forte: «nec jactantes crinitorum scopae palliolis non tegendam» etc. Utinam, inquit, ne post diluvium quidem nullae me philosophorum (quos crinitos eleganter vocat) speculationes seu theoremata (*βροπαί*) cognovissent divulgandam potius quam palliolis (quibus utebantur sapientes) tegendam. Grot. — Locum impeditissimam integram servare quam corrigendo etiam magis turbare malui; praesertim quum in codicibus nihil praescripti sit, nisi quod Darmstadiensis *tegenula* et *divulganda*

exhibet. Sensum partim jam perspexit Grotius, in eo tantum lapsus, quod *divulgandam potius quam tegendam* dixit, quum Martianus *tegendam potius quam divulgandam* velit; quare si quid conjecturandum, *contegendam* legerim pro *non tegendam*.

Grajam notitiam] In editis additum erat *hominum*, ad quod Grotius: «Dele *hominum* cum MS. Error ex eo natus quod supra in *notitiam hominum* dixerit.» Omisi igitur illam vocem.

meacula] Recte sic margo Grotiana et codices Reichenauensis, Darmstadiensis, et Monacensis (C). Pessime in editis erat *metacula*. Oudendorpius (ad Appulej. I, p. 807) etiam rectam lectionem in vetustissimis reperiri codicibus testatur.

iisdemque totis] Huc pertinet in primis Platonis locus (in Timaeo p. 52): τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἐν ὅλον ἑκαθὸν εἰληχεν ἢ τοῦ κόσμου σύστασις· ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατος τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς· ἐξενέστηθεν αὐτὸν ὁ ξυνοβτός,

globatus, terram in medio imoque defixam aeternis coeli raptibus circumcurrens circulari quadam ratione discriminat. Quanquam auscultare physicis in ipso adstruendi limine non dedigner, qui subtilium corporum teneritudinem suis coactibus circumductam in quasdam sectas vias et circulorum intercapedines non aestimant disparari, sed suis fluctibus adhaerentes naturas undique-secus globoso ambitu orbibusque diffundi. Quarum circa medium, quod dixere centron, aquae primum, aërisque sequens, tertium ignis cyma commemorant; et tunc quinto quodam corporeae substantiae temperamento aethereos circumvolare fulgores, quo loco Solis Lunae ac siderum signiferique orbis se obliquitas circumducit, quod *κυκλοφορητικὸν κύμα* gymnasia retulerunt; cujus naturae

μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἐξωθεν ὑπολιπὼν κ. τ. λ.

globatus] Restitui anteriorum editionum lectionem; Grotius nescio unde *globatis*.

in medio imoque] Vide superiores notas (§. 584. 599).

discriminat] Conjicere quis possit *discriminatur*; sed recogitandum est eosdem in terra quos in mundo circulos a physicis statui.

fluctibus adhaerentes] In hanc sententiam disputat Aristoteles (de coelo 2, 8 sequ.). Plura dabit Achillès Tatius (ad Arat. 4 in Petav. Uranol. p. 126). Adde vitae Pythagorae scriptorem (p. 60 Rittersh.).

undiquesecus] Codex Ettenheimmünsteriensis *sectus*; perperam (§. 599. 601. 622. 724. 863).

commemorant] Sic codex Grotianus; vulgo *commemorat*.

tunc quinto] Vulgo *nunc*, quod correxi ex codicibus Ettenheimmünsteriensi, Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi altero (C); sed quod mox Ettenheimmünsteriensis praebuit *quinto loco quosdam*, librarii manum interpolatricem redolet.

κυκλοφορητικὸν κύμα] *Cido foreticus cyma*, locus corruptissimus. Neque quid haec mōnstra vo-

cabulorum velint scio, nisi conjunctis duobus prioribus, et *d* in *cl*, qui facilis lapsus fuit, commutato, ita legas: *cyclophoreticum cyma*, Graece *κυκλοφορητικὸν κύμα*. VULCAN. — Vir clarissimus B. Vulcanius legit *cydo foreticon cyma*, quicum consentit meus manuscriptus; quod ut intelligatur sciendum est physicos Graccos elementa *λεπτομερῆ*, ignem, aërem, aquamque, sed et ipsum aethera *κύματα* vocasse. Sic supra *ignis cyma commemorant* (ita enim ibi lego cum MS. non *commemorat*) quod et elegantissime observavit vir incomparabilis Hermolaus Barbarus. Voce autem *κυκλοφορητικῶ* utitur Athenagoras, et quisquis ille tandem est doctissimus libelli de mundo auctor. GROT. — Reichenauensis codex rectam praebet lectionem, tametsi Latinis scriptam literis, quam recepi. Idem est *κυκλοφορητικὸν βῶμα* apud Sextam Empiricum (hypotyp. Pyrrh. 3, 4, 51), ubi vide Fabricium (p. 136), quaeque nos ipsi pluribus locis de quinta essentia sive aethere ex mente Aristotelis disseruimus.

gymnasia] Id est *philosophorum scholae*, ut apud Ciceronem (de orat. 1, 15). Aristotelem enim notum est in Lyceō docuisse.

tranquillitas etiam illum extimum tenet ambitiosemque cursum, qui ex eo, 815 quod nullis sideribus occultatur, ἀναστρεος perhibetur. Si igitur sui similis omnis circumagentium naturarum ambitus reperitur, nulli possunt aethereum tractum circuli variare. Nos igitur circulos non ita dicemus, ut linquentis naturae discrimina corpulenta fingamus, sed ut adscensus descensusque ad nos errantium demonstramus. Neque enim vel axem polosque, quos in sphaera aenea, quae κρικωτή dicitur, ad intelligentiae compendia affixere mortales, ego robori mundanae rationis apponam, quum nihil solidius terra sit, quod eam valeat sustinere; deinde quum poli velut perforatae exterioris sphaerae cavernis

occultatur] Fortean *oculatur*. Sic supra: »nec minus totis artibus decenter *oculea*.« Sive quod astra oculis comparantur, ut quemadmodum Plinius lib. XXXIV capite octavo »statuam erectam *oculatissimo* in loco« testatur. GROTIUS. — Ingeniosa conjectura, praesertim quum aliis in libris legi videatur *occulatur*, ut ipse Grotius edidit; attamen antiquiorum editionum lectionem restituere non dubitavimus, quippe adeo elegantiosem, quum per *prolepsin* occultari dicatur, quae nullis sideribus illustratur.

ἀναστρεος] Ita et Aristides Quintilianus (de musica l. 5, p. 135 Meibom.): »Septem enim« inquit »planetis octavus est zodiacus; nona vero quae stellis carens (ἀναστρεος) sphaera appellatur.«

naturarum] Reposui ex antiquioribus, quod apud Grotium per errorem, ut videtur, in *naturam* corruptum erat.

linquentes] Salmasius (ad Solin. p. 825) corrigit *liquentis*, explicatque »*liquentem naturam* aetheream sive coelestem, in qua nulla corpulenta ac solida discrimina, ut sunt circuli qui in sphaera aenea quae κρικωτή dicitur, adfingi solent; sed invitis codicibus nihil mutato, neque mutari quidquam necesse erit, nisi *linquentis* id est *vacuae naturae* iterum per *prolepsin* dixisse Martianum conijciamus.

Potest tamen etiam vulgata ita explicari, ut *circulos discrimina corpulenta naturae linquere*, id est quasi naturam ipsam singularum sphaerarum discrimine dirimere intelligamus.

κρικωτή] Manuscriptus *tricote*, lego *cricote*. Aulus Gellius lib. 3, c. 10 de circulis quibusdam loquens ait: »sed eos in sphaera, quae κρικωτή dicitur, propter brevitate non inesse.« Dicta a κρίκος, quod circulum significat. Glossa: »Circulus, κέκλος ἢ κρίκος.« GROTIUS. — Ediderat scilicet *circite*. Sed codex Monacensis (C) habet *circote*, cujus lectionem omnibus illis meliorem recepi. Quod enim reliquis Graecis κρίκος, id Doriensibus κίρκος (v. Gregor. Corinth. de dialect. p. 360 Schaef.), neque reliquos Graecos eo abstinuisse ostendit Aeschylus locus (in Prom. v. 74): σκέλη δὲ κίρκωδον βία. Per multa esse verba, in quibus illarum literarum transpositio advertatur, Maittaire (de dial. Gr. p. 4) et Matthiae (in gramm. p. 40) ostenderunt, quorum exemplis addere licet *Corcodilus* et *Crocodilus*. Ceterum male codex Ettenheimmünsteriensis omisit vocem *aenea*; spectatur enim illa sphaera artificiosa ab Archimede inventa, de qua supra (§. 585).

sustinere] Egregie Manilius (1, 168) de terra: »Idcirco manet stabilis, quia totus ab illa

emineant, et hiatus quidam cardinesque fingantur, quod utique subtilibus aethereisque accidere non potuisse compertum. Sicubi igitur intelligentiae 816 edissertandique proposito vel axem vel polos vel circulos perhibebo, idealī quadam prudentia, non diversitate coeli discreta, sed spatiorum rationibus dispensetur; sicque habeatur quum evexum devexumque mundum dixerō, quum similis cunctis suis partibus sit, sublimeturque vel lateat pro conditione horizontis positioneque terrarum.

DE QUINQUE PARALLELIS.

Hoc igitur praemonito illud insinuo, quod quidam Romanorum, non 817 per omnia ignarus mei, stellas a stando, sidera a considendo, astra ab Astraero

*Tantumdem refugit mundus: fecitque cadendo
Undique ne caderet.* — — —

et paulo post (194):

• *Nec vero tibi natura admiranda videri*

Pendentis terrae debet: quum pendeat ipse

Mundus et in nullo ponat vestigia fundo.

Ita et Ausonius (ecl. 1, 29):

• *Telluris, medio quae pendet in aëre, libra est.*

Confer et Platonem (in Phaed. p. 109) et Cicero-
nem (de N. D. 2, 45).

aetherisque] Adjectum est *corporibus* in codice Ettenheimmünsteriensi, quod tamen quum glossematis speciem referat, recipere dubitavi. Consulto potius omisisse Martianus videtur, quum *aetheream* naturam a *corpulenta* sedulo distinguat. Neque in sequentibus erat, cur ex eodem illo codice reciperem sic igitur ubi, quod et ipsum pravae librarii sedulitati deberi videtur.

ideali] Similiter Manetho (apotelesm. 2, 50):

• *Τῶδέ τε πάντων εἰδί πανέξοχοι ἐντέα
κύκλοι*

*Δνώ μὲν προδιοπτοὶ ἡδ' ὀφθαλμοῖδιν
ὄρατοί.*

*Οἱ δ' ἄλλοι μήτι μερόπων παραπίδιν τε νο-
ητοί,*

*Ἐνθ' αἰδεῖς μὲν ἔαδιν ἰδ' ἐν φρεσὶ μῶνον
ὄρητοί.* cet.

Confer et Macrobiūm (in somn. Scip. 1, 15), Apulejum (de dogm. Plat. p. 290 Oud.), et Proclum (de sphaera c. 2 extr.): *μόνος γὰρ ἐν τῷ κύκλῳ κύκλος ἐστὶν αἰσθητὸς ὁ τοῦ γάλακτος, οἱ δὲ λοιποὶ λόγῳ μῶνον θεωροῦνται.*

dispensetur] Aliam lectionem *depensetur* Grotius in margine appósuit, sed pravam.

parallelis] Parallelos vocat circulos areticos, tropicos et acquinocbialem. Grot. — Plura dabunt Geminus (elem. astron. 4 in Petavii Uranol. p. 14 sequ.), Achilles Tatius (ibidem p. 145. 147 sequ.), Cleomedes (κνκλ. θεωρ. 2), Proclus (de sphaera 2), Macrobius (in somn. Scip. 1, 15), Hyginus (astr. 1, 6; p. 551 Munck.) cet.

quidam Romanorum] Varronem fortasse significat, licet in iis illius libris, qui ad nos pervenerunt, una tantum harum etymologiarum existet (de l. Lat. 6, 14; p. 76), ubi *sidera* dici vult quae *insidant*. Alteram communem habet noster

dicta fuisse commemorat, fabulosisque commentis Graji complevere coelum. Ego praecepta potius edisseram disciplinae, ac decem dici mundi circulos assevero; quorum alii paralleli, quos aequidistantes Latine possumus memorare, eosdem polos habent, quos ipse mundus. Poli enim sunt, qui a centro circuli linea usque in circumferentias ducta medietatis sectae mensuram aequa
 818 ratione discriminant. Verum ex parallelis primus is est, qui et semper apparens et contingens confinia finitoris nunquam mersus assurgit; qui septentrionalis circulus perhibetur ex eo, quod cum ceteris, quae prominentur,
 819 etiam gemina sidera Septentrionis includit. Secundus autem ex parallelis maximus solstitialis est, ad quem Sol aestivus accedens solstitii fine repulsus
 820 abscedit. Tertius aequinoctialis medius maximusque cunctorum, per quem Sol secundo, vel quum in aestivam flagrantiam surgit, vel quum in hiberna descendit, quadam mundi medietate pervectus mensuram noctis lucis aequa-
 821 litate compensat. Huic propinquus brumalis, in quem hiemali fine perveniens
 822 in aquilonem denuo repulsus assurgit. Quintus autem idemque ultimus au-

cum Isidoro (etym. 3, 71, 4), qui et ipse *stellas dictas* ait a *stando*, eo quod fixae stent semper in coelo nec cadant; *sidera* tamen idem a *considerando* potius derivat. Tertium *Astraeum* invenies apud Aratum (phaenom. 97):

— — ὄν ῥά τε φαβίν

Ἄστρων ἀρχαῖον πατέρ' ἔμμεναι —
 praecepte scilicet Hesiodo (theogon. 582). At longe aliam originem proponit Nicomachus (in manuali harmonices 1, 3, 4; p. 6 Meibom.), ab ἀστάτως nomen *astri* ducens, οἷον στάσεως ἐβτερημένος καὶ ἀεὶ θέων, παρ' ὃ καὶ θεὸς καὶ αἰθήρ ὀνοματοποιήται.

praecepta potius] Inverso ordine codex Ettenheimmünsteriensis, male; ut et in sequentibus commemorare pro memorare, et atque post linea perperam omissum.

quorum alii] «Circularum enim sphaerae», ut

Procli verbis utar, «alii paralleli sive aequidistantes sunt, alii obliqui, alii per polos ducti. Aequidistantes sunt, quibus iidem cum mundo poli sunt. cef.

fnitoris] Id est *horizontis*, de quo jam supra (§. 603). Ceterum Septentriones aequatorem versus vel infra horizontem mergi ipse noster in Geometria monuit (§. 694. 696).

Sol aestivus] Isidorus (etym. 3, 44, 2): «Secundus circulus ex eo θερυνὸς τροπικὸς dicitur, quia in eo circulo Sol aquilonis finibus aestatem faciens ultra eum circumulum non transit, sed statim revertitur, et inde tropicus appellatur.» Sed haec omnia ille pariter atque noster ex Gracis astronomis transtulit, quorum ipsorum paene in singulis verbis concentus est, quare exscribendis illis non praeter necessitatem immorabimur.

secundo] Vide ne bis scribendum sit, numeri nota a librariis male intellecta.

stralis quique antarcticus perhibetur; hic mersus ac vix altiore circuli extremitate horizontis defixa contingens tanti tamen spatii quanti septentrionalis circulus ratione monstratur, ei etiam invenitur oppositus.

DE COLURIS.

Consequens reor coluros demonstrare: quorum pars desuper, quaedam 825 alia in imo versatur occulta, de quibus non nescio scriptorum variare definita. Nam alii a septentrionali cardine in meridianum duci circulum perhibent, exindeque sub terras meantem denuo in arcticum apicem sublimari; alii vero contra a cardine meridiano inchoamenta circuli perhibentes, eundem per arcticum verticem unde ortus denuo retulerunt; qui quidem alium ab

horizontis defixa contingens] Africanum scriptorem cognoscas, cujus patria tam prope jam ad aequatorem accedat, ut sphaeram multo obliquiorem quam nos conspiciat; utque supra septentrionalem circulum horizontis confinia attingere dixit, ita consentaneum est oppositum quoque ad ipsum prope horizontem pertinere. Quanquam haud scio an non tam suae ipsius observationi, quam alii auctori haec omnia debeat, fortasse Aegyptio, unde omnem subtiliorem astronomiae notitiam ad veteres transiisse constat. Prorsus similiter Proclus: Ἀνταρκτικός δὲ ἐστὶ κύκλος — ἐφαπτόμενος τοῦ ὀριζοντος καθ' ἐν σημεῖον καὶ ὅλος ὑπὸ γῆν ἀπολαμβάνομενος.

coluros] Geminus (p. 19) et Proclus (c. 10) iisdem fere verbis: Διὰ τῶν πόλων δὲ εἶσι κύκλοι οἱ ὑπὸ τινῶν κολουροὶ προσαγορευόμενοι, οἷς συμβέβηκεν ἐπὶ τῶν ἰδίων περιφερειῶν τοὺς τοῦ κόσμου πόλους ἔχειν. Κολουροὶ δὲ καλοῦνται διὰ τὸ μέρη τινὰ αὐτῶν ἀθεώρητα γίνεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ κύκλοι κατὰ τὴν περιδτροφήν τοῦ κόσμου ὅλοι

θεωροῦνται· τῶν δὲ κολουρῶν κύκλων μέρη τινὰ ἐστὶν ἀθεώρητα τὰ ὑπὸ τοῦ ἀνταρκτικοῦ ὑπὸ τὸν ὀρίζοντα ἀπολαμβάνόμενα. Γράφονται δὲ οὗτοι οἱ διὰ τῶν πόλων διὰ τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν σημείων καὶ εἰς τέτταρα μέρη ἴσα διαιροῦσι τὸν διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλον. Adde Manethonem (2, 43):

•Τοὺς δὲ μέσους τέμνουσι δῶα κύκλοι ἄξι-
νος αὐτοῦ

Ἄκρης ἀρχόμενοι κορυφῆς· αὐτοὶ γε μὲν
ἄμφω

Ἄλλήλους ἄχρισ νοτίου τέμνουσι πόλοιο
κ. τ. λ.

et Macrobius (in somn. Scip. 1, 15): «Praeter hos alii duo sunt coluri, quibus nomen dedit imperfecta conversio. Ambientes enim septentrionalem verticem, atque inde in diversa diffusi, et se in summo intersecant, et quinque parallelos in quatuor partes aequaliter dividunt, zodiacum ita intersecantes, ut unus eorum per Arietem et Libram, alter per Cancrum atque Capricornum meando decurrat; sed ad australem verticem non pervenire creduntur.»

ortu circulum decussantes in quatuor quadras mundi ambitum discreverunt.

824 Verum ego, quod Hipparchus meus scriptorum veritate complexus, hos dico a signis zodiaci cycli venientes, et tam inter se secundo conjunctos, quam omnes parallelos angulis aequales persecantes in cardines pervenire. Nam unus ab Arietis octava parte natus ambito mundo per polorum vertices ad eandem recurrit; alius simili complexu mundum a Cancro exortus includit, quod planius postmodum faciemus.

DE OBLIQUIS.

825 Verum nunc obliqui sunt edicendi. Quorum signifer duodecim discrimibus interstinctus, ex parallelis duos solstitialem brumalemque contingens, aequinoctialem medium secat secundo, nec ad pares angulos aut findit aut
826 finditur; qui Soli Lunaeque iter praebet cum quinque sideribus. Galaxias

ambitum] Sic dedi ex codicibus Reichenauensi et Darmstattensi pro *ambitu*, quod in editis erat; non autem recepi *decursantes*, quod pro *decussantes* in margine Grotius notavit (vide supra §. 37 not.), neque infra *varietate* pro *veritate* ex eadem.

secundo] Grotius *secundae*, anteriores tamen editiones et codices longe plurimi *secundo* praebent, quod restitui, licet hic etiam temperare mihi nequeam, quin ut supra (§. 820) et infra (§. 825. 872) per librariorum errorem pro *bis* scriptum esse putem.

octava parte] Martianus *partes* intelligit, quos nos *gradus* appellamus. Delambre (l. c. p. 311) eum reprehendit in eo, quod Manethonem hic secutus sit neglecto Hipparcho, quem tamen suum appellavit. Varias astronomorum sententias circa puncta solstitialia et aequinoctialia in signis refert Achilles Tatius (p. 146 Petav.).

a Cancro] Alii codices, quos inter Monacensis (C) et Reichenauensis, *a Leone*; sed vulgatam

lectionem veriore esse, inferior locus (§. 853), quem respicit noster, docet.

nec ad pares] Sic margo Grotiana, et codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Monacensis (C); vulgo *nunc* sine sensu. Proclus (c. 11) et Geminus (p. 20): *λοξὸς δὲ κέκληται ὁ ζωδιακὸς κύκλος διὰ τὸ λοξῶς τέμνειν τοὺς παραλλήλους κύκλους*, id est ex Linacri interpretatione: «quod acquidistantes ad *inaequales angulos* intersecet.» Obliquitatem autem zodiaci mature veteribus innotuisse constat, cujus inventionis laudem alii ad Pythagoram, alii ad Anaximandrum (Plin. hist. nat. 2, 6), alii ad Oenopidem Chium (Plut. plac. phil. 2, 12; Macrobian. Saturn. 1, 17) referebant, ut taceam anonymum vitae Pythagorae scriptorem (p. 61 Rittershus.), qui Aristotelem demum eam reperisse tradit.

Galaxias] Viam lacteam inter maximos circulos olim relatam esse multi veterum loci ostendunt. Macrobius (in somn. Scip. 1, 15): «Est autem

verò lacteus obliquorum multo majore ambitu porrectus etiam visibus approbatur. Nam confinio septentrionalis circuli natus, in finitorem antarcticae regionis acclinans, paene totum videtur permeare coelum; quem quidem mihi desipere videntur qui circulum negaverunt. Superest jam unus e circulis, quem quidem, quod locis momentisque omnibus variatur, dubito quid appellem. Hic tamen novissima supernaque discriminans, atque undique in superficiem telluris lineae flexu ambientis incumbens, horizon vel finitor perhibetur.

DE SEPTENTRIONALI CIRCULO.

Sed quoniam expositi circuli breviter claruerunt, nunc eorum spatia, 827

lacteus unus e circis qui ambiunt coelum et sunt praeter eum numero decem — de hoc lacteo multi inter se diversa senserunt, causasque ejus alii fabulosas, naturales alii protulerunt. Philosophorum de eo placita exstant apud Aristotelem (meteor. 1, 8), Plutarchum (3, 1; p. 892), Stobaeum (ecl. 1, 28; p. 573 Heer.); nos hic Proclum potissimum audiamus (de sphaera 18): *λοξὸς δὲ ἐστὶ κῶκλος καὶ ὁ τοῦ γάλακτος· οὗτος μὲν οὖν μείζονι πλάτει λελόξωται τῷ τροπικῷ κῶκλω, συνέβηκε δὲ ἐκ βραχυμερίας νεφελειδούς, καὶ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ μόνος θεωρητός· οὐχ ὠριβταὶ δὲ αὐτοῦ τὸ πλάτος, ἀλλὰ κατὰ μὲν τινα μέρη πλατότερός ἐστι, κατὰ δὲ τινα στενότερος, δι' ἣν αἰτίαν ἐν ταῖς πλείτταις θφαίραις οὐ καταγράφεται ὁ τοῦ γάλακτος κῶκλος· ἐστὶ δὲ καὶ οὗτος τῶν μεγίστων κῶκλων, μέγιστοι γὰρ ἐν θφαίραις λέγονται κῶκλοι οἱ τὸ αὐτὸ κέντρον ἔχοντες τῇ θφαίρα. Adde Aratum (468), Manethonem (2, 53), Isidorum (etym. 3, 46; p. 152 Arev.), inque primis Hyginum (poët. astr. 1, 6; p. 351 Munch.): «Qui lacteus vocatur, contrarius aequinoctiali, ubi oportet ut eum medium dividere*

et bis ad eum pervenire videatur, semel in eo loco ubi Aquila constituitur; iterum autem ad ejus signi regionem, quod *Προκόων* vocatur. Duodecim signorum partes sic dividuntur: quinque circuli, de quibus diximus (paralleli), ita ut unusquisque eorum dividatur in partes duodecim, et ita ex eorum punctis lineae perducantur, quae circulos significant factos, in quibus duodecim signa describantur. Nonnulla et ipse noster supra (§. 97. 207) et infra (§. 835).

quid appellem] Lege *qui appellem*. GROTIUS. — Grotii mentem profecto non intelligo; ambigit Martianus, quid eum circulum esse dicat, qui, ut ait Macrobius (l. c. 1, 15), certum locum habere non possit, sed pro diversitate circumspicientis habitantisve varietur, neque ultra quadringenta stadia, si Proclum sequimur (de sphaera 13) idem maneat.

horizon vel finitor] Alios interserere *vel oriens* margini Grotius adscripsit, quod et in anterioribus editionibus et in codicibus Reichenauensi et Ettenheimmünsteriensi legitur; sed rectius Grotius omisit, quum omni sensu careat nec nisi ex male intellecta voce *ὀρίζων* per *διπτογραφίαν* ortum esse videatur.

unde primo coeperam, perhibebo. Ac prius ad septentrionalis circuli redeam granditatem; in quo more geometrico duo primo signa composui ad circulum perducendum, id est unum quod centrum, aliud quod peripheriam demonstraret. Itaque in ipso mundi cardine posui clarius sidus, atque ab eo ad Draconis caput, quod jam notaveram usque ad finitoris circulum pervenire, lineam duxi; quam postea manente centro mente circumagens circulum designavi, atque ab omni parte spatium aequale complexa per haec sidera peripheria circumducta pervenit: a capite Draconis et dextro pede ejus qui appellatur Engonasis ad medium Cephei pectus, tunc ad pedes priores majoris Ursae, inde rursus ad Draconis caput.

DE SOLSTITIALI.

828 Huic circulo confinis solstitialis, quem itidem lineari dimensione a cardine mundi in octavam Cancri partem ducta, quo Sol accesserat solstitio, reperimus eundem circulum ambitu potiore per haec tamen signa curvari: incipit ab

coeperam] Grotius in margine: »al. *conceperunt*.
Non necesse.

lineam duxi] Lege cum MS. *lineam dixi*. Grot. — Fefellit Grotium prava distinctio, qua *pervenire* cum verbo *dixi* jungendum arbitraretur; qua correctae omnia jam plana vulgatamque unice sanam esse apparebit.

peripheria] Sic codices Grotianus et Ettenheimmünsteriensis; vulgo *per sphaeram*.

a capite Draconis] Hyginus (astr. poet. 4, 6; p. 468 Munck.): »Arcticon igitur orbem sustinet caput Draconis cum reliqua corporis parte; Cepheus autem pectore suo circulum jungit. Eodem orbe nituntur et pedes majoris Ursae, praeterea sedile Cassiopeiae cum pedibus ejus nititur ipsi circulo, sinistro pede genuque dextro et pedis prioribus digitis ejus qui Engonasin vocatur; et manus

sinistra Bootis exteriori parte circuli convenit conjuncta.»

ambitu potiore] Codices Monacensis (C) et Darmstattensis *potiore*, cui Ettenheimmünsteriensis adjungit *porrectum*, ut supra (§. 826); sed haud scio an haec mera correctio sit a librario profecta.

per haec] Vide Aratum (480) et Hyginum (4, 2; p. 465): »In aestivo circulo haec signa sive partes eorum conspiciuntur: capita Geminorum, Aurigae genu utrumque, Persei crus et humerus sinister; Andromeda autem a pectore sed manu sinistra dividitur — Praeterea in eodem circulo pedes equi Pegasi positi videntur, et caput a reliquo corpore dividitur Oloris — Ophiuchus humeris ut circulum sustinere videtur; Virgo prope contingens a capite inter hunc et aequinoctialem circulum collocata est — Leo a pectore ad lumbos dividitur, ut

octava parte Cancri, cujus omne corpus in longitudinem secatur, ad Leonis pectus ac ventrem; inde ad Ophiuchi humeros, deinde ad caput Cygni, deinde ad ungulas Equi, ac protinus ad dextram Andromedae manum, deinde ad sinistram Persei. crux ejusdemque sinistram humerum, inde ad utraque Heniochi genua, et proxime ad Geminorum capita, a quibus rursus ad octavam Cancri ipsius partem.

DE AEQUINOCTIALI.

Aequinoctialis demum circulus bis ad mensus a poli termino circum- 829 actus, tam in Arietem quam in Libram linea permeante, per haec signa circulum cludit: ab octava parte Arietis per totum corpus ejusdem ad reductum Tauri pedem, inde ad mediam Orionis alvum, deinde per edictas curvationes Hydri Crateraque et Corvum ad octavam Librae partem inter duas lucidas signi illius stellas; inde ad utraque Ophiuchi genua, ac tum per Aquilam ad Pegasi caput, a quo rursus ad octavam Arietis partem.

DE BRUMALI.

Brumalem vero circulum similiter signo in octava Capricorni parte defixo 850 per haec meare comperimus: ab octava parte Capricorni per totum corpus

caput ejus et corporis superior pars inter hunc et arcticum circulum videatur — Cancer autem sic dividitur medius, ut inter duos oculos ejus circulus trajectus existimetur.

cludit] Sic codices Monacensis (C) et Darmstattensis; vulgo *includit*, codex Ettenheimmünsteriensis *concludit*, quod correctionem olet.

Arietis] Hyginus (4, 3; p. 465): «Secundus ab aestivo aequinoctialis est circulus, in quo haec signa et partes eorum perspicui possunt: Aries totus omnibus pedibus innixus videtur — — in eodem Tauri genua ut fixa perspiciantur, etsi nonnulli ita

finxere, ut uno genu, hoc est dextro nixus sinistro prope contingere videatur — in eodem circulo zona Orionis, ut ipso circulo praecinctus existimetur; Hydra flexu a capite primo, ut cervicibus erectis Cancrum attingere videatur, et ex inferiore corpore Hydrae Crater cum Corvo velut fixus esse circulo conspicitur. Item paucae stellae Chelarum eodem adjunguntur; Ophiuchi genua eodem circulo a reliquo corpore dividuntur; Aquila sinistiore penna paene contingens figurata est, eodemque circulo caput Pegasi cum cervicibus nititur.

per haec meare] Hyginus (4, 4; p. 467): «Me-

ejus ad pedes Aquarii; inde ad Ceti ultimam caudam, ac dehinc ad Leporem prioresque Caniculae pedes; inde per Argo tergusque Centauri ad Scorpionis aculeum, deinde per Sagittae ultimam partem ad octavam Capricorni partem circulus revocatur.

DE ANTARCTICO.

851 Ultimus ex parallelis, qui vocatur antarcticus, tantundem spatii quantum septentrionalis includit. Quem quidem meantem, quibus sideribus circuletur, ego poteram memorare; neque enim mihi ulla coelestis globi portio habetur incognita; sed quoniam per ignota superioris partis visibus hominum distenditur, dicere praetermitto, ne incompta falsitatem admiscere videatur assertio.

ITEM DE COLURIS.

852 Melius coluros demonstramus, licet ipsi quoque aliquid curvationis ab-
dentes non se totos visibus repraesentent, tamen quia conjectura non errat, poterunt demonstrari. Atque ita eorum primus, qui ab aequinoctiali parte sumit auspiciam, ab octava Arietis parte contingens ultimum Deltotos angulum, ac mox summum contingens Persei caput dextrumque ejus brachium, proxime manum secans per septentrionalem circulum ad cardinem mundi pervenit; a

dium Capricornum dividens et pedes Aquarii per caudam Pisticis ut trajectus videtur; dividit etiam Leporem fugientem a cruribus et quadam parte corporis, et Canis sequentis pedes, et Navis ipsius puppim, Centaurique cervices ab reliquo corpore dividit. Scorpionis extrema cauda, quod acumen vocatur, eodem circulo conjungitur; Sagittarii arcus eodem orbe deformatur.

quibus sideribus] Nonnulla commemorat Hyginus (4, 6; p. 469): »Ad antarcticum autem circulum pervenit extrema navis Argo, pedesque Centauri posteriores adjunguntur; priores autem prope con-

tingere et Ara videtur prope affixa, Eridanique fluminis extrema significatio.»

per ignota] Reperi lectionem a Grotio in margine notatam, ad stipulantibus codicibus Reichenauensi et Ettenheimmünsteriensi; vulgo *per ignotas superiores partes visus*, quod corrigendum vidit et Bondamus (var. lect. p. 60).

abidentes] Grotius nescio unde *addentes*, quod falsum esse apparet (§. 825).

Deltotos] Lege *Deltoton*. Sic in Geometria *Isthmou* legendum docuimus et infra *Diarhodou*. Gaor. — Equidem ut supra (§. 653) *Isthmos ser-*

quo per caudam Draconis ad sinistram Arctophylacos proximeque ad Bootis stellam ductus dextrum Virginis pedem sinistramque contingit, in quo octava pars Librae est; unde ad dextram manum Centauri, qua pantheram tenet, divisus haud procul ab eo loco, quo sinistram Centauri unguam tetigit, in regionem inconspicuae nobis partis obruitur; unde emersus infra Cetum per corpus ejus aversique cervicem ad caput atque inde ad octavam partem Arietis redit. Alter autem colurus, qui etiam tropicus dicitur, ab octava parte Cancri 853 consurgit ad sinistram ex prioribus Ursae pedem per ipsum pectus ejus cervicemque; inde ad cardinem pervenit mundi, at inde per clunes minoris Ursae et bis per Draconem ad sinistram alam Cygni cervicemque perductus ultimum Sagittae spiculum et proxime rostrum Aquilae contingit, a qua ad octavam partem Capricorni descendit; inde haud procul mersus in regionem inconspicuam infra Argo resurgit, cujus et gubernaculum et rectam puppim secans ad octavam partem Cancri redit.

DE SIGNIFERO.

Duos jam superesse circulos dubium non habetur, quos quidem obliquos 854

vari, ita et hic codicum lectionem deserere nolui, qui Martiani quoque error esse poterat.

contingens Persei] Codex Ettenheimmünsteriensis omittit vocabulum *contingens*, fortasse quia jam antea legebatur; sed quum in his descriptionibus astronomicis summa perspicuitate opus sit, ut appareat utrum circulus, de quo agitur, *contingat* tantum an *secet* aliquod sidus, Martianus consulto verbum iterasse videtur.

Bootis stellam] Arctophylax hic a Bootis stella discernitur, quod quo pacto fieri potuerit ignoro. Cicero (N. D. 2, 42):

• Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes. •

Fortasse *Booten* dixit qui alias *Arcturus* appellatur, maximam Arctophylaxis stellam, quum proprie

Arcturus et Arctophylax non magis diversi fuerint, quam Arctophylax et Bootes. Conf. J. H. Vossium (ad Aratum 91), nostrumque infra (§. 838).

inconspicuae] Veram lectionem anteriores jam habebant, unde Grotius suam correxit; sed cur perperam edidit *conspicuae*? Eadem res infra (§. 833):

at inde per clunes] Codex Ettenheimmünsteriensis *ac*, quod tamen aequè recipere dubitavi, atque infra *ductus* pro *perductus*, mox *Aquilae rostrum* pro *rostrum Aquilae*, et *inde ad octavam* pro *a qua*; pariterque causam non vidi cur lectiones a Grotio in margine notatas *et inde* pro *et bis*, et *verticesque* pro *cervicemque* vulgatis praeferrem.

rectam puppim] Alii, teste Grotio in margine, *erectam*, haud male, nisi is potius sensus esse videretur, colurum puppim *recto angulo* secare.

dici superius memoravi. Quorum unus signifer non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium comprobatur; quem quum in duodecim spatia discernere, singulis triginta partes non nescia rationis adscripsi. Verum ejus latitudinem circuli tetendi in duodecim portiones, ut tantundem spatii habeat latitudo, quantum longitudini duodecim partes attribuunt; quod cur factum sit, facile est loco eo, quo de Sole loqui coepero, demonstrare, qui per
 835 mediam circuli ejusdem lineam solus fertur. Cujus circuli ambitum per duodecim signa admodum clara circumagi dubium non habetur. Nam galaxias

signifer] Proclus (de sphaera 11): *λοξός δέ ἐστι κύκλος ὁ τῶν δώδεκα ζωδίων, αὐτὸς δὲ ἐκ τριῶν κύκλων παραλλήλων συνέβηκεν, ὧν οἱ μὲν τὸ πλάτος ἀφορίζειν λέγονται τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὁ δὲ διὰ μέσων τῶν ζωδίων καλεῖται· οὗτος δὲ ἐφάπτεται δύο κύκλων ἴσων καὶ παραλλήλων, τοῦ μὲν θερινοῦ τροπικοῦ κατὰ τὴν τοῦ καρκίνου πρώτην μοῖραν, τοῦ δὲ χειμερινοῦ τροπικοῦ κατὰ τὴν τοῦ αἰγοκέρωτος πρώτην μοῖραν· τὸ δὲ πλάτος τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ἐστὶ μοῖραι δώδεκα.* Plura de zodiaco in Palaeogr. crit. Vol. III et IV exposui.

feci] Ita anteriores editiones: perperam Grotius fecit.

latitudinem] Manilius (astron. 1, 679):

•*Et ter vicenas partes patet atque trecentas*

In longum; bis sex latescit fascia partes.•

Adde Hyginum (poët. astr. 4, 5 extr.): •*Priores enim astronomici quum omnes res ad duodecim partes revocarent, ut menses et horas et latitudinem signorum, itaque et signa, per quae res omnes significantur, duodecim voluerunt esse.*•

galaxias] Clarius ejus cursum exposuit Manilius (astron. 1, 682 sequ.):

•*Alter in adversum positus succedit ad Arctos,
 Et paulo a Boreae gyro sua fila reducit,*

*Transitque inversae per sidera Cassiepieae;
 Inde per obliquum descendens tangit Olorem,
 Aestivosque secat fines Aquilamque supinam
 Temporaque aequantem gyrum zonamque ferentem
 Solis equos, inter caudam qua Scorpius ardet,
 Extremamque Sagittari laevam atque sagittam;
 Inde suos sinuat flexus per crura pedesque
 Centauri alterius, rursusque adscendere coelum
 Incipit Argivamque ratem per aplustria summa
 Et medium mundi gyrum Geminosque per ima
 Signa secans subit Heniochum, teque unde
 profectus,*

Cassiepiea, petens super ipsum Persea transit.•

Adde Hyginum (4, 7): •*Reliquum est nobis definire quem supra lacteum orbem demonstravimus. Ipse enim dividit Oloris extremam sinistram pennam, quae extra aestivum pervenit finem; deinde transit manum dextram Persei, et ab humero sinistro Arcturae perveniens sub manum ejus dextram et Geminorum genua et pedes ejus signi quod Procyon vocatur; hic dividens aequinoctialem et aestivum circulum tangit extremum finem mali qui in Argo nave defixus videtur; deinde rursus revertens genua Centauri dividit a reliquo corpore et extremam caudam terminat Scorpionis et arcum medium Sagittarii et Aquilae dimidiam partem, per ejus transiens pennas.*•

non magis ratione quam oculis approbatur; cujus ultra regulam et plerumque deficiens latitudo a Cassiopeae astro in Scorpionis aculeum longitudine compensatur.

DE HORIZONTE.

Superest circulus solus finitor, qui ex eo, quod semper surgentis demerentisque mundi diversitatibus varietur, certum astrorum ordinem non poterit retinere. 836

QUID SIT SPATII INTER CIRCULOS.

Jam nunc inter circulos universos quid interstitii vel spatii intercapedo naturalis immiserit, aequum explicare. Nam inter septentrionalem circumulum, quem in spatia octo resecavi, et inter solstitialem interpatet tantundem, quantum interest inter octo et sex. Nam idem interjectus spatiis similibus continetur in quo fit, ut major sit circulus ab eodem interjectu pari spatio et ejusdem tertia portione. Alia intercapedo inter solstitialem aequinoctialemque circulos 857

longitudine] *Latitudine*, quod legitur in editis, apertum esse videtur mendum; veram lectionem codex Ettenheimmünsteriensis praebuit, quam ut intelligas, tenendum est dimidiatam tantum circuli longitudinem apparere. Possit tamen fortasse vulgata quoque defendi Achillis Tatii loco (isag. in Aratum c. 23, p. 144 Petav.), ubi pariter zodiaci *latitudo* (πλάτος) appellatur τὸ ἀπὸ αἰγιοκέρωτος μέχρι καρκίνου διάστημα, quibus verbis ipsa ejus dimidia pars significatur; cui adde Geminum (p. 28 Petav.).

immiserit] Sic pro *immerserit*, quod nihili est in editis, margo Grotiana codicesque Reichenauensis, Ettenheimmünsteriensis, et Darmstattensis. Praeterea paulo post in Ettenheimmünsteriensi legitur *aequum est* pro *aequum* in editis, cujus tamen mutandi causa non erat.

inter octo et sex] Praepositionem a Grotio neglectam ex anterioribus editionibus, adstipulantibus etiam codicibus omnibus, restitui. Ceterum diversa haec Martiani ratio est a reliquis, qui quum meridianum circumulum in sexaginta partes dividant, senas partes inter polos et circulos polares, quinas inter polares et tropicos, quaternas inter tropicos et aequinoctialem constituunt; ut Manilius (1, 365 sequ.), Achilles Tattius (isag. in Arat. p. 150 Petav.), Proclus (de sphaera 9), Hyginus (astr. poët. 1, 6; p. 549 sequ.), atque etiam Pseudo-Hipparchus ad Aratum (p. 265 Pet.), qui trecentas sexaginta partes facit; ex Martiani ratione hemisphaeriis singulis tricenae senae, universo igitur meridiano septuaginta duae partes tribuuntur.

interjectus] De hoc vocabulo vide Stephanium (ad Saxon. p. 19).

minor est a superiore interjectu, quantum quatuor numeri ad sex; ab aequinoctiali ad brumalem similis; a brumali autem ad austrinum talis est, qualis illa, quae inter septentrionalem solstitialemque circulos interjecta; circulusque ipse austrinus tantum habet ad cardinem suum, quantum septentrionalis ostendit.

DE FIXIS SIGNIS.

838 Peracta jam spatiorum circulatorumque breviter ratione, cetera quae appellantur inerrantia percurramus. Dubium enim non est triginta quinque signis omne coelum splendescere, nisi forte velit quis eorum gestamina sociare, licet animalium vocabulis censeantur; ut capram, quae Heniocho superposita, aut haedos qui ejus humeris sustententur, vel serpentem quem Ophiuchus tenet, aut pantheram quam Centaurus gestat, quae sidera velut partes ha-

similis] Codex Ettenheimmünsteriensis addit *proportio*, quo tamen additamento facile superse- demus, si *intercapedinem* ex antecedentibus re- petimus.

austrinum] Alios et hic et ubique *australem* legere Grotius in margine notavit; sed utroque pa- riter optimi auctores utuntur.

spatiorum circulatorumque] Codex Ettenheimmün- steriensis inverso ordine: *breviter spatiorum cir- culatorumque*; moxque *totum coelum pro omne*.

inerrantia] Ita jam Cicero appellavit quae Graece ἀπλανεῖς dicuntur (N. D. 2, 21), ne ambiguita- tem formae Martiani culpae tribuas.

triginta quinque] Hyginus pariter atque per- sonatus Eratosthenes in Catasterismis quadraginta duo numerat, comprehensis nimirum zodiacalibus, quae noster seorsim habet, ut triginta tantum prae- terea relinquuntur. Corvum videlicet et Cratera cum Hydro jungit, Coelulum autem sive Coronam australem prorsus omittit; plures nec ipse noster habet, nec unde triginta quinque absolvam scio.

nisi Aquam addiderim et Canopum, quae extremo posuit, sed ut ipse partes potius signorum quam signa ipsa esse intelligeret. De reliquis, nisi quid peculiariter monendum fuerit, lectores commode ad illorum alterutrum praeterea ad Aratum atque Manilium ablegabimus.

velit quis] Ita codices Ettenheimmünsteriensis et Grotianus pro *velit quisque* in editis.

capram] Apud Grotium errore expressum erat *capra*, quod correxi. Ceterum confer Geminum (elem. astr. c. 2, p. 13 Petav.): ὁ δὲ ἐν τῷ ἐνω- νόμῳ ὤμῳ τοῦ Ἡνιόχου κείμενος λαμπρὸς ἀστὴρ Αἰξ προβαγορεύεται· οἱ δὲ ἐν ἀκρᾷ τοῦ αὐτοῦ χειρὶ κείμενοι ἀστέρισκοι δύο Ἐρι- φοὶ καλοῦνται.

pantheram quam] Sic codex Ettenheimmün- steriensis; vulgo *quem*, quod *panthera* antea scribi postulare. Ceterum simpliciter *θηρίον* appellat Aratus (phaenom. 441), unde *bestiam* Vitruvius (9, 4 s. 7); Hyginus autem (2, 38. 3, 37) *hostiam*, quam supra aram tenens immolare videatur. Adde

bendae sunt potiorum. Haec igitur quinque et triginta signa circuli interjacentis ambitu discernuntur: nam alia sunt aquilonia, alia austrina; a regione quippe zodiaci quae Septentriones versus depicta sunt aquilonia perhibentur, interius autem numerantur austrina. Aquilonis igitur habent partem utraque Septentrio, Draco qui inter utramque flexuosus illabatur, Arcturus quem alii Booten appellant, Corona Ariadnae, Nisusque quem alii Engonasin dicunt, Lyra, Cygnus, Cepheus, Cassiopea, Perseus, Deltoton, Heniochus, Andromeda, Pegasus, Ophiuchus, Delphinus, Aquila, Sagitta. Austrina autem haec sunt: Hydrus, Crater, Corvus, Procyon, Orion, Canicula, Lepus,

Eratosthenem (cataster. 40): ἔστι δὲ τὸ θηρίον ἐν ταῖς χερσὶ πλησίον τοῦ θυτηρίου, ὃ δοκεῖ προσφέρειν θύδων — — τινὲς δὲ ἀδύον φαδιν αὐτὸ εἶναι οἶνον, ἐξ οὗ σπένδει τοῖς θεοῖς, quocumque convenit scholiastae ad Germanici vel Caesaris Domitiani Arateorum fragmenta.

nam alia] Eandem distributionem invenimus apud Geminum (p. 12 Petav.), Vitruvium (9, 3 et 4), Manilium (1, 348 sequ.), alios, quos enumerare longum est.

interius] Legendum videri possit *inferius*, nisi sphaeram artificiosam ante oculos habuisse Martianum appareret, cuius notum est alteram partem semper eminere, alteram recedere et quasi delitescere.

Nisusque] Lege *Nirusque* cum MS. meo et membranis. *Nixus* est ὁ ἐν γόναδιν, ὁ γνῶξ Arato. Manilius *nixam* genu speciem appellat. Apud Vitruvium male *Nessus* legitur, emenda *Nixus*. *Gnixum* a generibus (hoc est *genubus*, sic Cicero:

•Quae genus ad laevam Nixi delapsa resedit•)

diei Festus testatur: nos literam unam elidimus, ideoque Arnobius, Appulejus aliique *genu nixum* dixere, sive a *nitendo*, sive a Graeco γνῶξ. Ci-

cero etiam in loco citato *Nixum* simpliciter dixit de eodem astro. GROT. — Monacensis (C) quoque *Nixus*, Darmstattensis *Nixos*; vulgatam tamen mutare nolui, quia utraque participii forma pariter in usu est, adeoque *nixus* praefert Drackenborechius (ad Silium 2, 123), alteram *nixus* antiquam et obsoletam habitam esse probans ex Servio (ad Aeneid. 1, 144), cui tamen obloquitur Orellius (ad Cic. orat. pro Plancio c. 27, p. 159).

Cygnus] Correxī quod apud Grotium scriptum erat *Sygnus*, quum anteriores editiones omnesque scripti libri veram praebeant lectionem.

Hydrus] Aratus (443) Ὑδρην, Cicero (453) et Hyginus (2, 40 et 3, 39) *Hydrum* hoc signum appellant; at Geminus (2, p. 13), ut noster: Ὑδρος, Κρατήρ, Κόραξ, pariterque Hipparchus (ad Aratum 2, 1; p. 258 Petav.) et alii.

Crater] Alios *cratera* ubique scribere Grotius in margine notavit; qua de forma vide quae supra monui (ad §. 31) in voce *bupaeda*.

Procyon] Cicero (in Arateis 466):

•Antecanis, Grajo Procyon qui nomine fertur.•

Accuratius tamen Geminus signum distinguit a stella splendida, quae in ipso cernatur eodemque nomine *Procyon* dicatur.

Eridanus qui ab Orionis pede defluit, Cetus, Centaurus, navis Argo, Piscis austrinus, Coelulum, Ara. Nam et aquam, quae ex cratere Aquarii fluit, melius partem signi credimus, et stellam, quam quidam Canopum, quidam Ptolemaeum appellant, quae superioribus inconspicua in confinio Alexandriae 839 incipit apparere, ut partem Eridani fluminis aestimabo. Haec discernit zodiacus, qui quidem aequales duodecim signorum integrat portiones, sed undecim habet signa; Scorpius enim tam suum spatium corpore quam chelis

Coelulum] In Glossis est: «Caelulum thuribulum a caelando», sed male, nam ara et thuribulum idem sunt. GROT. — A nonnullis anteriorum editionum abest, fortasse quia eodem errore cum Ara confunderent; sed recte Munckerus (ad Hyginum p. 412) monet *Coelulum* Latine dictum esse quem Graece a nonnullis *ὐρανίσκον*, ab Hipparcho autem *Caduceum* appellari Geminus doceat, nimirum *Coronam austrinam*, quam plerique ante pedes Sagittarii ut ludentis abjectam videre sibi visi sunt; de qua conferri jubet Scaligerum (ad Mauilium p. 411) et Theonem (in Aratum p. 51 ed. Lond.). Vide etiam infra (ad §. 842).

aquam] Geminus hanc quoque inter signa austrina proprio loco numerat.

quidam Canopum] Non *quidem*, ut in editis, codices praebent Ettenheimmünsteriensis, Reichenauensis, Monacensis (C), et Darmstattensis. Ipsius stellae supra jam (§. 593. 608. 696.) saepius mentio facta est; adde Vitruvium (9, 4 s. 7): «Hujus autem rei index est stella Canopi, quae his regionibus est ignota, renunciantibus negotiatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones proximasque ultimis finibus terrae terminationes fuerunt»; et Lucanum (8, 181):

— — «inde Canopos

Excipit australi coelo contenta vagari,

Stella tinens Borean. —

Ptolemaeum tamen qui praeter nostrum appellatum referat, non novi; neque Eridano, sed Argo navi annumerat Geminus: ἐν ἄκρῳ τῷ πηθαλίῳ τῆς Ἀργοῦς κείμενος λαμπρὸς ἀστὴρ Κάνωβος ὀνομάζεται.

chelis] Id est *brachiis* sive *forcipibus* suis, quare minuscula initiali exprimendum curavi; nominis enim vim postea demum habet, ubi Martianus, quam nos *Libram* dicamus, Grajos quosdam *Chelas* dixisse narrat; nunc illud tantum vult, Scorpium et suum spatium (in zodiaco) corpore, et Librae (spatium) chelis suis occupare, certe majorem ejus partem, nam superioris Librae partis nonnullas stellas ab aliis ad Virginis pedes referri. Notum enim est multos Libram omnino non numerasse inter signa zodiaci, quorum noster quoque partes sequitur, dum undecim tantum signa statuit, pariter ut Hyginus (poët. astr. 4, 5): «etsi nulla sunt signa *duodecim* sed *undecim* ideo quod Scorpio magnitudine sui corporis duorum locum occupat signorum, e quibus prior pars *Chelae*, reliqua autem Scorpio vocatur.» Unde Manetho (apotel. 2, 136):

Χηλαὶ θ' ἄς καὶ δὴ μετεφήμιβαν ἀνέρες
ἰροὶ

Καὶ Ζυγὸν ἐκλήϊσσαν ἐπεὶ τ' ἐτάνυθ'
ἐκάτερθεν,

Οἷαι περ πλάστιγγες ἐπὶ ζυγοῦ ἐλκομένοιο:

occupat Librae; cujus superiorem partem pedes Virginis occupant, majorem vero Scorpius; denique Chelas, quam Libram dicimus, quidam dixere Graji. Horum ergo signorum duodecim nomina, quod vulgo nota sunt, praetermitto.

• QUOD DIVERSIS CIRCULIS DISTRIBUANTUR QUORUNDAM PARTES SIGNORUM.

Intelligo ordinis hoc fuisse, ut quo circulo spatiosae quae signa sint de- 840 monstrarem; sed et magnam partem adstructionis exquirat contra propositum brevitatis, et quod mediatenus tertiave parte quaedam signa defixa circulis diversis sua membra discerpant, hanc obscuram caliginem derelinquo. Quippe, ut cetera transeamus, manus interior Arcturi intra septentrionalem circulum ponitur, reliquumque corpus parti alteri deputatur; Cephei corpus mediatenus septentrionali, thorace partito et diversis circulis attributo; Nisus vero si-

et Macrobius (Saturnal. 1, 21 f.): «Scorpius totus, in quo Libra est.» Plura dabunt interpretes ad Virgilii locum (georg. 4, 55):

«Qua locus Erigonen inter Chelasque sequenteis» in primis Servius, cujus haec nota est: «Aegyptii duodecim esse asserunt signa; Chaldaei vero undecim, nam Scorpium et Libram unum signum accipiunt; chelae enim Scorpii Libram faciunt. Idem Chaldaei volunt aequales esse partes in omnibus signis; sed pro qualitate sui aliud signum viginti, aliud quadraginta habere; quum Aegyptii tricenae esse partes in omnibus velint. Modo ergo secundum Chaldaeos locutus est, dicens posse cum habere locum inter Scorpium et Virginem. Nam Erigone ipsa est Virgo.»

quod diversis circulis] Hac de re accurate egit Pseudo-Hipparchus (ad Aratum p. 257 Petav.): λοιπὸν μεταβατέον ἐπὶ τοὺς τέμνοντας κύκλους καὶ τὰ τεμνόμενα ὑπ' αὐτῶν ζώδια etc.

defixa] Pro defixis hoc Bondami (in var. lect. p. 60) codex praebuit, e quo etiam correxi *discerpant* in editis substituto *discerpant*.

Cephei corpus] Vox septentrionali deest in MS. et merito, est enim hic ἀπροσδιονόβη et ex superioribus aut subsequentibus inepte repetita. Gron. — Interpunctione mutata integram servavi vulgaram lectionem, quam non modo Bondamus (var. lect. p. 60. 61) conjecturis tentavit, sed librarii quoque varie interpolaverunt; siquidem codices etiam Bondami et Ettenheimmünsteriensis omittunt septentrionali, Monacensis (D) autem inter partito et diversis inserit cetero toto. Jam vero intelliges omnia recte procedere, modo suppleas: «Cephei corpus mediatenus septentrionali» scil. parti deputatur. Ceterum confer Pseudo-Hipparchum (p. 258): ὁ μὲν οὖν ἀρκτικὸς κύκλος τέμνει ζώδια δύο, Βοώτου μέσον ἀγκῶνα καὶ Κηφέως βήτηθ, οὐκ εἰρηκς δὲ περὶ τοῦτον Ἄρατος.

nistro pede septentrionalis Draconis verticem calcans, capito solstitialem circulum adscendit, unum brachium Lyrae, alterum dans Coronae; et alia hujusmodi non minus insuavia quam morosa.

QUIBUS SIGNIS SURGENTIBUS QUAE ORIANTUR QUAE OCCIDANT.

841 Illud potius attendendum, quibus surgentibus signis quae ortum faciant occidantque. Nam oriente Cancro occidunt Corona Ariadnes, et austrini Piscis pars dimidia, Ophiuchus a pedibus usque humeros, serpensque quem detinet praeter fauces caputque totum, Bootis etiam medietas; oriuntur vero Orion totus Eridanique principium, et in lingua Caniculae lucida stella. Quum

septentrionalis Draconis] Id est Draconis, qui intra septentrionalem circulum est. Pedem eundem quem noster nominat etiam Hyginus (3, 5; p. 422): »Hic positus inter duos circulos, arcticum et aestivum, utrisque pedibus et dextro genu arcticum circulum finit, ita tamen ut dextero pede prioribus digitis circulum terminet, sinistro autem toto caput Draconis opprimere conetur»; rectius quam Aratus (70):

Δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει βολιοῖο Δράκοντος,

quem ideo reprehendit Hipparchus (ad phaenom. 1, 7; p. 181 Petav.).

quibus surgentibus signis] Caput hoc optime convenit cum eo quod apud Hyginum est libro quarto. GNOT. — Recte, sed melior auctor Aratus est (568 sequ.) cum Hipparcho (ad phaenomena lib. 2); neque spernenda comparatio cum Pseudo-Hipparcho (ad eadem p. 258—260 Petav.), qui etiam eundem cum nostro ordinem sequitur, quum Hyginus ab Ariete ordiatur.

oriente Cancro] Grave mendam intactam adhuc dum romansit, jam tamen eximendum. »Oriente Cancro» inquit »occidunt» ect. Excerpta nostra

occidit, quod in eam te facile opinionem adducet, omnino scripsisse nostrum »occidit Coronae Ariadnes — pars dimidia.» Oriente enim Cancro tota si occidat Ariadnes Corona, quomodo oriente Leone »Coronae reliquiae» sive uti rectius MS. »Coronae reliqua» conteguntur? Haec sane non cohaerent, si vulgata lectio recte se habeat. Et de veritate emendationis ne dubites, en tibi Hyginum, qui claris verbis (poët. astr. lib. 4, cap. 12): Cancer exoriens» inquit »obscurat dimidiam partem Coronae.» Adde Cicronis haec ex Arateis v. 598 ed. Grotii:

»Jam simul ut supero se toto lumine Cancer
Extulit, extemplo cedit delapsa Corona,
Et loca convisit cauda tenus infera Piscis,
Dimidiam retinens stellis distincta Corona
Partem etiam supera, atque alia de parte re-
pulsam est.»

BONN. (var. lect. p. 61. 62). — Arati rationem probat etiam Hipparchus (2, 5; p. 214); tamen non tanta apud me est Bondami excerptorum auctoritas, ut inde Martianam corrigam, quum videam pari iacuria etiam Pseudo-Hipparchum loqui (p. 259): δόνει δὲ βτέφανος· ἰχθύος τὸ ἤμισυ ἕως ἐπὶ ῥάχην κ. τ. λ.

autem Leo oritur, Coronae reliqua conteguntur, austrinusque Piscis, et Ophiuchi, serpentis, Bootisque partes, itemque Aquila, Nisique pars dextra; oriuntur vero Hydri caput, Lepus et Procyon, Caniculaeque pars prima. Oriente autem virgine occidunt Lyra, Delphinus, Sagitta, Cygnique pars potior, Eridanique pars ultima, et caput cervixque Pegasi; oriuntur autem Hydri pars prior usque ad Craterem, Caniculaque tota, et navis Argonis puppis. Libra surgente occidunt Pegasi et Cygni reliquae portiones, Andromedaeque 842 caput, Cepheique humeri, Cetus, et flexus fluminis Eridani; oriuntur Coronae medietas, Nisi dexter pes, et Bootes, et Hydri reliquum praeter ultimam caudam, Centaurique pars, quae in equi speciem figuratur. Scorpione autem nascente occidunt Andromedae pars reliqua, item Cephei pars, quae extra septentrionalem circulum posita, et Cassiopeae et Orionis pars; eodem tempore oriuntur Ariadnes Corona tota, et caput Ophiuchi, Nisique corpus omne praeter sinistram manum, Hydri cauda ultima, et Centaurus totus praeter priores pedes. Sagittario nascente mergitur Orion, et Canicula, et Heniochi pedes; oriuntur vero totus Ophiuchus et Nisi sinistra manus, et Lyra, et Cephei caput humerique, et Centauri pedes priores. Capricorno oriente 845 occidunt Heniochus totus, et ejus capra haedique, Persei pars sinistra, et

Coronae reliqua] Sic anteriores editiones; *Grotius reliquiae*.

Argonis] Lege cum MS. *Argus* Graeca declinatione. *Gnor.* — Sed pluribus etiam vulgata lectio codicibus nititur, ita ut quartus quoque casus *Argonem* (§. 850. 835) in Monacensi (C), Darmstatensi et Ettenheimmünsteriensi legatur. Plura aliorum exempla affert Schneiderus (lat. Form. p. 146).

flexus] Codex Ettenheimmünsteriensis *confluxus*; sed praefero vulgatam. Aratus etiam *καμπαι* habet.

Ariadnes Corona] Errat Capella, Ariadnes Coronam appellans eam, quae cum Scorpione oritur. Corona Ariadnae est *στέρφανος βόρειος*, uti loquitur Tzetzes ad Hesiod. p. 93 ed. Heins. *MUNCK.*

(ad Hyg. astr. 4, 12; p. 475). — Hyginus enim eam Coronam appellat, quae ante Centauri pedes jacere existimetur, quae est austrina (vide ad §. 838); in eademque sententia etiam Scaliger erat (ad Manilium p. 372); sed Aratus (658) indistincte:

Ἡ μὲν ἄρ' εἰς ἑτέραν φέρεται, τὰ δὲ νεώ-
θεν ἄλλα

Ὀὐρανὸς ἀντιφέρει στεφάνοιο τε δεύτερον
κίχλα,

quem docte animadvertit Voegsius (ad v. 400). Coronam austrinam nondum cognovisse.

caput Ophiuchi] Restitui ex codice Ettenheimmünsteriensi, quod Hygini et Pseudo-Hipparchi consensus postulabat; vulgo *Eniochi*,

Argonis puppis, et Procyon; invicem oriuntur Cygnus, et Aquila, et Sagitta, et Altarium. Aquario oriente occidunt Centauri pars equina, Hydri caput; oritur et equus Pegasus. Piscibus ortis occidunt Hydrus totus, et Centauri pars reliqua, et Crater; praeterea oriuntur Andromedae pars dextra, et Piscis austrinus. Arietis signo surgente occidunt pedes Centauri, et Altarium; oriuntur vero Andromedae sinistra pars, et Persei caput usque ad alvum, et Deltoton. Signo Tauri oriente occidunt Bootis pedes, Ophiuchus a pedibus ad genua usque; oriuntur autem Ceti pars reliqua, et sinister Orionis pes. Geminis orientibus occidit Serpentarius usque ad genicula; oriuntur vero Fluvius, Cetus, Orion.

QUIBUS TEMPORIBUS ORIANTUR AUT OCCIDANT.

844 Temporum quoque ipsorum, quibus oriuntur aut occidunt, habenda distantia est. Nam quae transversa oriuntur et recta occidunt, celeriores ortus habent, quam occasus; contra autem, quae recta oriuntur et transversa conduntur, tardius oriuntur quam occidunt. Nam Cancri signum recte oritur

Altarium] Pro *altari*, cui similia et alia apud alios, ex nominativi forte pluralis similitudine nata. GROT. — Saxo Grammaticus: «Parentem altario honoratum»; ad quae Stephanus (p. 247) non solum nostrum laudat, sed addit etiam Salviani verba: «Christum in altario dimittimus», ad quae Rittershusius: «Vetus glossarium iudicat formam nominis esse diminutivam *altare*, *ἐπίβωμις*, et *altarium βωμιδκάριον*. Sed promiscue tamen reperio usurpatum *altarium* pro *altari*.» Id quod exemplis probatur Pauli Diaconi, Angelomi, et Hildeberti Cenomanensis; quibus adde Severum Sulpicium et Hieronymum a Schellero laudatos.

genicula] Codices Monacensis (C) et Ettenheimmünsteriensis *genucula*, quod eodem redit.

recta occidunt] Vulgo *recte*, quod correxi ex codicibus Monacensi (C) et Ettenheimmünsteriensi.

tardius oriuntur quam occidunt] Idem docet Geminus (elem. astr. p. 28 Petav.): *τοιούτης δὲ τῆς ἐγκλίσεως ὑπαρχούσης τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου συμβαίνει καὶ τὰ δωδεκατημόρια ἴσα ὄντα κατὰ τὸ μέγεθος ἀνίσοις χρόνοις τὰς ἀνατολάς καὶ τὰς δόσεις ποιεῖσθαι· ὅσα μὲν γὰρ ὀρθοῦ γιγνομένου τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται; ἐκεῖνα τὰ ζώδια ἐν πλείονι χρόνῳ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν δόσιν ποιεῖται, ὀρθὰ γὰρ παρὰ τὸν ὀρίζοντα παραπίπτει, ὥστε καθ' ἐν ἑκαβτον δημίον τοῦ ζωδίου τὴν ἀνατολὴν γίνεσθαι, διὰ δὲ τοῦτο πολλὸν χρόνον ἀναλίσκεσθαι τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δόσεως· ὅσα δὲ πλαγίον γιγνομένου τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου πρὸς τὸν ὀρίζοντα τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται, ἐκεῖνα ἐν ἐλάττονι χρόνῳ ἐπαναφέρεται, πλάγια.*

inclinatumque mersatur; licet hoc in Capricorno parva inflexione curvetur; oritur autem duabus horis et duodecima parte horae, et hora occidit ac deunce; minima in isto distantia est. Leo autem oritur duabus horis et tertia parte horae, occidit vero hora semis et sexta parte horae. Virgo oritur horis duabus et dimidia et sexta parte horae; similiter Libra; occiduntque hora et tertia parte. At Scorpius diminuit ortum et auget occasum; oritur enim horis duabus et tertia parte, occidit hora semis et sexta parte horae. At Sagittarius oritur horis duabus et duodecima parte horae, occidit hora et deunce horae. At invicem quae transversa oriuntur et recta occidunt, breviores ortus occupant quam occasus. Denique ex his est signum Capricorni, quod oritur hora et deunce, occidit duabus horis et duodecima parte horae. Aquarii vero proximum signum oritur hora et dimidia et sexta parte horae, occidit horis duabus et tertia parte horae. Sequens hos Piscium signum oritur hora et tertia parte horae, occidit duabus horis et dimidia et sexta horae parte. Eandem mensuram Aries utriusque temporis servat. Taurus oritur hora et dimidia et sexta parte horae, occidit duabus horis et tertia parte horae. At Gemini oriuntur hora et deunce, occidunt duabus horis et duodecima parte horae.

QUOD PRO DIVERSITATE SIGNORUM DIERUM NOCTIUMQUE
FIAT INAEQUALITAS.

Haec est inaequalitas, quae dierum spatia noctiumque discriminat. 846
Nam quum Solis lumen eorum signorum principium, quae tardius oriuntur,

γὰρ παραπίπτει καὶ τὰ ζώδια πρὸς τὸν ὀρίζοντα, ὥστε κατ' ἄλλα πολλὰ μέρη ἅμα τὴν ἀνατολὴν ποιεῖσθαι, διὰ δὲ τοῦτο καὶ ταχεῖαν τὴν ἀνατολὴν συμβαίνει γίνεσθαι.

similiter] Ita codices Monacensis (C), Darmstattensis, Reichenauensis, et Ettenheimmünsteriensis; quorum consensum secutus sum, licet eodem rediret vulgata: «occiditque hora et tertia parte; similiter Libra.» Rem confirmat Geminus (p. 50):

ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀνατέλλουσι Παρθένος καὶ Ζυγός, καὶ ἐπεὶ ὀρθώτατος γίνεσθαι ὁ τῶν ζωδίων κύκλος Διδύμων καὶ Καρκίνου μεθ' ἄλληλων, ἐν πλείεσσι χρόνοι ἀνατέλλουσι Παρθένος καὶ Ζυγός, quem etiam de reliquis consulere licet.

dierum spatia] Hac de re accurate agunt Cleomedes (κνκλ. θεωρ. 1, 6) et Geminus (elem. astr. c. 5, p. 22 sequ.), quos vide.

ingreditur, dum sequentia signa nascuntur, diei prolixitas procuratur; ubi vero haec intrarit, quae cito orta tardius demersantur, diebus exiguis noctes efficit grandiores. Denique haec ratio et illis respondet, qui velut miram efficiunt quaestionem, talia proponentes: Si spatiis aequalibus omnia signa percensentur, ac necesse est diebus noctibusque cunctis sena signa supra terras esse, omnes dies noctesque pares esse debuerunt. Sena autem signa superstare non dubium est, totidemque delitescere, dies quoque noctesque variari diversitatibus spatiorum. Nam solstitialis dies habet aequinoctialis mensurae horas quatuordecim et sextantem; brumalis vero horas novem et dimidiam ac tertiam portionem; vicissim brumales noctes solstitialis diei temporibus porriguntur, cujus lucis tempora suscipit nox aestiva. In tanta varietate diversitateque temporum
 847 illud profecto colligitur, signa aequalia non habenda. Cujus conclusioni et rerum veritas et nostra regula refragatur. Multiplici enim clepsydrarum appositione monstratum omnia signa paria spatia continere. Quum enim diversa spatia in ortu habeant atque occasu; tamen si omnium ortus occasusque com-
 848 penses, videbis ad plenum collata mensuris aequalibus respondere. Verum

sena signa] Aratus (552) de Zodiaco:

Τοῦ δ' ὄσβον κίλλοιο κατ' Ὠκεανοῦ δι-
 νεῖται,

Τόσβον ὑπὲρ γαίης φέρεται, πάσῃ δ' ἐπὶ
 νυκτί

Ἐξ αἰεὶ δύνουσι δωδεκάδες κίλλοιο,

Τόσβαι δ' ἀντέλλουσι· τόσβον δ' ἐπὶ μήκος
 ἐκάστη

Νὸς αἰεὶ τετάνυσται, ὄσβον τέ περ ἡμῶν
 κίλλου

Ἀρχομένης ἀπὸ νυκτὸς αἰρεται ὑπόδι
 γαίης.

Adde Vitruvium (9, 1. s. 4). Quaestionem, quam hic noster tangit, expedit Geminus (p. 28 sequ.).

horas novem] Alios legere octo Grotius in

marginē notavit, videlicet ad alius situs vel climatis naturam, qua dierum noctiumque spatia variari jam supra noster recte monuit (§. 595); sed hic certum aliquem auctorem eumque *Alexandrinum* ante oculos habere videtur, quare etiam mox nolui e codicibus Darmstattensi, Ettenheimmünsteriensi, et Grotiano corrigere cui *conclusioni pro cujus*.

profecto] Alii *perfecte*, teste Grotio in marginē.

veritas] Pro *varietas* in editis praebent codices Reichenauensis, Darmstattensis, Monaccensis (C), et Grotianus. Vide etiam supra (§. 824).

quum enim diversa] Codex Ettenheimmünsteriensi perspicuitatis gratia inserit *signa*, quo tamen additamento non magis indigemus, quam quod mox Bondamus (in var. lect. p. 62) e codice suo suppleri voluit *ad invicem ante respondere*.

hac quaestione submota, alia subtilior de spatiis imparibus objectatur. Dicunt enim: Si spatia signorum aequalia sint, aut Sol tardiore cursu quaedam signa transcurrit, aut dierum ratio diversitate mentitur. Sed constat Solem Geminorum signum triginta et duobus diebus excurrere, Sagittarii autem duodetriginta, ceterisque signis aut adjici aut detrahi aliquas portiones; quod profecto non fieret, si aut Sol aequali cursu ferretur, aut signa spatiis paribus tenderentur; Sol autem eadem ac perpetua celeritate festinat; relinquitur, ut signis spatiorum aequalitas denegetur. Sed hunc quoque errorem nemo sapientum 849 sed opinio inveterata composuit, quam omnes hactenus credidere, quemadmodum ipsi mundo sphaeraeque postremae centron esse terram, ita et solaris circuli eandem centron esse, quod omnino falsum esse non dubium est. Nam ut diversa spatia sunt coelestis ambitus circuli que medialis, ita et diversis centrorum signis punctisque torquentur, quo fit, ut terra solaris circuli centrum non sit, sed eccentros habeatur. Per vices enim propinquitates descensusque ad terras solaris orbita cursusque summittit, itemque pro signorum conditionibus sublimatur; et quum medietatem linearem in latitudinem zodiaci Sol libratus excurrat, orbem tamen Solis obliquitas meatus aut imprimat aut extollit. Quis enim dubitet Cancrum Geminosque verbi gratia in mundi ardua sublimari, rursumque Sagittarium Capricornumque pererratis deflexibus infimari? Quod quum ipse zodiacus signaque coelo cohaerentia tantundem a terris un-

submota] Sic codices Reichenauensis et Ettenheimmünsteriensis, nec Grotianus refragatur, qui habet *summota*; vulgo *consummata*.

aut dierum] Vulgo *aut in dierum*, quod ex codice Ettenheimmünsteriensi correxi.

duodetriginta] Alii XXIX, teste Grotio in margine.

nemo sapientum sed] Inserui haec tria verba vulgo omissa Grotio auctore, qui ita in membrana legi testatur, multoque concinniore eam lectionem esse recte monet. Rem ipsam accurate exposuit

Geminus (apud Petavium p. 5 sequ.), quem totum describere nunc non possumus, et Cleomedes (*κωνλ. θεωρ. I, 6*); vide et infra (§. 855).

quod quum ipse] MS. *quotquot cum*, sed optime optimae membranae *quanquam enim*; nam sequitur infra *Solis tamen*. Gronov. — Optimarum membranarum lectionem pro correctione tantum habeo librarii, qui nec *quum* sciret haud raro pro *etsi* usurpari, nec *quod* saepissime concludendi causa particulis praemitti; quare vulgatam servavi.

diquesecus interstitii detineant, solaris tamen circulus, qui subtermeat, aut evehitur aut descendit. Hinc venit ut a Sole signa cum dierum transcurri diversitatibus videantur.

DE PLANETARUM ORBIBUS.

850

Transcursa ratio est signorum coelestium atque etiam circularum; nunc planetarum orbis edisseram, quos quidem non ab erroribus suis — nam iisdem Solis rationibus commeantes nihil licere patiuntur erroris — sed quia diversa varietas mortalibus caligines intentionis offundit, non planetas sed planōntas,

cum dierum] Alios legere *cum variis* in margine Grotius notavit, idque etiam in codicibus Monacensi (C) et Darmstattensi exstat, ut anceps sit optio; sed eam ipsam ob causam vulgatam servare malui.

transcursa] In nonnullis codicibus Bondamus (var. lect. p. 47) invenisse se testatur *transcursa ratione signorum*, quod et Ettenheimmünsteriensis noster habet placetque Arntzenio (ad panegy. II, p. 741); at vulgata nostri usui accommodatior videtur.

edisseram] Hanc lectionem, quam ex codice Ettenheimmünsteriensi recepi, jam Oudendorpius (ad Appul. I, p. 451) duorum codicum auctoritate commendaverat. Vide et supra (§. 817).

patiuntur erroris] Codices Ettenheimmünsteriensis et Grotianus *erroribus*; sed vulgata non minus bona, modo genitivum jungas cum *nihil*.

caligines intentionis] Sic Martianus multo elegantius quam librarius Ettenheimmünsteriensis, qui *caliginosas intentiones* scripsit.

sed planōntas] Id est qui non tam ipsi errent quam homines in errorem ducant; hoc enim est *πλανῶν*, ut apud Sextum (adv. mathem. 10, 98):

δοφίζεται δὲ ἐν τούτοις ὁ Διόδωρος καὶ παρ' ἀμφιβολίαν βούλεται ἡμᾶς πλανῶν. Planetas enim dictos esse constat ἀπὸ τῆς πλάνης, ut ait Isidorus (orig. 3, 70, 20), id est ab errore, quia, ut Macrobbii (ad somn. Scip. 1, 14) verbis utamur, »et cursu suo ferantur et contra sphaerae maximae id est ipsius coeli impetum contrario motu ad orientem ab occidente volvuntur«, unde factum est, ut vulgus hominum nullis legibus adstrictos per coeli spatia vagari existimaret. Sed eum errorem jam Plato impugnat (de legg. 7, p. 821), aequalis scilicet Eudoxi, quem primum horum siderum motus ex Aegypto in Graeciam transtulisse testatur Seneca (quaest. nat. 7, 3), in eoque postea omnes consentiunt; unde Cicero (de divin. 1, 41):

»Quae verbo et falsis Grajorum vocibus errant, Re vera certo lapsu spatioque feruntur« et alio loco (2, 71): »Astrologi motus errantium stellarum notaverunt; inventus est ordo in iis stellis, qui non putabatur«; confer et haec (N. D. 2, 20): »Maxime vero sunt admirabiles motus earum quaeque stellarum, quae falso vocantur errantes; nihil enim errat, quod in omni aeternitate conservat progressus reliquosque motus constantes et ratos.«

sicut orator asserit, memorabo, licet eos propriis nominibus insignitos etiam aliis nominibus appellarint. Nam Saturnum Phaenona vocant, Jovemque Phaethonta; Pyroenta Martem, Venerem Phosphoron, Mercurium Stilbonta nominarunt; Soli vero Lunaeque diversitas gentium innumera vocabula sociavit. Horum igitur septem illa eo maxime cum fixis sideribus habenda distantia, quod illa coeli tantummodo cursibus commoventur propria statione ornata, hi vero tam mundanis raptibus auferuntur quam propriis cursibus commoventur. Nam quantum eos retulit diei noctisque rotatio, tantum nituntur

851

852

orator] MS. *Strator*, forte *Straton*; meminit hujus mathematici Strabo. GROTIUS. — Servavi vulgatam, qua meliorem non habebam; quam enim margini adscripsit Grotius lectionem *Aratus*, eam licet etiam codex Ettenheimmünsteriensis praebeat, recipere nolui, quia non solum correctionem olet, sed ipsius Arati libris ne confirmatur quidem, qui de planetis omnino non agunt; nisi forte ejusdem canonem Martianus respexit, cujus id argumentum fuisse videtur (confer Grauertum in Niebuhrii Mus. Rhenan. T. I, p. 541).

aliis nominibus] Eadem exstant apud Ciceronem (N. D. 2, 20), Plutarchum (de plac. phil. 2, 15; p. 889), Eusebium (praep. evang. 15, 46; p. 846), Cleomedem (*κωνκλ. θεωρ.* 1, 3), Appulejum (de mundo p. 293 Oudend.), Ausonium (idyll. 18, 12), Achillem Tatium (isag. 17, p. 156 Petav.), Hyginum (poët. astr. 2, 42. 4, 15 sequ.), Isidorum (3, 70, 20; p. 164 Arev.), alios, saepissimeque leguntur apud Manethonem in apotelesmatis; sed quae a diis repetita sunt, jam apud Platonem exstant (Tim. p. 38; epinom. p. 987).

Pyroenta] Codices Reichenauensis et Ettenheimmünsteriensis male *Pyroin*.

cum fixis] Sic scripsi ex margine pro *confixis*, quod apud Grotium erat, quia sententiae nexus hic est: »illa distantia habenda est horum septem

cum fixis sideribus«, id est: »hi septem eo maxime a fixis differunt.« Praepositionem *cum* in discrepantia quoque significanda adhiberi ostendit v. c. Cicero (acad. 2, 47): »cum Cleanthe — Chrysippus *dissidet*« et alio loco (Brut. 49): »doctis hominibus *cum* populo *dissensio* fuit.«

hi vero] Membrana *haec vero*, subintellecta voce *sidera*; et *quantum ea*, non *eos*. GROTIUS. — Male, de planetis sermo est; neque illud offensionem habet, quod *hi* ad remotiores spectat, quum id potius significet, de quo potissimum disseratur, qua de re vide quos laudat Otto (ad Cic. de senect. 19, p. 177). De re ipsa conferatur Macrobius (ad somn. Sc. 1, 18): »Solem ac Lunam ac stellas quinque, quibus ab errore nomen est, praeter quod secum trahit ab ortu in occasum diurna conversio, ipsa suo motu in orientem ab occidente procedere, non solum literarum profanis, sed multis quoque doctrina initiatis abhorreere a fide ac monstro simile iudicatum est; sed apud pressius intuentes ita verum esse constabit, ut non solum mente concipi, sed oculis quoque ipsis possit probari; et Seneca (quaest. nat. 7, 21): »Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est contrarius mundo; hic enim ab ortu volvitur ad occasum, illae ab occasu in ortum eunt, et ob hoc duplex his motus est; ille quo eunt et hic quo auferuntur.«

diversis compensare temporibus, id est aut mense ut Luna, aut anno ut Sol, aut triginta annis ut Saturnus, et ceteris temporibus pro spatiorum quae
 853 circumeunt latitudine aut brevitate. Quae cuncta sidera licet in ortum pergere videantur, non tamen adversum mundum rigido motu, sed obliquo per zodiaci defixa moliuntur; alioquin ex contrario partium suarum motu mundus stare non posset. Denique etiam peripateticorum dogma contendit, non adversum mundum haec sidera promoveri, sed celeritate mundi, quam sequi non potuerunt, praeteriri. Quod quidem, etiam ut verum sit, meis non poterit rationibus obviare. Sive enim Saturnus nimia cum mundo celeritate concertans vix exiguis cursibus superatur, ac Luna, quod tardius incedat, intra tricesimum diem a mundi parte eadem praeteritur; sive contra mundum nitentibus ideo celerior quia brevior ambitu orbem circuit Luna, tardiusque Saturnus propter latitudinem orbis effusi; utrum velis, meis regulis non
 854 obsistit, siquidem suus motus istorum rationibus dispensatur. Quibus tamen

nituntur diversis] Claudianus (de cons. Mall. Theod. 103):

»Sidera cur septem retro nitantur in ortus
 Obluctata polo« —

Ovidius (metam. 2, 72):

»Nitor in adversum, nec me qui cetera vincit
 Impetus, et rapido contrarius evehor orbi«;

unde etiam apparet meliorem esse paulo ante vulgatam lectionem *rotatio* quam *ratio*, quod apud Grotium in margine legitur; sic enim ibidem Ovidius:

»Adde quod assidua rapitur vertigine coelum,
 Sideraque alta trahit celerique volumine torquet.«

Eadem varietas redit infra (§. 855).

ceteris temporibus] De variis temporum spatiis, quibus singuli planetae cursus suos perficiant, amplius conferendi sunt Cicero (N. D. 2, 20), Vitruvius (9, 1 s. 4), Plinius (histor. nat. 2, 8), Plutarchus (de plac. phil. 2, 32; p. 892), Eusebius (praep. evang. 15, 34; p. 849), Achilles Tatius

(isag. 18, p. 137 Petav.), Geminus (ibid. p. 4), Cleomedes (1, 3), Stobaeus (eclog. phys. p. 262 Heer.), Macrobius (in somn. Scip. 1, 19).

latitudine] Grotiana margo: »al. *longitudine*«

in ortum] Diurnum nimirum sive mundi, qui Soli Lunaeque cum toto coelo communis est, quum proprii planetarum meatus menstrui vel annui contrariam viam teneant, qua de re omnibus nota pluribus agunt Plato (in Timaeo p. 56), Vitruvius (9, 1 s. 4), Seneca (de constantia 14), Geminus (elem. 10, p. 42 Petav.) et alii quos enumerare longum est.

mundis stare non posset] Margo Grotiana *mundum sustinere non possunt*; male.

praeteriri] Accurate hanc sententiam examinat Geminus (loco citato p. 45 sequ.).

obviare] Sic codices Eittenheimmünsteriensis et Darmstattensis. In editis legitur *obviari pro objici*; sed passivum in illo verbo aegre admittitur.

septem sideribus unus est communis motus, quod omnes ortum petunt; alius quod temporum omnes diversitatibus atque accidentibus variantur. Nam ex his quinque sidera stationes recursusque patiuntur, Sol vero Lunaque cursu continuo rapiuntur; item haec lumina vicibus obscurantium occultantur, quinque vero sidera nesciunt obumbrari; tria item ex his cum Sole Lunaque orbem terrae circumeunt, Venus vero ac Mercurius non ambiunt terram.

QUOD TELLUS NON SIT CENTRUM OMNIBUS PLANETIS.

Licet generaliter sciendum, cunctis orbibus planetarum eccentron esse 855
tellurem, hoc est non tenere medium circularum; quoniam mundi centron esse non dubium; et illud generale septem omnibus advertendum, quod quum mundus ejusdem ductus rotatione unimoda torqueatur, planetae quotidie tam loca quam diversitates arripiant circularum. Nam ex his nullum sidus ex eo loco unde pridie ortum est elevatur. Quod si est, dubium non est, centum 856
octoginta tres circulos habere Solem, per quos aut ab solstitio in brumam redit, aut ab eadem in solstitialem lineam sublevatur; per easdem quippe mutationes comitat circularum. Sed quum Sol praedictum numerum habeat, Mars duplos circulos facit, Jovis stella duodecies exercet, octies vicies cumulatur

ex his quinque] Codex Ettenheimmünsteriensis *ex eis*; non necesse.

stationes recursusque] Cicero (N. D. 2, 20): «Quod eo est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum occultantur tum rursus aperiuntur, tum adeunt tum recedunt, tum antecedunt tum subsequuntur, tum celerius moventur tum tardius, tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt.»

Venus vero ac Mercurius] Quapropter hos jam Cicero (in somn. Scip. 4) Solis cursum *ut comites* consequi dixerat. Plura vide infra (ad §. 857).

eccentron] Vide supra (§. 849) et plura apud Ptolemaeum (Almagest. 3, 4), qui hoc placitum

ab Hipparcho inventum diligentius excoluit; cfr. Bailly (Hist. de l'astr. T. I, p. 87 et 470). Nihil est quod tradit Jamblichus (de vita Pythag. 31) jam Pythagoram τὰς ἐκκεντρότητας indagasse.

quoniam mundi] Reperi lectionem a Grotio in margine notatam; vulgo *quod mundi* minus clare. Vide nostrum superius (§. 584. 599) et Cleomedem (l. I. 1, 9).

non dubium] Codex Ettenheimmünsteriensis addit est, quod tamen eodem quo supra (§. 837) jure omitti posse censui; neque magis necessarium duxi paulo post ejusdem *arripiunt* pro *arripiant*.

exercet] Reperi codicis Ettenheimmünsteriensis lectiones et hic et in sequentibus, ut mutata simul

857 Saturnus, eos circulos qui paralleli dicuntur circumcurrens; qui motus omnium cum mundo proveniunt, et terras ortibus occasibusque circumeunt. Nam Venus Mercuriusque licet ortus occasusque quotidianos ostendant, tamen eorum circuli terras omnino non ambiunt, sed circa Solem laxiore ambitu circulantur; denique circulorum suorum centron in Sole constituunt, ita ut supra ipsum aliquando, infra plerumque propinquiores terris ferantur, a quo quidem signo uno et parte dimidia Venus disparatur; sed quum supra Solem sunt, propinquior est terris Mercurius, quum infra Solem, Venus, utpote quae orbe

interpunctione tolerabilis certe sensus existeret; vulgo enim ita edebatur: «Jovis stella duodecies *exrescere* octies vicies *cumulatus*. Saturnus eos circulos, qui paralleli *etiam dicti sunt*, circumcurrens.» Editi ante Grotium *cumulatis*; Grotianae lectioni favent codices Monacensis (C) et Darmstatensis. Sed apparet respici varios singulorum planetarum annos, quibus cursum suum absolvant; consentaneum enim erat tanto plures eos habere circulos diurnos, quanto dierum numero ipsorum circuitus annum solarem excederent; quum igitur Sol, cujus annus trecentorum sexaginta quinque dierum esset, circulos haberet centum octoginta tres, dimidium videlicet numerum, quia adscendentis descendentisque iidem meatus sunt (§.872)— eandem rationem necesse erat in Martis stella obtinere, cujus cursus quum fere duos annos solares aequaret, circulorum etiam numerum duplicem esse sequeretur. Unum illud offendit, quod quum ipse Martianus supra (§. 852) Saturno triginta annorum cursum tribuerit, hic viginti octo tantum narrat; sed sive hic librariorum sive ipsius auctoris (error sit (vide et inferius §. 864 f.) reliqua certe egregie sibi constant.

centron in Sole] «Il n'y a de vraiment remarquable dans ce passage que ce qui concerne Mercure et Venus, dont les orbites ont le Soleil pour

centre commun et se trouvent dans la position que nous leur assignons aujourd'hui. On dit que c'est ce peu de lignes qui a été pris par Copernic pour le sujet de ses méditations, et qui l'a conduit à son système du monde; en ce cas Martianus aurait rendu à l'astronomie plus de services, que des astronomes bien plus habiles, et nous devons lui pardonner son verbiage, ses bévues et son galimatias. DELAMBRE (l. c. p. 512). — Plura dabit Benzenberg (*Versuche über die Umdrehung der Erde* p. 461).

infra plerumque] Revocavi anteriorum editionum lectionem, quam Grotius ad marginem rejecerat scripseratque *intra*, quod multo minus commodum est. Confer Macrobius (in somn. Scip. 1, 19): «Circulus, per quem Sol discurrit, a Mercurii circulo ut inferior ambitur; illum quoque superior circulus Veneris includit, atque ita fit ut hae duae stellae, quum per superiores circulorum suorum vertices currunt, intelligantur supra Solem locatae, quum vero per inferiora commeant circulorum, Sol cis superior aestimetur.»

Venus disparatur] Grotiana margo pariterque codices Monacensis (C) et Ettenheimmünsteriensis *Mercurius*, ut haud improbabilis sit conjectura, utriusque a Sole distantiam olim in hoc loco lectam esse. Plura vide infra (§. 881. 882).

castiore diffusioreque curvetur. Nam Luna, quae propinquior terris est, per quos feratur anfractus, interius memorabo; post cujus orbem alii Mercurium Veneremque, alii ipsius circulum Solis esse concertant; deinde Martis, Jovis ac Saturni, quos omnes ut suis amplitudinibus metiamur, quod non facile astrologi voluere, ab uno geometriae concessio assertio est inchoanda; quod et ipsa suggerit in praesenti, et ab Eratosthene Archimedeque persuasum, in circuitu terrae esse quadringenta sex millia stadiorum et decem stadia; ita ut ab hoc indubitatis rationibus approbetur, Lunae circulum centies terra esse majorem, qui idem circulus ipsa Luna sexcenties potior invenitur. Quae duo ex defectibus Solis assiduis, quantum umbrae Luna subjecta reddiderit, et ipsius umbrae collatione cum ipso Lunae corpore vera dimensione monstrantur; quae nisi morosa sint, quemadmodum dimensa sim, demonstrabo. Crebro in climate Diarheroës proveniens Solis defectus ejusdem ex omni parte totum obumbravit orbem; sed propinquo climati, id est Diarhodu, portio obscurationis apparuit, in climate vero Diaborysthenis

castiore] Primo aspectu apparebit legendum esse *vastiore*; quid enim castitati cum Venere? sed invitis codicibus nihil muto.

alii Mercurium] Uberius hac de re disputavi in Palaeographia (§. 284, p. 558). Confer Plutarchum (de placit. philos. 2, 15; p. 889) et Macrobius (in somn. Scip. 1, 19 et 21).

ab Eratosthene] Codex Ettenheimmünsteriensis *Aristotele*, quod tamen facile apparebit falsum esse, quum ipse Martianus lectores suos ad libri sexti locum remittere videatur (§. 596), ubi terrae circuitum ex sententia Eratosthenis declaravit. Quamquam insignis est numerorum inter utrumque locum diversitas, ut jure miretur Bernhardus (in Eratosthenicis p. 62), unde suam sapientiam Martianus eliquerit, quum reliqua testimonia omnia *ducenta quinquaginta millia* tradant.

ita ut ab hoc] Restitui anteriorum editionum

lectionem, adstipulantibus codicibus Monacensi (C), Ettenheimmünsteriensis, et Darmstattensi; quum apud Grotium legeretur «ob hoc ergo indubitatis rationibus approbetur», praemisso titulo: «quod circulus Lunae major sit quam tellus», quem continuata cum antecedentibus sententia retinere non potui. Nostram lectionem margo quoque Grotiana exhibet, sed addito *ergo*, quod codices nostri non confirmant.

qui idem] Sic codex Reichenauensis; vulgo *qui quidem*.

quantum umbrae] Alii *terrae*, teste Grotio in margine; fortasse utrumque conjungendum.

in climate] De his climatibus pluribus noster agit infra (§. 876).

id est Diarhodu] Sic codex Reichenauensis; vulgo apud Grotium *Diarhodon*, in anterioribus vero *Diarhodii*, ubi verac lectionis vestigia facile

nulla obsistente parte Sol totus eluxit. Unde, quoniam clima Diarhodu quot stadia contineat manifestum est, reperi duodevicesimam partem terrae umbram quam Luna fecerat continere. Sed quoniam majus corpus ejus est, quo umbra metaliter jacitur, quam ipsa umbra, ex climatibus, quibus pro parte Sol obscurabatur dextra laevaue, compertum est triplo majorem esse ipsam Lunam umbra sua; ergo collectum est Lunam sexies minorem orbe terrae praedictis rationibus inveniri.

QUOD LUNA MINOR SIT ORBE SUO.

860 Luna autem minor est orbe suo sexcenties, quod clepsydris intelligi

apparent; pessime codex Ettenheimmünsteriensis *Diarhodu*.

portio obscurationis] Simile exemplum invenies apud Cleomedem (κκκλ. θεωρ. 2, 3), quem omnino vide. In universum Geminus (p. 40 Petav.): Δι' ἣν αἰτίαν οὐδ' ἴσαι πάλιν αἱ ἐκλείψεις γίνονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς μεγάλαι παραλλαγὰι γίνονται περὶ τὰ μεγέθη τῶν ἐκλείψεων. Κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν χρόνον οἷς μὲν ὅλος ὁ ἥλιος ἐκλείπει, οἷς δὲ τὸ ἥμισυ, οἷς δὲ τὸ ἕλαττον τοῦ ἡμίσεως, οἷς δὲ τὴν ἀρχὴν οὐδὲν μέρος τοῦ ἡλίου ἐκλείπει, θεωρεῖται. Adde Achillem Tatium (isag. 19, p. 159 ibid.).

duodevicesimam] Sic codices Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C); vulgo *duodevicesimam*.

metaliter] Plinius (hist. nat. 2, 8 s. 11): »Defectus Lunae magnitudinem ejus haud dubia ratione declarat, sicut terrae parvitatem ipsa deficiens. Namque quum sint tres umbrarum figurae, constetque, si par lumini sit materia, quae jactat umbram, columnae effigie jaci nec habere finem; si vero major materia quam lumen, turbinis recti,

ut sit imum ejus angustissimum et simili modo infinita longitudo; si minor materia quam lux, *metae* existere effigiem in cacuminis finem desinentem, talemque cerni umbram deficiente Luna palam sit etc. Graece est κωνοειδῶς, vide Cleomedem (2, 6).

sexies minorem] Varias hac de re sententias vide apud Plutarchum (de facie in orbe Lunae 19, p. 952 sequ.).

Luna autem minor est] Hoc caput in MS. ita legitur: »Luna autem minor est orbe suo sexcenties, quod clepsydris fusile imponas, atque emersa omni subtrahas primum, et aliud vas apponas donec nocte alia renascatur, adjecto ad circuli spatia, et quod excurrit partibus, et ipso item Lunae corpore, quoniam de circulo, hoc quoque esse non dubium est: invenies sexcenties aquam excrescere, unde colligas circulum ejus toties esse majorem. Si ergo ipsa Luna major sexies terra, sexcenties circulus ejus major Luna, vides lunarem circulum centies majorem esse tellure.« Utrumque conjungit Veicetinus, Lugduensis, et Basileensis codices. Sane haec lectio quam adscripsi imperfecta est, ni legas: »quod clepsydris intelligi potest.« Viri docti et harum rerum gnariores, quid hac de

potest. Duobus enim vasis aeneis fusilibus positis, inferius vacuum, aliud superius aqua plenum pone. Observa autem Lunae ortum, et stellam fixam simul cum ea orientem; et quum coeperit corpus Lunae ex superiore parte supra terras apparere, cito superioris vasis aqua videlicet pleni centrum aperi, ut simul cum incipiente Luna oriri aqua fluere in vas inferius incipiat, et donec totum corpus appareat fluat. Quum autem tota supra terras appa-ruerit Luna, statim primum vas in quod aqua fluxerit subtrahas, et aliud apponas in quod aqua fluat, donec nocte alia renascatur illa stella, quae in priore nocte cum Luna oriebatur, et quum illa orta fuerit, superius vas unde aqua fluxerat tollas. Deinde metire aquam, quae in spatio viginti quatuor horarum fluxerat, ad mensuram illam primam, quae cum corpore Lunae prius in primum vas fluxerat, et invenies sexcenties aquam excrecere, quod in Lunae circulo fieri non dubium est, id est sexcenties superare spatium corpus Lunae; unde colligas circulum ejus toties esse majorem Luna. Vides lunarem circulum centies majorem esse tellure.

re judicandum sit videant: nobis satis erit breviter discrimina librorum, quos summa diligentia con-gessimus, indicasse. Grot. — Atque alias equidem addam lectiones; nam codex Monacensis (C) post verba *orbe suo sexcenties* sic pergit: »si clypsydris fusile ponas atque emersa omni subtrahas primum, et aliud vas apponas, donec alia renascatur adjecto ad circuli spacia, et quot excurrit partibus, et ipso item Lunae corpore quoniam de circulo hoc quoque esse non dubium est.« Darmstattensis au-tem post verba *quod clepsydris* haec habet: »fusile imponas, atque emersa omni subtrahas primum at aliud vas apponas donec nocte alia renascatur. Adjecto ad circuli spacia et quot excurrit partibus et ipso«, cetera ut in Monacensi. Ettenheimmün-steriensis denique verbis extremis apud Grotium »vides lunarem circulum centies majorem esse tellure« ommissis reponit: »si ergo Luna est minor

sexties terra, triplo majorem esse umbra sua ipsam Lunam. Ergo collectum est Lunam sexies minorem sexcenties circuli ejus est major ipsa Luna. Vides lunarem circulum centies minorem esse tellure.« Nos ad sensum in vulgata lectione nihil desideramus, apparet tamen non tantam hujus esse auctoritatem, ut genuinam Martiani manum tenere nos confidamus.

fusilibus] Id esse *ex aere fuis*, superior locus (§. 17) docet. Vitruvius (8, 5) de aquarum expe-ri-mentis memorat »vas Corinthiam, sive alterius generis quod erit *ex aere bono*.« Sed simillimus est locus Macro- bii (in somn. Scip. 1, 21), quum totum contulisse operae pretium fuerit. De clepsy- dris veterum exstant dissertationes Petermanni (Lips. 1671), et G. C. Drandii (1752).

spatium corpus] Codex Monacensis (C) *corporis*, inepte; sensus enim est, spatium circuli superare corpus Lunae.

QUORUM PLANETARUM ORBES LUNAM SUPERCRESCANT.

861 Quo monstrato alios videamus. Sed quis dubitet solarem circulum duodecies quam Lunae esse majorem; quum quod illa mense, ille duodecim currat? Martis vero circulus vicies quater potiôr invenitur, Jovis centies et quadragies quater, Saturni trecenties tricies et sexies; unde si numerus interjectionibus supputetur, et quot stadia Saturni circulus habeat, et quota ejus portio omnis terra sit, invenitur XXII stadiorum quingenti quinquaginta sex stad. et pass. XIII. Nam si centies Lunae circulus major est terra, Lunae autem circulo trecenties tricies sexies major Saturni; major est igitur Saturni circulus omni terra tricesies ter millies et sex centies.

DE LUNAE MEATU.

862 Nunc jam Lunae meatum, quae terrae propinquior est, videamus; quam quidem menstruum habere lumen physicorum assertione persuasum est, quum quod sit semper pleni orbis esse non dubium est. Nam si ab illa parte qua se subjicit Soli, omni hemisphaerio collustratur, etiam quum nobis tricesima nullum lumen ostendit superne, qua Solem spectat pleno lumine relucescit; denique quum discedens a Sole a latere eum coeperit intueri, pro parte etiam inferius lumen acquirit, donec e regione posita ab
865 hac parte quae nobis est visibilis collustretur. Circuit enim ejus globum un-

interjectionibus] Grotianae membranae *attentionibus*; editi *intentionibus*. Nostram lectionem codex Ettenheimmünsteriensis praebuit. *Interjectiones* sunt *συμπληρώματα*, ut apud Timaeum (p. 96 b Steph.).

XXII stadiorum] Omissa sunt in codice Ettenheimmünsteriensi verba «XXII stadiorum quingenti quinquaginta sex stad. et pass. XIII», neque injuria, quum corruptissima esse appareat; sed rectam lectionem inveniri eo difficilius est, quia ipse Martianus sibi in terrae circuitu computando non

constat (vide §. 858) Mox in eodem codice legitur *tertius ter milesies et sex centies*, errore aperto.

qua se subjicit] Sic codices Grotianus et Darmstattensis et excerpta Bondami (in var. lect. p. 62); editi *quae se subjicit* vel deterius etiam *quae subjicit* apud Grotium.

spectat] Margo Grotiana *expectat*, moxque *lucescit* pro *relucescit*, male utrumque.

quae nobis est] Codices Grotianus, Ettenheimmünsteriensis, et Darmstattensis *qua*, non male.

diquesecus Solis nitor, et ei parti, quam totam tunc adspicit, lumen indulget, cujus luminis radii in terras quoque luculentiores perveniunt, ut si quis ex speculo lumine repercusso effigiem lucis excipiat. Quae quidem Luna, quum eum in orientis partibus comprehenderit, obscuratur, et quum in occasu deseruerit, lucescit. Cujus primi luminis effigies quibusdam velut cornibus **864** *μηνοειδής* dicitur; quum vero nonaginta partibus a Sole discedens orbem ejus mediatenus idem radius luminarit, *διάταμος* perhibetur; sed praedictis partibus quum alias quadraginta quinque adjecerit, perhibetur *ἀμφικωρτος*, id est major dimidia, minor plena; quum vero centum octoginta partibus a Sole discesserit contrario posita totamque partem qua terris opponitur illuminat, *παρβέληνος* perhibetur; ac dehinc deficiens servat cum praedictis partibus nomina memorata. Quae quidem tredecim orbis sui partes die noctuque transcurrit, quum pro latitudine circulorum, quos obeunt, eodem interstitio Sol unam integram, Mars dimidiam, Jupiter duodecimam unius partis, Saturnus vicesimam octavam unius portionis excurrat. Verum Luna circuit totum signife- **865** rum diebus viginti septem et besse; sed Solem undetriginta diebus et media diei

luculentiores] Alii, teste Grotio in margine, *lucubrandiores*, monstrum vocabuli!

ex speculo] Eadem comparatione utitur Plutarchus (de facie in orbe Lunae 17, p. 926 sequ.), quem vide. Adde Cleomedem (*πυκλ. θεωρ.* 2, 4) et Achillem Tatium (isag. 21, p. 142).

μηνοειδής] Septem Lunae *φάσεις* jam supra (§. 738) Martianus attingit, ubi vide notam nostram. Easdem commemorant Cleomedes (2, 5), Geminus (elem. astron. 7, p. 39 Petav.), Achilles Tattius (isag. 21, p. 141), Ammianus Marcellinus (20, 3; p. 257 Gronov.), Macrobius (in soma. Scip. 1, 6), Laurentius Lydus (de mensib. p. 108 Roetheri), Isidorus (in orig. 3, 53; p. 155 Aev.), alii; res enim in vulgus nota est; accuratius tamen Aristides Quinctilianus (de musica 3, p. 136 Meibom.) viginti octo apparitiones distinguit.

totamque partem] In editis erat: »totam partem quam terris opponit»; at in codice Ettenheimmünsteriensi: »totamque partem qua ceteris opponitur»; unde quod melius esse videbatur, assumsi.

cum praedictis] Sic codex Ettenheimmünsteriensis. Editi habent *tum*, codex Darmstattensis *tunc*, male utrumque.

orbis sui] Codex Ettenheimmünsteriensis *sui circuli*; sed vulgatam deserere sine causa nolui.

Sol unam integram] Supplevi ex codice Ettenheimmünsteriensi, licet etiam pro additamento librarii haberi possit.

vicesimam octavam] Vide quae superius dixi (ad §. 856).

et besse] Grotius per errorem *bisse*, quod ex anterioribus correxi; gravius videri possit, quod alios legere idem in margine annotavit, *octo horis*,

noctisque parte consequitur, quod ideo tardius provenit, quia quum suum peregerit circulum, ipse Sol ab eodem loco, quo ei lumen dederat, excurrerit, et in signo proximo aut etiam altero reperitur. Nam si in Librae aut Scorpii aut Sagittarii ultima parte lumen acceperit, non eum in sequenti signo, sed in altero consequetur; haec enim tria signa aliquando transeurrit, quemadmodum his contraria plerumque bis invenit. Nam quoniam ibi Sol triginta diebus et in Geminis triginta duobus moratur, Luna, quae undetriginta diebus et dimidia parte eum consequitur, ibi utique poterit invenire. Verum eadem Luna aliquando quatuordecim diebus, aliquando quindecim, plerumque sedecim plenum perficit lumen; ita tamen, ut in eodem deponendo compenset. Nam si decimo quarto die lumen impleverit, quindecim diebus amittit, ut dierum ratio integra concludatur. Verum eadem Luna implet annum suum trecentis

nisi eadem *bessis* significatio esset, nimirum octo partes ex duodecim; nam ne sedecim horas ex viginti quatuor indicari existimes, confer Plinium (2, 6): «Proxima igitur cardini ideoque minimo ambitu, vicenis diebus septenisque et tertia diei parte, peragit spatia eadem quae Saturni sidus altissimum triginta annis.» Pariter Geminus (l. c. 1, p. 4): κατωτέρω δὲ πάντων φέρεται ἡ βελήνη ἐν ἡμέραις κ καὶ ζ καὶ τρίτῳ διαπορθμευομένη τὸν ζωδιακὸν κύκλον. Plura dabit Lindenbrogius (ad Censor. de die nat. 22).

sed Solem] Minus accurate Macrobius (in somn. Scip. 1, 6), sed ut abunde illustret nostrum: «Luna octo et viginti prope diebus totius zodiaci ambitum conficit; nam etsi per triginta dies ad Solem unde profecta est remeat, solos tamen fere viginti octo in tota zodiaci circuitione consumit, reliquis Solem, qui de loco quo eum reliquit abscesserat, comprehendit.»

ipse Sol] Meliorem hanc nostram lectionem Ettenheimmünsteriensis praebuit. Grotius edidit ex quo Sol ipse ab eodem loco quo ei lumen de-

derat excurrerit male; frustra enim sic apodosis quaeritur, quae illi quum respondeat.

altero] Margo Grotiana in tertio, fortasse melius. consequetur] Sic codices Monacensis (C) et Darmstattensis; vulgo consequitur, cui praetuli futurum propter antecedens acceperit. ●

ibi Sol] Codex Darmstattensis ubi, quod tamen non magis recipiendum erat quam mox ex Ettenheimmünsteriensis et Reichenauensi Lunaque pro Luna quae. De re ipsa vide superius (§. 848) et Censorinum (de die natali 22, 4), imprimis autem Macrobius (in somn. Scip. 1, 6): «Inde fere nunquam in eodem signo bis nascitur nisi in Geminis, ubi hoc nonnunquam evenit, quia dies in eo Sol duos supra triginta altitudine signi morante consumit.»

implet annum] De anno lunari accurate agit Geminus (elem. astr. 6, p. 31 Petav.), cui adde Censorinum (l. 1. 18 sequ.), Macrobius (Saturn. 1, 15), et Theodorum Gazam (de mensibus c. 9 et 10 in Petavii Uranol. p. 292 sequ.), ubi etiam de intercalationibus plura leguntur.

quinquaginta quatuor diebus; nam duodecim ejus coitus hoc numero peraguntur; sicque fit, ut annus solaris diebus undecim major habeatur, quod intercalationum diversitatibus compensatur.

DE DUODECIM PARTIBUS LATITUDINIS ZODIACI.

De latitudinis partibus, per quas Luna comitat, edicamus. Nam in 867 zodiaco duodecim esse latitudinis partes superius intimavi, per quas diversis modis sidera spatiantur. Nam alia per tres partes, alia per quatuor, alia per quinque, alia per octo, quaedam per omnes duodecim feruntur. Sol enim in nullam excedens partem in medio libramento fertur absque ipso Librae confinio; nam ibi se in austrum aquilonemve deflectit ad dimidium fere momentum; Luna autem per omnes duodecim currens nunc in aquilonem provehitur, nunc in austrum deveniens infimatur, utrinque momentis ex- 868 currens, sicut Hipparchus quoque consentit. Denique obliquitati ejus vocabulum constitutum, ut fere *ἑλικοειδής* dicatur, ita tamen ut descendens adscendensque ipsam solarem lineam, quam mediam inter senas utriusque lateris partes esse monstravi, aut acutis aut spatiosis angulis secet; nec possit tamen ad idem, hoc est ita ut est posita, eodem mense eadem parte sic ad Solem reverti eadem latitudinis portione, nisi mense ducentesimo tricesimo

latitudinis] Vide superius (§. 854).

alia per quinque] E Monacensi (C) addidi haec verba ommissa in editis.

absque] Id est *excepto* (Hand. Tursell. I, p. 69).

ibi se] Grotiana margo *ubi*, perperam. Praeterea delevi quod in editis sequebatur *aut*, quia non iteratur, et reposui pro *aquilonemque* ex Ettenheimmünsteriensi, Darmstattensi, et Monacensi (C) codicibus *aquilonemve*.

excurrrens] Ea loca, ubi ultra zodiacum Lunae meatus excurrunt, *caput et cauda* ab astronomis

appellantur, vel uno vocabulo *nodi*, de quibus agit Ptolemaeus (Almagest. 4, 9).

constitutum] Ita margo Grotiana et codices Reichenauensis, Ettenheimmünsteriensi, Monacensi (C), et Darmstattensi pro *constructum* in editis.

ἑλικοειδής] Anterioribus editionibus *ἡλιοειδής*, Grotius *ἑλικοειδής*, sed correxit in notis. Vide superius (§. 709). Hinc *περατήν ἑλικόδρομον* Lunam appellat Maximus philosophus (*περὶ καταρχ.* 61). Plura de ejus evolutione (*ἑξελιγμοῦ*) dabit Geminus (l. I. 15, p. 61 sequ.).

quinto, hoc est anno undevicesimo. Nam ut sub eadem die atque iisdem propinquitatibus siderum inerrantium ad idem redeat, faciunt anni quinquaginta quinque; ut vero etiam planetarum iisdem rationibus sub eadem specie contingat, 869 anni magni prolixitas spectanda. Verum eadem Luna quum secans solarem lineam in aquilonem scandit, vocatur ὕψος ὑψουμένη; quum ab aquilone ad

undevicesimo] Ita necessario scribendum erat vel propter antecedentem mensium numerum, licet apud Grotium 29 exstet; est enim haec notissima illa Metonis periodus ἐννεακαιδεκητηρίς, de qua conferendi sunt Geminus (l. l. 6, p. 58) et Censorinus (de die nat. 18); plura dabit Ideler (Handbuch der Chronologie T. I, p. 47. 298. 313).

quinquaginta quinque] Vide ne legendum sit *quinquaginta novem*; tot enim annorum periodus ab antiquis vel Philolao vel Oenopidi tribuitur, de qua conferendi sunt Boeckhius (in Philol. p. 154) et Ideler (Chronol. I, p. 302).

iisdem rationibus] MS. *hisdem radiationibus*. Non male. GROTI.

anni magni] Macrobius (in somn. Scip. 2, 11): «Mundani ergo anni finis est, quum stellae omnes omniaque sidera, quae aplanas habet, a certo loco ad eundem locum ita remeaverint, ut ne una quidem coeli stella in alio loco sit, quam in quo fuit, quum aliae omnes ex eo loco motae sunt, ad quem reversae anno suo finem dederunt; ita ut lumina quoque cum erraticis quinque in iisdem locis et partibus sint, in quibus incipiente mundano anno fuerant; hoc autem, ut physici volunt, post annorum quindiesim millia peracta contingit.» Alii alios numeros tradunt, quos afferunt Davisius (ad Cic. N. D. 2, 20), Lipsius (ad Sen. p. 739), et J. H. Vossius (ad Virgil. ecl. 4, 5); adde Achillem Tatium (isag. 18, p. 137) et Photium (bibl. 249, p. 440).

spectanda] Lege *expectanda*. G. — Non necesse.

verum eadem] Legendum puto vocatur ὕψος ὑψωμένη et deinde ὕψος ταπεινουμένη; et post ταπεινὸς ταπεινουμένη et infra ταπεινὸς ὑψωμένη; vel sane quod magis Graece dicitur ὑπόβη ὑψωμένη, ὑπόβη ταπεινουμένη, ταπεινῶς ταπεινουμένη, ταπεινῶς ὑψωμένη. Similia sunt illa in arithmetiis: ἀρτιακὸς ἀρτία, ἀρτιακὸς περιβάδᾶ, περιβάδᾶκὸς περιβάδᾶ, περιβάδᾶκὸς ἀρτία. GROTI. — Martiani Capellae locus egregius de his Lunae motibus ita legendus est: «Verum eadem Luna quum secans solarem lineam in aquilonem scandit, vocatur ὕψος ὑψουμένη; quum ab aquilone ad solarem lineam redit, dicitur ὕψος ταπεινουμένη; quum a solari linea in austrum descendit, ταπεινώμα ταπεινουμένη; quum deinde rediens ad Solem resurgit, ταπεινώμα ὑψουμένη. Plinius degredi ea dicit quae ab altitudine descendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum est cap. XVII lib. II. SALMAS. (ad Solin. p. 754). — Equidem Salmasii lectionem praefero, quia cum codicibus Grotiano, Reichenaucensi, Darmstattensi, et Monacensi (C) congruit tam in verbis *quum secans* pro *consecans* quam in voce *aquilone* pro *aquilone*. Quod ad ὕψος, omissum in editis, id quoque Monacensis (C) praebet, nisi quod corruptum sequatur *ων*. Denique ubi Grotius legi jubet ταπεινὸς, sive ταπεινῶς, Salmasii lectio iterum cum Monacensi codice convenit, in quo ταπεινώμα legitur. Vulgo inepte ταπεινὸς ὑπομένην. Vox ταπεινώμα etiam apud Plutarchum et Cleomedem occurrit.

solarem lineam redit, dicitur ὕψος ταπεινουμένη; quum a solari in austrum descendit, ταπεινώμα ταπεινουμένη; quum deinde rediens ad Solem resurgit, ταπεινώμα ὑψουμένη. Sed idem adscensus descensusque faciunt utriusque luminis obscurationem. Nam quum Luna scandens descendensque in solarem lineam inciderit, si tricesima est, hoc est omni corpore subjecta Soli, obscurationem Solis terris facit; suo enim corpore subter se positus obscurat, aliis partibus terrae Sole qua non tegitur relucente. Quam obscurationem eadem non cunctis mensibus facit, quia non semper tricesima in eadem solari linea reperitur, sed aut sursum aut deorsum posita ne possit obstare transmittit.

DE DEFECTU LUNAE.

Item Lunae defectus fit, quum in contrario Luna posita, hoc est 870
decima quinta, in eadem linea Solis umbra terrae metaliter infusatur. Nam Sol umbram terrae in suam lineam mittit, quam si Lunae corpus intrarit, quoniam videre lumen Solis terra obstante non poterit, luminis soliti ademtione furvescit; alias quum in superiore aut inferiore latitudinis loco fuerit, pleni luminis effigie relucescit. Denique ideo intra sextum mensem defectus non 871

descendensve] Sic codices Monacensis (C) et Darmstattensis pro *descendensque* in editis. Mox reposui etiam e Reichenauensi *tricesima* pro *trigesima* duobus locis.

aliis partibus] Vide superius (ad §. 859).

obscurationem eadem] Alios idem legere Gro-
tius in margine annotat, sed rectius ad Lunam referetur. Plinius (2, 7): «Stati autem atque menstrui non sunt utriusque defectus, propter obliquitatem signiferi Lunaeque multivagos ut dictum est flexus, non semper in serupulis partium congruente siderum motu.» Adde Ammianum (20, 5; p. 256 Gronov.): «Ac licet utriusque sideris conversiones et motus in unum eundemque finem lunari cursu impleto perenni distinctione conveniant, tamen Sol

non semper his diebus obducitur, sed quum Luna e regione velut libramento quodam igneo orbi et adspectui nostro opponitur media.»

Lunae defectus] Vide Plutarchum (de plac. phil. 2, 29; p. 891), Plinium (2, 8 sequ.), Cleomedem (κωνλ. θεωρ. 2, 6), Geminum (elem. astr. 9, p. 41 Petav.), Ptolemaeum (Almagest. l. VI), Hyginum (poët. astr. 4, 14; p. 492 Munch.), alios; rem hodie vel pueris notam esse constat.

metaliter] Vide superius (§. 859).

quam si Lunae] Codex Ettenheimmünsteriensis quae umbra si, profecto male, quum sequentibus quoque verbis poterit et furvescit non umbra sed corpus Lunae subjectum sit.

intra sextum] Plinius (2, 10): «Intra ducentos

potuerunt iterari, quia aut decima quinta aut prima in eadem Solis linea per duodecim partium latitudinem spatiat, deinde non poterit inveniri. Unde si ab aquilone rediens ad Solem in latere proximo posita non obsistit, *παράλληλαξάμένην θύνοδον* facere perhibetur; quae si a latere septentrionis transcurrens coit nec obsistit, *παράλληλαξάμένη βορείω θύνοδω* meioratur; si ab austro veniens nec obsistens lumen acceperit, *παράλληλαξιν έν θύνοδω νοτίω* fecisse dicitur; si autem ad solarem circulum veniens ab austro obstiterit Soli, *άναβιβάζοντα θύνδεθμον* fecisse dicitur. Hae species diversitatesque Lunae superae mutabilitatis varietate confunduntur.

DE CURSU SOLIS.

872 Nam Solem gemino diximus meare motu; quippe ab ortu aut cum mundo corripitur, aut ipse suum circulum contra mundum per obliqua distendit.

annos Hipparchi sagacitate compertum est, et Lunae defectum aliquando *quinto mense* a priore fieri, Solis autem septimo.

inveniri] Nimirum ab umbra terrae; expressisse videtur Graecum verbum *καταλαμβάνεσθαι*.

παράλληλαξάμένην] Grotius hic et infra *παράλληλαξομένην*: equidem locum aperte corruptum emendavi maximam partem Salmasii (ad Solin. p. 754) auctoritatem secutus, ita tamen ut ubi is *παράλληλαξιν έν θύνοδω* scribendum censeret, leniore mutatione codicum vestigia sequeretur, quos *παράμαξάνην* legere Grotius in margine notavit, pervulgata confusione literarum *M* et *ΛΛ*, quam alio loco (in palaeogr. crit. III, p. 211) multis exemplis illustravi. Infra demum eundem secutus *παράλληλαξιν έν θύνοδω νοτίω* scripsi, quum Grotius inepte *παράλληλαξομένην θύνοδω νοτίω* fecisse edidisset, pariterque antea *coit nec obsistit pro coit et obsistit*, et infra *άναβιβάζοντα θύνδεθμον*, ubi Grotius *άναβαθιν θύνδεθμον* nescio unde, in margine autem *άναβιβάζων*. Accedit co-

dicum meorum auctoritas, quorum Darmstattensis et Reichenauensis *άναβιβάζων θύνδεθμον* praebent, et constans loquendi usus apud astronomos, quem etiam sequitur Ammianus Marcellinus (20, 3; p. 257 Gronov.): «Ad summam tum Sol occultatur splendore suppresso, quum ipse et lunaris globus, astrorum omnium infimus, parili comitatu obtinentes circulos proprios salvaque ratione altitudinis interjectae junctim locati, ut scienter et decore Ptolemaeus exponit, ad dimensiones venerint, quos *άναβιβάζοντας* et *καταβιβάζοντας έκλειπτικούς θύνδεθμούς*, *coagmenta* videlicet *defectiva*, Graeco dictitant sermone; ubi videatur Valesius.

haec species] Ita anteriores editiones; Grotius haec, quod apertum est erratum. Paulo post idem in margine notavit pro *superae mutabilitatis* alios legere *sub mortalitatis*, inepte.

diximus meare] Vide superius (§. 852) et Hyginum (poët. astr. 4, 15).

corripitur] Codex Ettenheimmünsteriensis vol-

Verum ex ea parte, qua cum mundo volvitur, quotidie ortus sui lineam mutat, et quoniam omnes ductus per quos volvitur circulos appellamus, centum octoginta tres eosdem esse dubium non habetur. Nam sive a Cancro descendat, per eosdem usque ad brumalem circulum currit, sive a bruma in solstitium veniat, per ipsos denuo revolvitur, qui quidem secantes secundo zodiacum contrariis signis perpetuo lineantur. Nam primus Arietis circulus primus est Librae, item tricesimus Arietis tricesimus est Librae; item Tauri prior Scorpionis est primus. Sic igitur trecentis sexaginta sex partibus fiunt centum octoginta tres circuli, quos omnes parallelos appellamus; et ex contrario, ut dixi, signa iisdem partibus secant. Ergo hos circulos annuos trecentis sexaginta quinque diebus et quadrante diei peragit, sive ad solstitialem circulum tendat, sive exinde revertatur. Illud etiam non tacendum, quod quum duo 873 sint hemisphaeria, unum ab aequinoctiali circulo in septentrionem, aliud in austrum ab eodem aequinoctiali, tamen Sol diversa utrumque ratione discurrit, quum ut dixi paria sint signa partis utriusque; verum id quod ad solstitialem consurgit centum octoginta quinque diebus et quadrante diei noctisque, id autem quod ad brumalem deprimitur centum octoginta diebus peragitur; quod utique illa res facit, quod eccentricum Solis circulo dixi esse tellurem, et in superiore hemisphaerio altius tolli, in inferiore ad terrae confinia appropinquare.

vitur id est corripitur, quo tamen additamento non egemus.

mutat] Alii teste Grotio in margine *metat*, inepte.

centum octoginta tres] Vide superius (§. 856).

in solstitium] Codex Ettenheimmünsteriensis *in solstitialem*, quod tamen non magis necessarium est quam quod pro *veniat* alios legere Grotius in margine notavit *eveniat*.

secundo] Id est *bis*, ut supra (§. 820).

quadrante] Alii teste Grotio in margine *triente*, male; vide Censorinum (de die natali 18) et Ge-

minum (6, p. 31 Petav.), si omnino testimoniis opus est in re lippis et tonsuris nota.

sint hemisphaeria] Codex Ettenheimmünsteriensis interponit *paria*, quod tamen necessarium non est, quum inferius sequatur, paria esse signa partis utriusque; neque magis necesse erat recipi quod idem mox praebuit *septentrionalem* pro *septentrionem*, errore paene puerili, quum hemisphaeria vel ultra circulos arcticos ad polos usque pertineant.

diversa utrumque] Vide superius (§. 848).

appropinquare] Sic codex Ettenheimmünsteriensis; vulgo *propinquare*.

Dubium autem non est citius transcurrere breviorum sinum tardiusque diffusum. 874 Verum Sol, quum ad Cancrum ab aequinoctiali parte conscendit, aestatem praestat hominibus, quos inter solstitialem septentrionalemque vivere dubium non habetur; quum ab eodem Cancro in aequinoctialem Libram descenderit, auctumnus facit; quum vero ad brumalem lineam recedit, hiems habetur, propterea quod calore dimoto torpor invadit. Rursum quum a Capricorno hiemali in aequinoctialem Arietem surgit, vernum tempus aridet; ex hinc denuo in Cancro aestas torrida renovatur. Sed e contrario perferre omnia non dubitatur antipodas; quorum aestatem Capricornus facit, hiemem Cancer, Sol tenens aequinoctia utrique parti temperiem.

DE ACCESSU DEFECTUQUE DIERUM AC NOCTIUM.

875 Jam illud superfluum puto, noctium accessus defectusque memorare, quum pares pro rata sint aestivis diebus hiemis noctes, et hiemalibus diebus noctes aestivae, unaque aequinoctialis nox, quae bis anno contingit, par sit diei suo. Nam quum ab aequinoctio verno in Cancrum Sol meat, omnes dies majores sunt noctibus suis; item ab auctumnali aequinoctio usque ad brumam minores dies noctibus dilatatis.

DE CLIMATIBUS OCTO.

876 Minimus autem anni dies brumalis est, qui habet horas novem; maximus autem solstitialis habet horas quindecim, licet hoc pro climatibus ratio-

antipodas] Vide librum sextum (§. 606 sequ.) et Cleomedem (*κνκλ. θεωρ. 1, 2*).

pro rata] Lege *pro rata* scil. *proportione*, quod mihi quidem multo aptius videtur quam *pro rata* pro ratione Solis cum glossis exponere, quanquam non nesciam etiam Graecis Solem *δίδκον* appellari. GROTIUS. — Codex Ettenheimmünsteriensis *pernotae*, sed longe praestat Grotiana lectio. Vitruvius (9,

6; p. 283 Bip.): »Sol per siderum spatia vadens dilatat contrahitque dies et horas.« Plura dabit Cleomedes (l. l. 1, 5 et 6).

horas novem] Restitui anteriorum editionum lectionem cum codice Ettenheimmünsteriensi, quum Grotius *horas 8* edidisset; pariterque ex eodem codice *horas 16*, quas Grotius solstitiali tribuit, mutavi in *quindecim*, ut sibi constaret ratio, quum

nibus varietur. Nam climata octo sunt: sed proximum solstitiali Diameoës; deinde alterum Diasyenes; tertium Dialexandrias, quod ducitur per Cyrenas in Africam Carthagini ab austro adjacentem; quartum et medium ex omnibus Diarhodu, quod per mediam Peloponnesum Siciliamque ductum ad ostium Baetis pervenit; quintum est Diarhomes per Macedoniam et alteram partem per Gallias et Lusitaniam ad Tagum descendens; deinde sextum per Hellespontum Thraciamque et confinem Germaniae Galliam; septimum Diaborysthenis per Ponticum mare et ab altera parte Germaniam Britanniamque praecidens; ultimum est ultra Maeotis paludes et infra Rhipaeos montes.

DE AEQUINOCTIALIBUS DIEBUS SECUNDUM CLIMATA.

Ergo secundum climata dies dicuntur. Diameoës maximus dies habet 877 aequinoctiales horas tredecim, minimus dies undecim; Diasyenes maximus dies horas habet quatuordecim, minimus decem; Dialexandrias maximus horas quatuordecim et dimidiam cum tricesima, minimus novem et dimidiam demta

antiores editiones horas XIII habent, quod ita tantum excusari possit, ut minutiores partes neglectas esse a Martiano dicamus (vide superius §. 846). Grotianae lectioni unus favet Monacensis (C), sed facilis conjectura est, quum Martianus diversissimis in terris scholarum in usum describeretur, eos numeros ubique positos esse, qui unius cujusque regionis climati convenirent.

climata octo] De his accurate egit Eratosthene duce Strabo (2, p. 131 sequ. Casaub.), quem omnino vide; plura dabit Cellarius (geogr. antiq. I, p. 21 sequ.).

Diarhodu] Grotius *Diarchodon*, sed codex Reichenauensis et anteriores editiones ut supra (§. 859).

Baetis] Sic recte margo Grotiana; vulgo inepte *Bethis*.

Lusitaniam] Grotiana margo codicesque Ettenheimmünsteriensis, Darmstattensis, et Monacensis

(C) pro *Lusitaniam ad Tagum descendens* habent *Lusitaniam attingens*, male. Sed in vulgata quoque lectione displicet *alteram partem*, cui libens *altera parte* substituissem, si codices addixissent.

dies dicuntur] Fortasse *dicantur*. Ceterum conferendus etiam Geminus (apud Petavium p. 22).

dies undecim] Darmstattensis codex maximo XII, minimo X horas tribuit; similique errore mox Reichenauensis in climate Diasyenes minimo horas XI; numeri omnino varie turbati.

horas quatuordecim et dimidiam] Vulgo: maximus horarum 14, minimus 9; restitui locum quomodo potui, ad Bondami (var. lect. p. 62. 63) imprimis codicem, nisi quod is et ipse vitiose horarum exhibet pro horas et minimo dici perperam decem tribuit pro novem; sed tales certe errores Martianus committere non potuit. Horas confirmat et codex Ettenheimmünsteriensis.

tricesima; Diarhodu maximus horas quatuordecim et besse, et minimus novem; Diarhomes maximus quindecim, minimus novem; Diahellespontu maximus horas quindecim, minimus octo et besse; Diaborysthenis maximus horas quindecim et besse, minimus octo et trientem; Diariphaeon maximus horas sedecim, minimus octo. Deinde quum prope cardinem accesseris, longior dies semper breviorque nox fiet; denique colligitur sub ipso vero cardine semper
 878 diem esse. Interea his climatibus quibus crescunt decrescuntque luces, sciendum a bruma ita dies accrescere, ut primo mense duodecima ejusdem temporis quod additur aestate accrescat, secundo mense sexta, tertio quarta, et quarto mense alia quarta, quinto sexta, sexto duodecima. Illud quoque manifestum, quod zodiacus circa Cancrum Capricornumque flexior aequinoctialem paene directum secat.

DE STELLA MERCURII.

879 Hactenus de Sole; nunc planetarum cursus convenit intueri, eorumque praecepue qui circa Solem peragratiōe mundana volvuntur. Nam Stilbon paene anni circulum ducens per octo latitudinis partes alterna incitus diversitate

et besse] Reliqui lectionem aperte corruptam eam tantum ob causam, quia duae emendandi viae patebant, ut vel *et bessem* scriberem vel *cum besse*. Ceterum codices Darmstattensis et Reichenauensis *et bessem* et *trientem* prorsus ubique negligunt.

quindecim cum besse] Sic codex Ettenheimmünsteriensis, vulgo *sedecim* contra rationem, nec melius Darmstattensis *septem* pro *octo*.

accesseris] Ita omnino legendum cum anterioribus editionibus, Bondami (p. 63) codice aliisque; Grotius nescio unde *accesserit*.

interea] MS. «Interea hic climatibus quibusque crescunt decrescuntque luces. Sciendum» cet. Grot. — Locus mutilus videtur esse, quapropter nihil mutare ausus sum.

duodecima] Ettenheimmünsteriensis *septima*.

directum] Malim *directim*. Grot.

circa Solem] Vide superius (§. 854. 857) et adde Vitruvium (9, 4; p. 263 Bip.): «Mercurii autem et Veneris stellae circum Solis radios, Solem ipsum uti centrum itineribus coronantes, regressus retrorsum et retardationes faciunt.»

paeni anni] Ettenheimmünsteriensis codex anno, male. De re vide superius (ad §. 832).

octo latitudinis partes] Plinius (hist. nat. 2, 13 s. 16): «Ab his Mercurii stella laxissime, ut tamen e duodenis partibus (tot enim sunt latitudinis) non amplius octonas pererret, neque has aequaliter, sed duas medio ejus, et supra quatuor, infra duas.»

discurrit. Hujus Venerisque circulos epicyclos esse superius memoravi, id est non intra ambitum proprium rotunditatem telluris includere, sed de latere quodammodo circumduci; qui ut oriri subinde occidereque videantur, mundani motus rapibus involvuntur. Sed idem Stilbon, licet Solem ex diversis circulis 880 comitetur, ab eo tamen nunquam ultra viginti tres partes poterit aberrare, nec duobus signis absistere; nunc praeteriens, nunc consistens, aut certe regrediens. Qui quidem diversis schematibus variatur; nam licet exiguo parvique temporis spatio faciat, tamen et ortus facit et occasus. Quippe ubi radiis solaribus conditione partium liberatus ante emergentis splendorem jubaris vibrabundus apparet, ultra terrarum horizontem sublevatus; nam acronycho ortu hic

superius memoravi] Grotiana margo *superioribus*; quo facile caremus. De *epicyclis* confer Ptolemaeum (Almagest. 3, 3 et 9, 5 sequ.), unde videbis, quod noster *superius* se de his egisse dicat, locum de eccentricitate terrae intelligi (v. §. 855).

comitetur] Codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Ettenheimmünsteriensis pariter atque margo Grotiana habent *contineat*; sed nostram lectionem recte tuetur Oudendorpius (ad Appul. I, p. 74). De re ipsa confer superiorem locum (§. 25).

viginti tres partes] Restitui ex Plinio (2, 8 et 14), quod facili errore apud Grotium in 32 abierat.

praeteriens] Plinius (2, 12): «Inferiores autem duae — a longissimis distantiae suae metis Solem insequuntur, adeptaeque occasu matutino conduntur et *praetereunt*; mox eodem intervallo vespere exorientur — ab his retrogradiantur ad Solem et occasu vespertino delitescunt.»

consistens] Plinius (2, 14): «Mercurii rursus stella — consecato Sole ad quindecim partium intervallum *consistit* quadriduo prope immobilis; mox ab altitudine descendit retroque graditur ab occasu vespertino usque ad exortum matutinum.»

regrediens] Grotiana margo *pergrediens*, inepte;

confer Plinium (2, 8): «modo ante Solis exortum, modo post occasum splendens», et Ciceronem (N. D. 2, 20): «quae anno fere vertente signiferum illustrat orbem, neque a Sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens tum subsequens.»

spatio] Vocabulum a Grotio omissum ex codicibus Darmstattensi et Ettenheimmünsteriensi inserui; sed quod alter ex his mox affert *eorum* ante *ortus*, merito sprevisse mihi videor.

liberatus] Reichenauensis codex a secunda manu *libratus*, fortasse ob similitudinem superioris loci (§. 25), sed longe diversa utriusque ratio est. Illic enim sensus est, Mercurium eo quasi libramento a Solis cursu pendere, ut nec semper cum sequi nec tamen longius diutiusve unquam discedere ab illo velit; hic autem apparet planetam significari, qui radiis Solis non amplius tegatur, sed jam sui juris factus proprio fulgore resplendescat. Nonnunquam enim perpetuum signis quatuor cum Sole esse Mercurium auctor est Hyginus (poët. astr. 4, 16). Similiter de Venere Vitruvius (9, 4): «quum est *liberata* ab impeditione radiorum Solis.»

acronycho] Male Grotius a *Chronico*, et ante-

nunquam poterit elevari. Quippe nisi in diametro Solis positus non potest evenire sideribus; diametrum in signo septimo perhibetur; ita fit ut iste, qui ultra signum et alteram exiguam portionem sequentis abesse non poterit, **881** non illi contingat ortu acronycho sublevari. Denique nec contrarium eidem novit occasum, sed ortum vespertinum facit, quum post occasum Solis luminis sui libertate clarescit. Item occasus duos habet, unum quum ante Solem parere solitus claritate radii supervenientis occulitur, alium quum itidem retrogradatione sua viciniae Solis admotus idem patitur in occasu. Ab eo quippe Solis lumine intra viginti momenta abesse non poterit, licet majoribus partibus aberrarit, qui ultra secundum signum non poterit inveniri. Et has tamen

riores a Cronico; melius Darmstattensis acronico, unde nullo negotio veram lectionem restitui. Nicander (theriac. 761):

Ἡνώδαλα φαλαίγη ἐναλίγµα, τὴν περὶ
λύχνους
Ἀκρόνοχος δειπνητὸς ἀπήλαβε παυράβ-
βουβαν,

ubi scholiasta: ἀκρόνοχος δὲ ἤγουν ἐβπερινός. Alii, ut Firmicus (math. 2, 8), *acronyctas* dicunt stellas, quae tunc oriuntur quum Sol occidit. Plura vide infra (§. 887).

quippe nisi] Reperi lectionem codicis Grotiani, quum vulgo sine sensu legeretur: «quippe in diametro Solis posse positus evenire sideribus»; sed quod idem mox ex codice attulit post *perhibetur* inserendum: «aut in quadrato partibus XC aut in triquetro partibus CXX aut in adverso partibus CLXXX», licet in Ettenheimmünsteriensi quoque invenerim, textui intrudere nolui, quum glossematis speciem referre videatur.

illi] Sic codices Reichenauensis, Monacensis (C), Ettenheimmünsteriensi, et Darmstattensis pro *illuc* in editis; neque in tanto librorum consensu recipere dubitavi, licet anacoluthia cum antecedenti

iste inde existeret, quum reliquae constructioni apprime conveniat. Quod autem mox in uno Ettenheimmünsteriensi legebatur *sublimari* pro *sublevari*, librario illi relinquendum duxi.

sed ortum] Secutus sum codices Darmstattensem et Ettenheimmünsteriensem; vulgo enim minus commode legebatur: «denique nec contrarium eidem novit occasum vel ortum: sed ortum itidem vespertinum» cet.

parere] Pro *apparere*, ut in rhetorica *signare* pro *assignare*, *firmare* pro *affirmare*. Sic lib. Geom.: «ejectae fragmentorum reliquiae parent.» Virgilius: «Cui fibrae pecudum, coeli cui sidera parent», ad quem locum Servius: «id est, a quo fibrae et sidera cernuntur.» Martialis:

«Ad portum quoties paruit Hermogenes.»

Et jurisconsultorum frequens illa in conditionibus formula: «si paret dare oportere.» Ad quem alludens arbiter leporum:

«Jurisconsultus paret, non paret habeto,

Atque esto quidquid Servius et Labeo.» GROT.

retrogradatione sua] Sic codex Reichenauensis; vulgo *sui*. In fine paragraphi malim *ostendit* pro *offendit*.

obscuraciones ortusque perspicuos quarto quoque mense nec id tamen semper offendit.

DE STELLA VENERIS.

At Venus, quae ab aliis Phosphoros nominatur, a Pythagora Samio 882 cum suis ostensa est terris rationibus pervestigata, et ipsa circa anni confinium ambire circulum proprium perdocetur. Nam trecentis diebus et aliquot, latitudinis vero partibus duodecim Lunae similis pervagatur, quinquaginta momentis a Solis orbe discedens, licet plus quadraginta sex partibus aberrare non valeat. Et tamen in suo posita circulo eum varia diversitate circumdat, quia aliquando eum transcurrit, aliquando subsequitur neo comprehendit, aliquando superfertur, nonnunquam subjacet, quippe quae non annis omnibus revocet cursum. Tunc 885 etiam quum retrograditur, ultra anni circulum tardior collustrat orbem, quum

Pythagora] Pythagorae meritum declarat Diogenes Laertius (8, 14): *πρῶτον Ἐβπερόν τε καὶ Φωσφόρον τὸν αὐτὸν εἰπεῖν*, ubi Menagius laudat Stobaeum (ecl. phys. 1, 25; p. 520 Heer.) et Plinium (2, 8): «Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum *Veneris*, alterno meatu vagum ipsisque cognominibus aemulum Solis ac Lunae. Praeveniens quippe et ante matutinum exoriens *Luciferi* nomen accipit, ut Sol alter diem maturans; contra ab occasu refulgens nuncupatur *Vesper*, ut prorogans lucem vicemque Lunae reddens; quam naturam ejus *Pythagoras Samius* primus deprehendit. Codex Reichenauensis post *suis* inserit *discipulis*, quod tamen ut glossema neglecti eo magis, quia *suis* ad *rationibus* referendum videbatur.

ambire] Sic codex Ettenheimmünsteriensis et Bondami (var. lect. p. 63), nec refragatur Monacensis (C), qui exhibet *ambiri*; vulgo minus commode *habere*. De re confer Ciceronem (N. D. 2, 20): «Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans

signiferi orbis et longitudinem — neque unquam ab Sole duorum signorum intervallo longius discedit, tum antecedens tum subsequens.»

quadraginta sex partibus] Delevi quod in editis praemissum erat a codicis Ettenheimmünsteriensis auctoritate. Rem ipsam confirmat Plinius (2, 8): «Signiferi autem ambitum peragit *trecentis et duodequinguenis* diebus, ab Sole nunquam absistens *partibus sex atque quadraginta* longius, ut Timaeo placet.»

quia aliquando] Codices Monacensis (C) et Reichenauensis interponunt *XLIma*, nescio quo sensu. *non annis omnibus*] Hyginus (4, 15): «Sed totus Hesperus incertos efficit cursus, non eodem tempore ad praeteritum transiens signum.»

quum retrograditur] Particulam vulgo omissam supplevi ex codice Ettenheimmünsteriensis; vellem etiam *enim* pro *etiam* substituere licuisset.

ultra anni] MS. *contra anni circulum*. Forte *cum intra*. GROT. — Ex nostra lectione sana omnis

autem directo cursu meat, etiam undecimo mense circulum complet. Nunc faciens ante Solis ortum in Luciferum, nunc post occasum Solis effulgens Vesper vel Vesperugo nominatur. Sola de quinque sideribus umbram reddit ut Luna, solaque fulgori Solis emergentis diu conspecta non cedit. Quae quidem in ortu matutino plerumque quatuor mensibus immoratur, in vespertino vero nunquam plus viginti diebus. Verum tam visus ejus quam occultationes undeviginti mensibus restaurantur.

DE STELLA MARTIS.

884 Nam Pyrois sive Martium sidus ultra Solem moans proprium etiam ipse circulum telluris eccentricum meat annis prope duobus; in latitudinem quinque vel quatuor partes excurrit. Cui licet cum duobus superpositis ortus, occasus, stationesque ac reditus videantur esse communes, tamen et altitudinem propriam, et stationem primam, et absidem suam exceptam ceteris novit.

ante Solis ortum] Reperi lectionem Bondami (var. lect. p. 63 f.) et codicum Ettenheimmünsteriensis, Darmstattensis, et Monacensis (C), quum apud Grotium legeretur «nunc faciens ortum ut in Luciferum»; licet probe sciam persanatum locum ne nunc quidem videri. Sensus tamen perspicuus, quocum etiam conferri potest Vitruvii locus supra laudatus: «Id autem ita esse maxime cognoscitur ex Veneris stella, quod ea quum Solem sequatur, post occasum ejus apparens in coelo clarissimeque lucens *Vesperugo* vocitatur, aliis autem temporibus eum antecurrens et oriens ante lucem *Lucifer* appellatur.»

circulum] Grotius edidit *circum*, hae nota addita: «Quamquam pudeat haec talia annotare, tamen imperitorum causa addo *circum* hic nomen esse, non ἀκλιτον»: attamen praetuli codicis Ettenheimmünsteriensis lectionem, quum *circum* mihi remansisse videatur ex prava lectione, cujus vestigia in mar-

gine Grotiana exstant: «circum telluris centrum» pro *eccentricum*. De eccentricitate et epicyclis Martis vide Ptolemaeum (Almagest. 10, 7 sequ.).

in latitudinem] In editis erat: «in latitudine quinque partes excurrit», cum nota marginali: «al. quatuor»; nostra petimus ex codicibus Darmstattensi, Ettenheimmünsteriensis, et Monacensi (C). Plinius (2, 13 s. 16): «Martis stella quatuor medias, Jovis mediam et super eam duas, Saturni duabus ut Sol.»

superpositis] Nempe in coelo, non in hoc libro, Jove nimirum et Saturno, sicut infra (§. 886) inferiores Saturno sunt Jupiter et Mars.

absidem] Ἀψίδα nemo ignorat planetarum orbes appellari. Meminit Plinius lib. II, cap. XVI Appulejus de deo Socratis, ubi de planetis sermo: «Varia quippe curriculi specie, sed una semper et aequabili pernitate, tum progressus tum autem regressus mirabili vicissitudine assimulant, pro

Nam ejus altitudo, id est ubi se ejus circulus a terra altius tollit, sub signi Leonis regione consurgit; statio vero specialis ejus prima; nam utpote Soli conjunctus de proximo etiam in quadratura ejus positus radios sentit, quippe in nonagesima parte ex utroque ejus latere remoratur. Absidem etiam habet recessumque sublimem in Capricorni confinio, hoc est sub ejus vicesima nona parte.

DE STELLA JOVIS.

Stella vero Jovis salutaris ad omnia utpote superior duodecim annis 885 longitudinem propriae circumactionis excurrit, per latitudinem vero quinque partium spatiatur. Altitudo ejus circuli in Virgine reperitur, absis vero in Cancri decima quinta portione; qui adscensus descensusque eccentricon esse terram ipsum quoque circulum contestantur.

situ et flexu, et *abstituto* circularum; legendum puto et *absidibus* circularum. GROT. — Ipsius Plinii verba apposui, quia ea hic et in sequentibus nostro ante oculos fuisse verisimillimum est: «Pluribus de causis haec omnia accidunt. Prima circularum, quos Graeci *ἀψίδας* in stellis vocant — sunt autem hi sui cuique earum aliique quam mundo; quoniam terra a verticibus duobus, quos appellant polos, centrum coeli est — ergo ab alio cuique centro *absides* suae exsurgunt, ideoque diversos habent orbis motusque dissimiles, quoniam interiores *absidas* necesse est breviores esse. Igitur a terrae centro *absides* altissimae sunt Saturno in Scorpione, Jovi in Virgine, Marti in Leone, Jovi in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, mediis omnium partibus.»

in quadratura] Plinius (2, 12 s. 13): «Martis stella ut propior etiam ex *quadrato* sentit radios ab *nonaginta partibus* — eadem stationalis sensis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris.»

recessumque sublimem] Plinius (2, 13 s. 16): «Altera *sublimitatum* causa, quoniam a suo centro

absidas altissimas habent in aliis signis: Saturnus in Librae parte vicesima, Jupiter Cancri quinta decima, Mars Capricorni vicesima octava cet., unde qui volet numeros apud nostrum corrigat.

salutaris] Cicero (somn. Scip. 4 sive ap. Macrob. 1, 17): «Deinde est hominum generi prosperus et *salutaris* ille fulgor, qui dicitur Jovis.» Codex Reichenauensis post vocem *salutaris* addit *rector*, quod tamen displicet, quia planetarum rector Sol est, non Jovis stella. Sed de Jove *ἀγαθοποιῶ* Manetho multis locis, in primis hoc (1, 496):

Ζεὺς δ' ὀπὸτ' ἂν φαέθων ὠροβκόπον ὄμμα
ταβήη,

Εὐμόρφους τε τιθήνη καὶ εὐτυχίας καὶ
ἐπόλβους,

Ἐν τ' ἀρχαῖς πλειστήθι πάτρης τὰ βέβαια
φρονούστας.

Adde interpretes Persil (sat. 5, 50).

eccentron esse terram] Lege: «eccentron esse terrae.» GROT. — Recte, si superiora comparamus (§. 884): «circulum *telluris* eccentricon; sed quum nihilominus variae emendandi viae pateant, codicem

DE STELLA SATURNI.

- 886 Phænonis autem, hoc est Saturni praealtius omnibus sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit, in latitudine vero tribus tantum aut etiam duabus partibus pervagatur. Altitudo quidem ejus circuli in Scorpionis signo grandescit, verum absis ipsius in Librae vicesima portione. Ortus tam ei quam duabus inferioribus sunt similes, quum ultra partes duodecim eas matutini radius non praecesserit Solis; tunc quippe matutinum ortum facere perhibentur; occasum autem quum Sole dimerso
- 887 remotae tot partibus poterunt apparere. Est et alius ortus, qui ἀρόνοχος perhibetur, quum Sole intra horizontem demergente de orientis facie clarum planetae nascentis sidus emergit. Occultationes vero eorum fiunt, quum radio Solis consequente proprii luminis vibratum amittunt. Denique a partibus centum viginti matutinas stationes efficiunt, moxque in contrario in centum octoginta partibus exortus faciunt vespertinos; itemque in alio latere in centum viginti partibus vicinantes stationes faciunt vespertinas, quas etiam secundas dicunt, qui superiores primas esse dixerunt, consecutus autem radius intra duodecim partes eas opprimit et occultat. Sed cursus diversitates altitudinisque causas consistendi retrogradiendique atque incedendi omnibus supradictis importat radius Solis affulgens, qui eas percutiens aut in sublime tollit aut in profundum deprimit aut in latitudinem declinare aut retrogradare facit.

auctoritate destitutus nihil mutare ausus sum. De re vide Ptolemaeum (11, 1 sequ.).

quum ultra] Sic scripsi pro *enm ultra* ex codice Darmstattensi, neque aliter locum nostrum citat Harduinus (ad Plin. hist. n. 2, 12), unde etiam paulo inferius recepi *cas* pro inepta lectione *Eois*, quae apud Grotium exstabat.

matutinum ortum] Plinius: «Errantium autem tres, quas supra Solem diximus sitas, occultantur meantes cum eo. Exoriantur vero matutina; discedentes partibus nunquam amplius undenis; postea

radiatorum ejus contactu teguntur, et in triquetra a partibus centum viginti stationes matutinas faciunt, quae et primae vocantur; mox in adverso a partibus centum octoginta exortus vespertinos; iterumque in centum viginti ab alio latere appropinquantes stationes vespertinas, quas secundas vocant, donec aspectus in partibus duodenis occultet illas, qui vespertini occasus perhibentur.»

ἀρόνοχος] Sic corrigendum erat e superiori loco (§. 880); vulgo inepte χρόνικος, ubi jam accentus perperam positus vitium prodidit.

M A R T I A N I

MINEI FELICIS

C A P E L L A E,

AFRI CARTHAGINIENSIS,

DE

M U S I C A

LIBER IX.

Jam facibus lassos spectans marcentibus ignes
Instaurare jubet tunc hymenaea Venus.
Quis modus, inquit, erit? quonam sollertia fine
Impedient thalamos ludere gymnasia?
Diriguit comis blandisque assueta Voluptas,
Et noster pallens contrahit ora puer;
Ipsa etiam fulcris redimicula nectere sueta
Flora decens trina anxia cum Charite est.
Nec melicum recinens modulatur tibia carmen,

888

Redimicula] Commentator quidam vetus *redimicula* refert ad sequentem vocem *trina*, et interpretatur *trina redimicula* tria fila varii coloris, rubri, purpurei, hyacinthini. Sed fallitur, ut aliis innumeris in locis; quum referendum sit *trina* ad *Charite* pro tribus Charitibus; non ut idem commentator, qui Charitem unam deam facit. VULCAN.

trina] Vide superius (§. 1). Vonckius (in spec.

crit. p. 85) vitandi hiatus causa sic verba disponi jussit: »trina Flora decens«, sed longe praestat vulgata secundum structuram pariter et rhythmicam rationem, quum hiatus in caesura usitatissimus sit.

melicum] Gl. B »mellitum et dulce.« Lepidior quam verior glossa. Melicum carmen dixit hymenaeum, quod ille non simpliciter recitaretur, sed caneretur ad tibiam, ut et supra ex Hesychio vi-

Nec dulcis tentat psallere Melpomene;
 Omnia quae tenero moris fervere ludo
 In cumulum doctae vocis honore tacent,
 Nec Suada illecebris sponsalia pectora mulcet,
 Nec Stimula incenso allicit aculeo;
 Quin etiam interulos gaudens dissolvere nexus

dimus. Porro *reticens* habebat MS. A pro *recinens*, sed inepte. MEMOR. (in mus. script. ant. p. 340). — Non adeo inepta est lectio *reticens*, quam Grotius quoque ex aliis in margine notavit, quum id ipsum queratur Venus, quod tibia reticuerit nec carmen moduletur; tamen mutandae vulgatae causa nulla erat.

dulcis] In manuscripto libro est: »nec dulce tentat.« Quod non indignum puto Capella. Callus:

»Dulce rideat ad patrem« — —
 estque quod alii dicant *dulciter*. Horatius:

»Dulce ridentem Lalagen amabo
 Dulce loquentem.«

Sed *dulce quiescere* dicit Appulejus. BARTH. (in ad- vers. p. 1541). — At metrum non patitur, et *dulces Camoenas* dixit etiam Horatius (epist. 1, 19, 5).

tentat] *Temptat* semper uterque codex. Et in aliis, quos habeo, antiquis MSS. ita hoc verbum exaratum invenitur. MEMOR. — Monacensis (C) quoque codex *temptat* praebet, sed confer Marium Victorinum (p. 2466 Putsch.).

moris] Grotiana margo codicesque Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C) praebent *amoris*, errore facili et hoc inprimis in loco excusando, sed qui nihilominus nec metro conveniat nec sententiae; constructio enim haec est: »omnia, quae moris (scil. est) fervere tenero ludo, tacent.« Locutionis exempla quaere apud Boetticherum (in lexico Taciteo p. 211).

in cumulum] Restitui anteriorum editionum lectionem, quam Grotius in marginem rejecerat scripseratque *in cumulo*, sensu nullo; *in cumulum* est *insuper*, praeterea, simulque *ne quid desit*, ut *res omnibus partibus absolvatur*, ironica plerumque significatione, ut apud Ciceronem (de lege agr. 2, 23). Sensus igitur hic est: »omnia praeterea sollemnia nuptialia tacent prae reverentia artium, quae hucusque locutae erant.«

Suada] Juno, quae et pronuba. VULC. — Immo Veneris comes, ut apud Horatium (epist. 1, 6, 38). Eadem infra (§. 905) Graeco nomine *Pitho* appellatur, quam Plutarchus (in quaest. Rom. 2, p. 246) inter ipsos Romanorum deos nuptiales numerat.

sponsalia] Grotius *sponsalis*, altera lectione in marginem rejecta; sed huic codices etiam favent Reichenauensis, Darmstattensis, Monacensis, et Meibomianus uterque.

Stimula] Dea (Ovid. fast. 6, 503. Scholiast. ad Juvenal. 2, 3), ut Augustini (de civ. dei 4, 11 et 10) verbis utar, »quae ad agendum ultra modum *stimulat*.«

incenso] Codex uterque *incensa*, pro quo tamen melius videtur *incenso*; nisi abstrusior hic lateat expositio. MEMOR. — Darmstattensis etiam codex *incensa*, sed metro hoc magis etiam repugnat quam *incenso*. Alii, teste Grotio in margine, *intenso*. Optimum fortasse fuerit *incensos*, si libri addicerent.

gaudens] Hymen intelligo. VULC. — Sed femi-

Blandificaque libens stringere corda face
 Nictantes oculos reprimit stupefacta pavore,
 Nec perferre valet Gorgonos ora trucis.
 Si erudita placent certe sponsalia divis,
 Saltem docta ferat carmina Calliope;
 Nam simul oblectans vocis modulamine mentes
 Taedia dulcisonis auferet illa tonis;
 Quippe scruposis, fateor, lassata salebris
 Insuetis laedor moestificata modis.

nam requiri mox *stupefacta* ostendit, quare Pronubam vel Cinxiam intelligo, quae gaudent *interulos nexus*, id est vincula interularum sive interiorum tunicarum solvere.

pavore] Recepti lectionem sequentibus aptissimam ex margine Grotiana et codice Darmstattensi; vulgo legebatur *vapore*, ad quod Meibomius (p. 340): «Sic cod. B addita glossa: «servore artium», nimis acute! Codex A *vapores*, at litera s deleta; in margine erat *pavore*.» Codex Monacensis (C) *sopore*, quod multum habet quo se commendet; attamen *nictari* homines etiam prae *pavore* dici, insignis probat Plinii locus (11, 54) de oculis: «Plérisque vero naturale, ut *nictari* non cessent, quos *pavidiores* accepimus.»

Gorgonos] Gorgonis hoc est Palladis Gorgoneum caput in pectore gestantis. VULCAN. — Non *Gorgonis* sed *Gorgonos* libri omnes habent. Conferre superiorem licet locum (§. 572). *Trucem* autem appellat, ut Martialis (10, 19, 14) *tetricam*.

divis] Sic codex Darmstattensis; vulgo *divi*, quod glossa apud Meibomium ad *Mercurium* refert; sed praestat nostra lectio, qua se Venus ad totum deorum senatum convertere videtur.

tonis] Id est *cantibus*, qui in diversis *tonis* seu modis sunt facti. MEMOR.

quippe scruposis] E codicibus Reichenauensi et Meibomiano utroque correxi hunc versum, quem ita Grotius ediderat:

«*Quippe est scruposis fateor lassata puellis*», addita tamen nota marginali, qua vocem *est* in veteri codice non haberi testaretur, neque habetur in Monacensi (C) et Darmstattensi. Ad vocem *scruposis* glossae codicis B apud Meibomium adscribunt *salebrosus* et *difficilibus*, Papias autem explicat *spinosa* et *aspera*; vide etiam viros doctos ad Valerium Flaccum (2, 518; p. 214 Burm.). Pro *puellis* Oudendorpius (ad Appulejum T. I, p. 484) mera e conjectura rescripsit *duellis*, cui certe praestabit, quod nos e codicibus reposuimus. *Salebrae* sunt ipsae illae exiles et intricatae quaestiones grammaticae et geometricae cum invenusto et horrido verborum strepitu conjunctae, ut apud Martialem (11, 90, 2):

«*Carmina nulla probas, molli quae limite currunt,
 Sed quae per salebras altaeque saxa cadunt*»; unde et «*salebrosus* Santra» apud eundem (11, 2, 7), et «*salebrosa oratio*» apud Quintilianum (11, 2).

modis] Grotiana margo codicesque tam Meibomiani quam mei habent *moris*, recte tamen egit Meibomius vulgatam tuens, quae sensui unice convenit. Licet enim initio carminis de *mora* Venus

Pronuba sic volupe est haec seria carpere Juno,
 Nec cura astrigeri te stimulat thalami;
 Ast ego succubui, lepidisque assueta choreis
 Non valco tristes cernere Cecropidas.

889

Et cum dicto resupina paululum reclinisque pone consistentis sese permisit amplexibus Voluptatis. Cujus verbis assertionique ruricolae omnes cunctique fluctigenae, quam plures etiam astriluci assensere divi; praesertimque Lemnius Mulciber fabrilium tantum operum sollers maritus promtiore attestazione colaudat; tunc denique, quod decenter innixa, atque ipsa relabentem lassitudo decuerat, Mars eminus conspicatus tenero cum admirationis obtutu languidiore fractior voce laudavit, profundaque visus est traxisse suspiria, nec Bromius in favoris gratiam dispar fuit; quin etiam ipsum Atlantiadem tam flammatae cu-

Quaerita fuerit, nunc tamen horrido potius verborum strepitu insuetisque dicendi modis lassari se laedique significat, quum dulcia tantum carmina modosque lepidos et molles audire consuerit. *Lactor* autem legendum esse cum Grotio, non *lactor* cum anterioribus, vix verbo moneri oportebat.

sic volupe est] Locum turbatum esse apparet; vide ne legendum sit *si volupe est*, quanquam ne sic quidem commode procedet constructio, nisi infinitivum *carpere* Graeco more vel pro imperativo usurpari vel quod malim per attractionem positum esse statuas, ut apud Platonem (in Theage p. 129): *εἰ δὲ βούλεσθε τὸν Τιμάρχον ἀδελφὸν ἐρέσθαι*. Sensem autem hunc esse non dubium est: «Tu pronuba Juno carpe haec seria, si volupe est nec cura thalami te stimulat; at ego defatigata sum lepidisque assueta choreis seriarum illarum disciplinarum adspectum perferre amplius non possum.» *Carpere* enim idem est quod *frui*, ut *dulcia* (Pers. 5, 151), *gaudia* (Ovid. arte am. 3, 661), *oscula* (heroid. 11, 117) cct.

astrigeri] Reichenauensis quidem codex cum editis *astriferi* habet, Darmstattensis vero *astrigeri*, quod ideo praetuli, quia noster hac voce, non illa, saepe usus est: *astrigera sedes* (§. 808), *astrigeri dii* (§. 91), *astrigerum coelum* (§. 193 f. 802) cct.

consistentis] Vulgo *consistens*, sed praetuli auctoritatem codicis Darmstattensis et Leidensium quatuor antiquissimorum (Oudend. ad Appul. I, p. 86. 112. 476).

fabrilium] Id est sordidarum, illiberalium, quas Graeci *βαναυβικάς* appellant ingenuisque et liberalibus, quae hic proponuntur, opponunt. Confer Wowerum (de polymath. 3, p. 25).

lassitudo decuerat] Pariter supra (§. 704) dixerat: «*Lassa Venus pulchrior.*»

tenero] Hoc e codice Monacensi (C) recepi pro *tenerae* in editis, ut ad *obtutum* spectaret; nam adjectivum *languidior* ad *vocem* pertinet.

Atlantiadem] Corruptum in editis *Athlantidem* correxi e codicibus Monacensi (C), Darmstattensi et Reichenauensi. Cfr. superiores locos (§. 38. 726).

piditatis cura concussit, ut omittere vellet quae circa sponsalem coetum ornatio-
 niora disposuit. Tanti quippe visum nunquam Veneri displicere. Verum 890
 superum pater, licet insinuatione germanae ut properaret admonitus, tamen
 ne quid nuptialibus derogaret ornatibus, aut tantae eruditionis examen deliciosa
 festinatione convelleret, qui probandarum numerus superasset, nihil afferens
 festinationis exquirat. Cui Delius Medicinam suggerit Architectonicamque in 891
 praeparatis assistere; sed quoniam his mortalium rerum cura terrenorumque
 sollertia est, nec cum aethere quidquam habent superisque confine, non
 incongrue, quasi fastidio respuantur, in senatu coelico reticebunt, ab ipsa
 deinceps virgine explorandae discussius; una vero, quae potissima coeli
 siderumque dilectio est, examinis hujus tam favore quam voluptate disquiratur,
 tuisque conspectibus non poterit sine scelere viduari. Sed illud prae cunctis 892
 intimatum velim, quod dotis offerendae cumulandaeque reciproco alias advexit
 virginis mater puellas, quas opulentis collocatas muneribus examine isto ex-
 plorare constituit. Hae igitur nec dispaes numero nec disgregae venustate,
 eruditionis etiam dignitate paucis adstantium conferendae, in penetralibus
 quoque virginis secretisque sanctioribus alumndatae, quove odio quibusque

coetum] Codex Monacensis (C) *curam*; sed *coetum sponsalem* intelligo turbam disciplinarum dotialium, quas sponsae destinaverat.

Architectonicamque] Glossa B: *principatum aedificiorum.* Ecce Graecam glossatoris eruditionem! MEIBOM.

quasi fastidio] Reduxi lectionem a Grotio in marginem rejectam, adstipulante codice Monacensi (C); vulgo *ac si*, sed Meibomii quoque uterque codex *ac* omittit.

dilectio] Vulgo *dilectior*, sed recepi quod jam Grotius ex codice suo recipiendum quaeserat, ne adjectivo *potissima* substantivum suum deesset.

reciproco] Magnus ille Cujacius in paratitulis ad tit. de jure dotium: *Dos est pensatio onerum ma-*

trimonii, qua ratione Martianus Capella non male dotis offerendae cumulandaeque reciproco dixit, et alio loco: *utrum repensatrix data.* Locus alter quem inquit incomparabilis jurisconsultus aliquanto infra est. GROTIUS.

collocatas] Alii teste Grotio in margine *collocatura*, sed mutandi causa nulla est.

nec dispaes] Sic codex Monacensis (C), neque refragatur Darmstattensis, qui exhibet *non*; sed vulgo prorsus inepte *modo*.

disgregae] Dissimiles. VULCAN.

sanctioribus] E codice Reichenauensi hoc recepi, quum vulgo *sanctionibus* legeretur minus commode. De vocabulo quod sequitur *alumndatae* vide Oudendorpium (ad Appul. 6, p. 425 et 9, p. 662).

deliciis ac prorsus enervi mollitudine sideralis curiae transeantur, Jovialis
 893 vigoris majestate peroensae? Hic Tritonida: atquin, ait, virgines quas Phronesis
 educavit superum incessabiliter pectorum arcana tenuerunt, nec quisquam fuit
 vestrum, qui non illis voluntatis abditae interpretamenta commiserit; denique
 ex his quam plures antistitium professae divum, ac ni per illas nefas in terris
 sanctis libare numinibus, certe litare penitus abnegatum. Verum transactae
 virgines eruditionis castae praestitere miracula, hac familiaritatis vestrae
 894 praeserunt documenta; nam inter divina humanaque dissidia solae semper
 dum Delius Pallasque dissererent, earum disquisita vocabula; tunc Phoebus:
 Genethliace, inquit, prior adstabit, quae rationis aetherae conscia pensa La-
 chesis adoperte atque instantium seculorum gerenda denunciat; deinde Sym-

Tritonida] Sic alibi saepe pro *Tritonis*, et vero MS. *Tritonia* plerumque *Tritonida*, ea nimirum forma, qua *lampas lampada*, *hebdomas hebdomada*, *Itonis Itonida* apud Festum, *Ptolemais Ptolemaida*, *Persis Persida*, *Chalcis Chalcida* ipsi Capellae, *absis absida* Isidoro et Augustino ad May. ubi vulgo *absidiae* legitur: *herois heroida* Fulgentio dicitur. Gnor. — Vide superius (ad §. 51).

antistitium] Vulgo *antistitiam*, quod ex ipso nostro correxi (§. 134).

ac ni per illas] Adde ex MS. *nefas*; alludit autem hic in differentia vocum *litare* et *libare*. Est enim *libare* generaliter sacrificare, vel specialiter veniam sacrificiis petere, *litare* vota impetrare, quo pertinet similis ille Plauti ius:

«Si hercle isthuc unquam factum est, tum me
 Jupiter

Faciat ut semper sacrificem neque unquam litem.
 Gnor. — Inserni vocem *nefas*, quam colices etiam Monacensis (C), Darmstattensis, et Reichenauensis habent. Sensus est, per illas tantum fas esse libare, certe litari nisi per eas omnino non posse. *Litare*

est quod Graece *καλλιστεῖν*, vide Taylorum (ad Lysiam p. 62 Reisk.).

colloquia] Huc pertinet quod Plato ait (in politico p. 290 Steph.): εἰδὶ δὲ οἱ περὶ μαντικὴν ἔχοντες τινος ἐπιβτήμης διακόνου μόριον, ἐρμηνευταὶ γὰρ ποῦ νομίζονται παρὰ θεῶν ἀνθρώποις: et alio loco (in convivio p. 188): καὶ ἐστὶν αὖ ἡ μαντικὴ φιλλίας θεῶν καὶ ἀνθρώπων δημιουργὸς κ. τ. λ.

Genethliace prior] In editis erat *promior*, sed ad marginem positum *prior* astabat, unde recepi quod codicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi (C) firmabatur. De Genethliace vide superiorum notam (ad §. 228) et palaeographiam meam criticam (T. IV, §. 303).

adoperte] Fortasse *adoperta*. Ceterum confer Ciceronem (de divin. 1, 1): «diurna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset»; et Vitruvium (9, 4): «quod propria est eorum genethliologiae ratio, uti possint antefacta et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare.»

bolice, quae varietatibus ominatis ventura componens auspiciorum proventus pensat viribus futurorum. Oeonistice tertia est, per quam tripus illa ventura denunciat, atque omnis emittit nostra cortina; denique in argumentum praescientiae mihi corvus alludit, cygnus etiam sociatur, ut diei noctisque proventus nos avibus praesentire concolor temporum pluma testetur; ipsaque tripus trini cursus praesagia pollicetur, hoc est exstantis, instantis, et rapti. Demum 895 trigarium supplicantis semper germanitatis adveniat, quod nostra vulgo suffragia pollicendo incertos mortalium sensus primum in spem opis superae proritavit,

Symbolice] Haec est quae ἐκ συμβόλων futura auguratur, quam jam Xenophon inter quatuor antiquissima μαντικῆς genera refert (mem. Soer. 1, 1, 5): ὁ δ' οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς τε χρώνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις: adde Aeschylum (in Prometh. v. 485 sequ.).

Κἄκρυνα πρῶτος ἐξ ὄνειράτων ἃ χρῆ.

Ἵπαρ γενέσθαι, κληθόνας τε δυσκρίτους Ἐγνώριδ' αὐτοῖς, ἐνοδίους τε συμβόλους,

Γαμφωνόχων τε πτήδιον οἰωνῶν κ. τ. λ.

quanquam eadem etiam communi ὄρνιθων sive οἰωνῶν nomine comprehensa esse testatur Aristophanes (in avibus 719):

Φῆμη γ' ὅμιν ὄρνις ἐστὶ, παρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε,

Ἐμβολον ὄρνιν, φωνήν ὄρνιν κ. τ. λ.

Erant autem quae Latini ostenta, portenta, monstra, prodigia dicebant (Cicero de divin. 1, 42), quae qui curabant, τερατοβόποι appellabantur.

Oeonistice] Haec est quae ex alitum volatu praesagia capit, quam velut οἰωνοῖδτικὴν dictam Plato vult (in Phaedr. p. 244 Steph.). Plura dabit Spanhemius (ad Callim. lavacr. Pall. 124 sequ.) et Eschenbachius (de auguriis veterum in diss. acad. p. 556 sequ.).

cortina] Eodem nunc quo tripus significatu

usurpatur, licet proprie pars tantum ipsius sit, quae Graecis ἡχείον nuncupabatur; vide Müllerum (de tripode Delphico p. 16 sequ.). Sed ita saepe veteres per synecdochen, ut Virgilius (Aen. 3, 92):

•Liminaque laurusque dei totusque moveri

Mons circum et mugire adytis cortina reclusis.

Inepte Varro (L. L. 6, 3; p. 91) a corde dietam vult, quod inde sortes primae existimatae!

corvus] Quem Apollini sacrum supra jam vidimus (§. 455); adde Aelianum (hist. anim. 1, 48), Plutarchum (de Isid. et Osir. p. 379), et Porphyrium (de abstin. 3, 5; p. 226).

cygnus] Cygnos augurales alites itidem supra cognovimus (§. 26). Plura dabit J. H. Vossius (mythol. Briefe T. II, p. 108 sequ.).

concolor temporum] Cygnus diei, corvus noctis. VULG. — Simili lusu Appulejus (in florid. p. 110 Oudend.): •utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit; candidum colori, nigrum corvo; et Eustathius (ad Iliad. d. 101; p. 449): ὁ κόκκος ἱεροῦται Ἀπόλλωνι ὡς ἡλίῳ διὰ τὴν λευκότητα, καὶ ὁ κόραξ διὰ τὴν νοκτερινὴν μελανίαν: quo utitur Cuperus (Harpocr. p. 71).

trini cursus] Vide superius (ad §. 753).

trigarium] Quam septem numero disciplinas sacerdotales Martianas in medium producat (§. 892) totidemque Cicero (de divin. 1, 52) enumeret di-

praesidiique indigam in cultum fecit procedere nationem. Hanc igitur sive trigeminam feminam sive tres in unius nominis vocabulum conspirantes quis in coelum venientes inexaminatas attentet explodere, quum per eas in terras
 896 nos certum sit demeare? Post has vero adstabit decens illa sidereis fulguransque luminibus, quae epistolaris tua et dicta est et probata. Huic semper pater tuas assereris credidisse manubias ac trisulcae lucis commisisse fulgorem, quae vias, vestigia, adventum, exitusque ignivagae denunciationis agnoscit. Huic igitur feminae colloquium denegamus, per quam edictorum tuorum admonitus mortalibus innotescunt? Cur igitur pater optime remoraris et intromittere eas
 897 alacer et probare? Postquam haec Latoius dixit, Jupiter Harmonien venire, quam suggestum est Mercurialium solam superesse, praecepit, tuncque alias in ordinem continuari. Hic Luna jam gemina emensi diei portione commonita: ingressuram, inquit, mox feminam possum explorare vobiscum; ceterum propinquante vespera confiniisque noctis consequentibus tempora impartire non possum; quippe Plaustrum mihi Taurusque ac mundanae discursionis itiner subeundum, nec ceterarum me auscultare commentis stelligeri raptus

vinationis genera: «in extis, in avibus, in fulguribus, in ostentis, in stellis, in somniantium visis, in furentium vocibus», facilis conjectura esset, quum Gentiliace ad stellas, Symbolice ad ostenta, Oeonistice ad aves spectet, fulgurum autem interpretatio mox sequatur, reliqua tria hoc trigario comprehendere; sed quam ipso Cicerone auctore (1, 6) ea divinatio, quae per somnia et vaticinia fiat, non artis sit sed naturae, minus haruspicinae genera tria intelligenda erunt, quae jam Aeschylus (l. l. 493 sequ.) distinxit:

Σπλάγχων τε λειότητα καὶ χροῖαν τίνα
 ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσι πρὸς ἠδονήν,
 Χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν·
 Κνίσθη τε κῶλα θυγαλυπτά καὶ μακρὰν
 Ὀβφὸν πυρώδας δυδτέκμαρτον εἰς τέχνην
 Ὡδῶδα θνητοῦς· καὶ φλογωπὰ σήματα
 Ἐξωμμάτωδα πρὸς θέν ὄντ' ἐπάργεμα:

idque etiam Martiani verbis consentaneum erit, qui tres in unius nominis, nempe *ἱεροβοκτίας* vocabulum conspirare ait.

in cultum] Sic codices Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C); Grotius *incultam*, qua in lectione desideratur significatio ejus, quo natio processerit. Ceterum jam Vulcanius nostram lectionem habuit, quam explicat: «videlicet deorum.»

manubias] Seneca (quaest. nat. 2, 41): «Fulgurina dicunt a Jove mitti et tres illi *manubias* dant.» Vide Müllerum (Etrusc. II, p. 165).

continuari] Salmasius (ad Solin. p. 249) libros *continari* exhibere ait; sed vide Oudendorpium (ad Cic. de invent. p. 660 Græv.).

itiner] Laberius: «rimatur *itiner* transitus.» Grot. — Vide Scioppium (in gramm. philos. p. 65 Herz.) et Ruddimannum (inst. gr. Lat. T. I, p. 65).

meta permittit. Et fateor, vellem, si quam examinationem virginum prorogaret auctoritas; ipsa quoque tam praecluis eruditionis asserta cognoscere; praesertimque quum perendinatio rationabiliter expectatur, ne lassata cognoscentis curae fatigatione fastidia omnem doctae intimationis excursus gravatae laboribus intentionis excludant, et illa expetendae cognitionis approbandaeque subtilitatis in odium noscendorum obtusa multiplici prolixitate vertatur. Aequius igitur duco ampliandam discussionem tantum in ardentem sitim aurium vividarum. Quae quum Luna dissereret, omnes certatim assensere divi; dehincque utrum 898 repensatrix data diesque conferendae dotis prorogari jure publico possit inquiritur. Quo dicto arcanus ille prisci juris assertor magna nepotum obsecratione consulitur, responditque regulariter etiam matrimonio copulato dotem dicere feminam viro nullis legibus prohiberi. At tunc Jupiter periti patris eruditione commotus: habeo, inquit, mea pignora, gratulandum, quod fas asserit quidquid vos velle cognovi. Neque enim fastuosa rigidus elatione defugiam aut vestrum crebrius accelerare consilium, aut doctarum virginum examinare sollertiam desidis ignaviae dissimulatione piguerit, praesertim quum

ceterarum] Alii teste Grotio in margine *exteriorum*, male.

si quam examinationem] Grotiana margo *examinatione virginem*, inepte; sed nec vulgata arridet, nisi scribatur *si qua*.

perendinatio] MS. *comperendinatio*. *Comperendinare*, ut nulli non notum, par est ei quod infra dixit *ampliare*. GROTIUS. — Neutiquam lubet minus libri scripti gratia locum corrigere, qui minime est obscurus, praesertim quum non Martianns solus illa voce utatur.

subtilitatis] Nisi *subtilitas* scriptum fuerit, sententia subjecto carebit.

in ardentem] Hoc est: ut voluptuosae aures semper cupiditate audiendi teneantur. VULCAN. — Recte, neque necesse est, quod alios legere Grotius

in margine notavit, *invidarum* pro *vividarum*, nisi *invitarum* in ea lectione latere existimas.

assertor] Saturnus. VULCAN.

responditque] Responsum hoc veris Justiniani responsis confirmatur, cod. de donationibus ante nuptias l. penultima et ultima his verbis: «si consilium constante matrimonio augendae dotis inierit uxor», et: «quare enim dotem quidem etiam constante matrimonio mulieri marito dare conceditur» etc. Notanda autem hoc loco phrasis *dotem dici*, quae et jurisconsultis usitata. GROTIUS. — Inepta lectio aliorum est *dotem ducere*, quam recte Grotius in margine reliquit.

commotus] Alii teste Grotio in margine *commotus*, non profecto male.

accelerare] Recepti lectionem a Grotio in margine

899 terris indecenter expulsas solis oporteat adhaerere sideribus. Nunc igitur
 praecellentissimam feminarum Harmoniam, quae Mercurialium sola superest,
 audiamus. Haec quippe est quae superum curas prae cunctis poterit per-
 mulcere, aethera cantibus numerisque laetificans, et nostra tantummodo cupit
 celebrare palatia, exosa terrigenae stoliditatis ignaviam, quam melicorum
 indocilis auget sine fine mortalitas; denique jam pridem homines dirutaque
 gymnasia abscedens orbe terrisque damnavit, ac vix Cyllenidae indagantis
 excursibus nunc comprehensa post longae occultationis obliviam de fuga revocatur
 900 reduciturque latibulis. Hanc igitur repertam post secula numerosa et tandem
 in usum melicum carmenque revocatam tam volupe est quam condecet audire;
 ceterae vero eruditionis doctissimae sacraeque germanae, quum renovata lux
 901 fuerit, intromissae intentioris curae examine probabuntur. His orsis Jovialibus
 Phoebus admonitus virginem sibi prorsus accommodam admissurus egreditur.
 Verum Paphia remeantis filiae gratulatione concussa annuit puero praecineret
 nuptiale carmen. Itaque Hymenaeus alacri tandem vigore luminatus, nec
 ipsa jam renuente Tritonide, sic coepit:

902 Aurea flammigerum quum Luna subegerit orbem,
 Rosis jugabo lilia;
 Virgo deusque sacro sociabunt foedera lecto,
 Fulcris parate cinnama.

notatam, quum vulgata *accelebrare* idoneo sensu careret.

haec quippe] Verba sequentia est quae absunt a codice Reichenauensi et anterioribus editionibus.

melicorum] Id est *lyricorum*, ut apud Cicero-
 nem (de orat. gen. orator. 1) et Photium (biblioth.
 cod. 239), nam hi tantum musicae ope indigent,
 quum reliqui quamvis poetae assa voce canant.

condecet] Recepti lectionem a Grotio in mar-
 gine relictam, quum vulgata *conducit* deorum ma-
 jestate minus digna esse videretur.

filiae] Harmoniae; vide superius (§. 737).

praecineret] Sic codex Leidensis, teste On-
 dendorpio (ad Appulej. met. 9, p. 642), interque
 meos Monacensis (C) et Darmstattensis, etsi praefi-
 xo ut; vulgo *praecinere*.

fulcris] Glossa Isidori: «Fulcra, cubilia, lecti
 ornamenta, quae et reclinatoria dicuntur.» Sic alibi:
 «tardabo fulcra lecti.» GROT. — Vide superius
 (§. 726).

cinnama] Ovidius (met. 15, 399):

«Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrha.»

Hesperus intactam servet licet usque puellam,
 Nuptam videbis Phosphore;
 Nec matris lacrymae pressi nec viribus ungues
 Nexus valebunt rumpere.
 Ne thalamos metuas, eris hoc quod Juno Tonanti est,
 Quae nunc sorore dulcior;
 Si placuit docti sollertia sacra mariti,
 Magis placebunt oscula.
 Aurora exoriens roscis spectabit ocellis
 Floris resecti praemia;
 Ipse ego pallentem speculabor luce puellam
 Sese occultentem visibus.
 Conscia jam Veneris novaserta parato Napaeae,
 Crocumque lecto spargite;
 Inque thorum violas certatim fundite conchis;
 Pulvinar alnum comite.
 Crinalem spicum pharetris deprome Cupido,

903

Hesperus] Similiter Catullus in carmine nuptiali (62, 55) ex felicissima Schraderi emendatione:

«Nocte latent fures, quos idem saepe revertens,
 Hespere, mutato comprehendis nomine Eous.»

viribus ungues] Heinsius (ad Ovid. met. 5, 195; p. 330 Burm.) pro *viribus* legi jussit *crinibus*; multo melius Roeverus (in Burm. anthol. lat. I, p. 747 f.) *virginis*; possit tamen etiam vulgata explicari «ungues omni vi impressi.»

pallentem] Sic codices Grotianus, Darmstatten-
 sis, et Monacensis (C); vulgo *psallentem*, quo
 nihil ineptius.

conscia] Codex Darmstattensis *consciae*, quod
 omnino praeferebam, nisi metrum repugnaret. De
 Napaeis nymphis superius dixi (ad §. 426).

conchis] Conchae Veneri sacrae erant, unde
 Plautus (rud. 3, 3, 43):

«Te ex concha natam esse autumant, cave tu
 harum conchas spernas.»

crinalem spicum] Forsan *crinalemque spicum?*
 VULCAN. — Lege *crinale spicum*. Vocalem brevem
 producit ob sequentes consonas; sic Prudentius ante
 eandem vocem:

«Vibrato capite spicula dentium.»

Est autem *crinale spiculum* hasta coelibaris, de qua
 vide Festum Pompejum. Nisi tamen *spicum* hic
 recte legatur, quod me monuit magnus Scaliger.
Spicum enim antiquis *spica*; sic Cicero:

«*Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.*
 Hinc ad similitudinem telum *spicum* dictum, et

Libens capillum solvere;
 Flammea, virgineum quae obnubere sueta pudorem,
 Regina deme pronuba.
 Te blandum teneri quae conscia sola doloris
 Venus decens solabitur;
 Quae nunc dura novo nescis committere amori,
 Parabit illa pectora.
 Tu modo quae mando oculos dejecta decoros
 Reconde mentis intimo:
 Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis
 Fecunda redde pignora.

proinde ὑποκοριστικὸν *spiculum*. GROTIUS. — Quod etiam masculino genere usurpatum docet Festus Pompejus: «*Spicum*» inquit «masculine antiqui dicebant.» *Spicum* vero per translationem a spicarum acie dictum pro ferro in cuspidem desinente, quales sunt radii sive dentes pectinis alicujus. Hinc diminutivum *spiculum*, missile nempe telum, acutum habens mucronem, quod et pro sagitta, interdum pro ipsa cuspidem sagittae sumitur. STEPH. (ad Saxon. p. 60). — Lectio librorum consensu satis tuta est; nec significatio dubia esse potest, quum constet, ut Arnobii (adv. gentes 2, p. 91) verbis utar, nubentium crinem *coelibari hasta* mulieri solitum esse, de qua jam Grotius Festum grammaticum laudavit. Eundem morem tangit Ovidius (fast. 2, 560):

«*Nec tibi quae cupidae matura videbere matri,
 Comat virgineas hasta recurva comas*»,

et Plutarchus (in vita Romuli 14 et quaest. Rom. 87), qui *δορατίον αἰχμήν* appellat, unde facile apparet, quomodo Martianus sagittae spiculum in ejus locum substituere potuerit.

flammea] De his superius diximus (ad §. 114).

blandum] Pro *blande*, et referendum ad sola-

bitur. VULCAN. — Sic noster superius (§. 804): «*blandum stertens*», et Petronius (127): «*delectata illa risit tam blandum*» cet.

parabit] Sic anteriores editiones habent ipseque Grotius in notis restituendum vidit; ediderat enim *paravit*.

quae mando] Scilicet *ego Hymenaeus*. VULCAN. — Recte; inepta est lectio aliorum *mando*, quam merito Grotius in margine reliquit; nostram et codices confirmant Monacensis (C) et Darmstattensis.

dejecta] Sic legendum vidit Drakenborchius (ad Silium 8, 75; p. 597) legique in codicibus Cauchiano et Leidensi testatus est Burmannus (ad anthol. Lat. I, p. 181); vulgo *delecta*; sed totum hemistichion est Virgilii (Aen. 11, 479).

caris] MSS. fidi pro *charis* habent *chelis*, cum interpretatione *curvis*. Numquid igitur dixit *chelis lacertis* pro ita implicitis, ut forficum sunt brachia, seu quae dixit Ovidius (met. 10, 127) *coneva brachia cancri*? Placuit certe huic aetati *chelae* pro brachiis. Saxo Grammaticus:

«*Adde oculum propius, nostras et prospice chelas.*»

His Hymenaeo diutius velut Fescennina quadam licentia personante 904
geminanteque crebrius placuisse ratus, maxima circumstantium multitudo
Tritonidem Dionenque comitata digreditur, et ad nos reductae tandem virginis
studio properanter concurritur. Verum tam puellarum, quae deas dominae
consecutae pone forte constiterant, quam heroum populus, qui jussus ad-
venerat, properabat; illae ut psallendi materiem discerent, hi ut sacri vultus
memoriam recenserent. Nec mora, et ecce quaedam suavitas intentata auli- 905
caequae dulcedinis cantus insonuit, ac melodiae ultra cuncta rerum oblectamina
recinentes auditum mirantium complevere divum. Non enim simplex quidam
et unius materiae tinnitibus modulatus, sed omnium organicarum vocum
consociata permixtio quandam plenitudinem cuncticiniae voluptatis admisit.
Quo canore diutius circumstantium pectora deorumque mulcente, illae egres-
sorū paulo ante turbae adventum virginis praecedentes ac tanti comitatus praec-
ambulare visuntur. Sed non cassae dulcedinis nec sine aliquo sonori modula-
minis argumento aut opere revertuntur; nam Eratine Cypridis filia, et Himeros
Cupidinis assecutor, itemque Terpsis e famulitio Dionae concinentes gratissime

Abbo de bellis Parisiacae urbis lib. I: »nudis quo-
niam *chelis* inimicus.« Itaque possis et suspicari:

— »*chelis juvenem complexa lacerti*«;

aut plane *coelis*, *κοίλοις*, ut hoc sibi sumpsertit,
quia et *Syriam coelen* nonnunquam Latini appel-
labant. Sed vix haec tanti, ut iis immoremur. GRO-
NOV. (observ. 3, 21; p. 626). — Codices etiam
Monacensis (C) et Darmstattensis habent *chelis*,
sed praefero vulgatam, mutata tamen obsoleta scri-
bendi ratione, qua *charis* olim editum erat.

Fescennina] Horatius (epist. 2. 1, 145):

»Fescennina per hunc inventa licentia morem.«

Vide omnino Barthium (ad Claudian. epithalam.
Hon. et Mar. p. 765).

deas dominae] Forte *deas dominas*. VULCAN.—
Omnino, sed codicum assensum desidero.

intentata] Id est nunquam antea cognita; inepte
alii, teste in margine Grotio, *interjectata*.

aulicaeque] Ἀπὸ τῶν αὐλῶν, non ab *aula*,
ut alias. Sic infra »aulica suavitate.« GROTIUS. — Co-
dices Monacensis (C) et Darmstattensis *aulidae*,
sed praetuli vulgatam.

argumento] Alii teste Grotio in margine *aug-
mento*, non male.

revertuntur] MS. *reverterunt*, ἀρχαϊκῶς. GROTIUS.
Eratine] Ἐρατεινῆ, etsi nusquam hanc pro
persona legere me memini. Leidensis codex uterque
Erotine, quod tamen nobis non magis placet quam
Hemsterhusio (ad Lucian. T. II, p. 315 Bip.).

Himeros] Meminit hujus dei Lucianus. GROTIUS.
— Luciano (deor. dial. 20, 14) Veneris filius est,
Cupidinis frater; Cornuto autem (25, p. 201 Gal.)
idem cum Cupidine vel potius unus ex multis Cu-

906 intravere primum; sed puer monauliter sonabat. Post hos psallentes Pitho, Voluptas, et Gratiae, admixtis lyrae vocibus, atque ipsae harmonicis dissultantes motibus advenere; dextra laevaue interea praecedebat numerus heroum crinitorumque sapientum, qui omnes modulatione quidem leni parvaque voce qualibet dulcedine murmurantes; sed alii laudes deorum hymnosque quam plurimi, alii musicos tonos quos modo compererant retexebant; verum per medium quidam agrestes canorique semidei, quorum hircipedem pandura, Sylvanum arundinis enodis fistula sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt.

pidinilus, quos ibidem Veneris *assecutores* (ὄπα-
δούς) facit. De ipso vocabulo vide Platonis inter-
pretes (ad Phaedrum p. 251 et 255 Steph.).

itemque Terpsis] Editi habent *item*, sed nostram
lectionem praebuerunt Reichenauensis et Darmstat-
tensis codex. Hic quidem et *Terpsicae* habet, sed
nihil ista vox est, quapropter Grotianam retinui
lectionem, praesertim quum per prosopopoeiam *Τέρ-
ψις*, *Oblectatio* vel *Voluptas*, omnino in comitatu
Dionae esse possit. Sed *Dione* mendum est in
editis, quod e confusione E simplicis cum diph-
thongo AE vel Graeco AI ortum traxit (§. 2 not.).

monauliter] Lege cum MS. «monauliter.» Quid
μοναυλεῖν, ex Hellade lingua liquet. Grot. —
Olim legebatur *monaliter*, quod Vulcanius inter-
pretabatur «singulariter, per se»; forsan ad mona-
dem respiciens. Sed Reichenauensis etiam codex
rectius *monauliter* praebet. *Puer* est *Himeros*.

Pitho] *Πειθῶ*, hoc est *Suada*, de qua supra
(§. 888). Veneris in consortio eam et apud Pau-
saniam iuvenimus (1, 22, 3); adde eundem alio loco
(1, 43, 6): *Μετὰ δὲ τοῦ Διονύσου τὸ ἱερόν
ἔστιν Ἀφροδίτης ναός*. — *Πειθῶ δὲ καὶ ἑτέρα
θεός, ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσιν, ἔργα Πρα-
ξιτέλους, Σκόπα δὲ Ἔρωσ καὶ Ἴμερος καὶ
Πόθος*. Alios eam in Gratiarum numero habuisse
ex eodem (9, 55, 1) patet.

crinitorumque] Id est Pythagoreorum et Plato-
nicorum, qui promissis crinibus augustiorem speciem
captabant, quum Stoici potius ad cutem tonsi in-
cederent. Sic Apollonius Tyanensis, de quo Philo-
stratus (1, 6): *ἀνῆκέ τε τὴν κομὴν καὶ ἐν
ἱερῷ ἔζη*. Quanquam etiam Stoicum demissis ea-
pillis cognoscimus apud Plinium (epist. 1, 10, 6),
et nequam hominem, qui philosophiae nomen men-
tiretur, *crinitum* apud Gellium (9, 2).

pandura] Instrumentum musicum rusticum, quod
ab inventore ita vocatum esse Isidorus ait, ex illo
Virgilii loco «*Pan* primus calamos instituit», et
hodie Hispani instrumentum musicum, quo agrestes
utuntur, vocant *pandero*. VULCAN. — Nicomachus
(in manual. harm. 1, p. 8 Meib.): «*monochorda*,
quae *phanduras* (*φανδούρους*) vocant multi.» Pol-
lux tamen (4, 60) «*trichordum* esse» ait «quod
Assyrii *panduram* vocent, quodque eorum etiam
inventum sit.» Infra (§. 924) Aegyptiis adscribitur.
Athenaeus (4, 82; p. 185 f.) Troglodytis tribuit:
*Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφώς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς
θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδυτάς φησὶ κατασκευ-
άζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσῃ
φρομένης δάφνης*. *Panduristarum* idem meminit
superius (4, 80; p. 182). Adde Casaubonum
ad Aelium Lampridium (in Heliogabalo p. 546
sequ.), qui et ipse veteris interpretis Horatii locum

Verum sequens heroum praeclui enituit admiratione conventus; nam Orpheus, Amphion, Arionque doctissimi aurata omnes testudine consonantes flexanimum pariter edidcre concentum.

Nam Thrax quo duri rumpere regna erebi
 Quoque suam meruit immemor Eurydicen;
 Quo cantu stupidae tigridis ira ruit,
 Quo fertur rabidas perdomuisse feras,
 Quo vidit rigidas glandibus ire comas
 Ismaros et silvas currere monte suas,
 Carmine quo Strymon continuit latices
 Et Tanais versis saepe reffatus aquis,
 Quo impune accubuit rictibus agna lupi,
 Et lepus immiti contulit ora cani,
 Hoc nunc permulsit insonuitque melo,
 Accumulansque magis carmina sacra Jovi.
 Amphion rigido in corpore mentis iter

907

908

affert, ubi Pani et fistulae et πανθηρίου (sic) inventio tribuitur.

nam Thrax] Orpheus, de quo plura Virgilius (georg. 4, 467 sequ.), Ovidius (met. 10 init.), Seneca (Hercul. fur. 569 sequ.), Hyginus (fab. 164), alii, nam fabula in vulgus nota est.

stupidae] Stupefactae, per prolepsin. De vi carminis Orphici in feras resque inanimas vide Quinctilianum (1, 10): «Quod rudes quoque et agrestes animos admiratione mulceret Orpheus, non feras modo sed saxa etiam silvasque duxisse, posteritatis memoriae traditum est», quosque laudant Mitscherlichius (ad Horat. carm. 1, 12, 7) et Marklandus (ad Max. Tyr. 37, 6; T. II, p. 210 Reisk.).

impune accubuit] Simili lusu Seneca (Hercul. Oct. 1056) de Orpheo:

«Juxtaque impavidum pecus
 Sedit Marmaricus leo,
 Nec damae trepidant lupos,
 Et serpens latebras fugit,
 Tunc oblita veneni.»

rigido in corpore] Id est: «suscitavit mortuos suavitate et vi carminis.» VULCAN. — Valde absurda haec est interpretatio. Rigidum corpus enim hic saxi vel rupis est, cui animam cantu indidisse Amphion fingitur. Apollodorus (3, 3, 5): «ἐπακολοῦθη δὲ πάντων τῇ Ἀμφίονος λύρα τῶν λίθων.» Horatius (od. 3, 11, 2):

«Movit Amphion lapides canendo.»
 Seneca (Oedip. 612):

«Qui saxa dulci traxit Amphion sono.»
 Adde Euripidem (Phoeniss. 116 cum scholiasta),

Quoque dedit montes sumere posse animas,
 Quo sensus duris cautibus inseruit,
 Et docuit rupes carmina velle sequi;
 Nam muros Thebis dulcisonis fidibus
 Praesidiumque dedit carminis arbitrio.
 Sed nec Arioniam marmora surda chelyn
 Temsere, extremam quum flagitaret opem,
 Et licet indomiti dira procella Noti
 Spumea Scyllaei verreret ima maris,
 Delphinas totis sollicitavit aquis,
 Et melicos cantus bellua grata tulit.
 O vere attestans numina magna deum,
 Quae istorum laudes protulit Harmonia,
 Quae domitare erebum, marmora, saxa, feras,
 Et potuit rupes sensificare tonis.

Post hos honoratior fontigenarum virginum chorus Pegaseae vocis nectare

Pausaniam (9, 5, 4 et 17, 5), Philostratum (icon.
 1, p. 745 sequ. Morell.), Clementem Alexandrinum
 (strom. 1, p. 325), Claudianum (laud. Stil. 2, 170),
 qui eum cum Orpheo junxit, pariter ut Propertius
 (5, 1, 43):

«Orphea delinuisse feras et concita dicunt

Flumina Threicia sustinuisse lyra;

Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem

Sponte sua in muri membra coisse ferunt»,

ubi plura Burmannus (p. 490).

Arioniam] De Arione omnia nota ex Herodoto
 (1, 24); plures laudat Plehnus (in Lesbiacis p. 166).

verreret] De hujus verbi usu vide quae Ste-
 phanius (ad Saxon. p. 47) observavit.

attestans] Recepti lectionem a Grotio in margine
 relictam, quum vulgata *antistans* id est *superans*,

antecellens, deorum majestati contraria et ab hoc loco
 aliena esse videretur; multo melius *attestari* deorum
 numina dicitur Harmonia, quae eorum laudes
 protulerit.

domitare] Sic codices Grotianus et Darmstat-
 tensis; vulgo *domitat*, quod metro minus aptum est.

et potuit] Vulgo *haec*, sed codices *secutus*
 sum Darmstattensem, Reichenaucensem, et Mona-
 censem (C).

fontigenarum] Alibi:

«O sacra doctarum prudentia fontigenarum.»

GROT. — Male Vulcanius *Nympharum* interpretatur.
 Vel quae eis tribuitur *Pegasea vox* virum doctum
 docere poterat Musas esse intelligendas; vide supra
 (ad §. 574).

nectare] De tali vocis *nectar* abusu vide quae

difflebat, qui Phrygii cujusdam bupaedae cicutis geminatis interstinctus omnes praecedentium suavitatum dulcedines anteibat. Tandem inter Phoebum Pal- 909
lademque media Harmonia sublimis ingreditur; cujus sonorum caput auri
coruscantis bracteis comebatur, caeso etiam tenuatoque metallo rigens vestis,
et omnibus ad motum gressumque rata congruentia temperatum blandis leniter
crepitaculis tinniebat. Cujus incessum mater Paphia, ut eam contiguae seque-
batur, licet pulchris rosea numeris ac libratis passibus moveretur, vix tamen
poterat imitari. Dextra autem quoddam gyris multiplicibus circulatum et
miris ductibus intertextum velut clypeum gestitabat, quod quidem suis in-
vicem complexionibus modulatum ex illis fidibus circulatis omnium modorum
concontinentiam personabat; laeva autem virginis quam plures ex auro assimilatae
parvaeque effigies theatralium voluptatum religataeque pendebant. Verum ille 910

Barthius (in advers. p. 1204) ad Persii locum (pro-
log. 14):

«Cantare credas Pegasæum nectar»

tuendum attulit, quem ipsum noster ante oculos
habuisse videtur. Adde Antipatrum Sidonium (T.
II, p. 26 Brunck) de Anacreonte loquentem:

Ἐὐδὲι καὶ Σμέρδεις, τὸ πόθων ἕαρ, ᾗ δὲ
μελίδων,

Βάρβιτ' ἀνεκρούον νέκταρ ἐναρμόνιον.

bupaedae] In editis erat *pubidae*, cujus in locum
pubedae substitui Grotius volebat; sed praestat
omnino quod nos restituimus, superioris loci (§. 51)
analogiam secuti, ubi vide notam nostram. *Phry-*
gium autem *bupaedam* hoc est adolescentulum procul
dubio dicit Olympum, quem Marsyae tibiaram in-
ventoris discipulum et amasium veteres ferebant.
Unde Pausanias (10, 30, 5): ὑπὲρ τούτου ἐστὶν
ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας, καὶ Ὀλυμ-
πος παρ' αὐτὸν ἐστὶ παιδὸς ὠραίου καὶ ἀν-
λεῖν διδασσομένον βχῆμα ἔχων. Adde Plu-
tarchum (de musica 7, p. 1133).

cicutis geminatis] *Fistulis geminis*. VULCAN. —

Cicuta pro calamo apud Lucretium, Virgilium, alios;
sed ut syringes inde compactae videantur, sicut
etiam apud Calpurnium (10, 13):

«Ipsae canam, nulli fas est inflare cicutas,

Quas ego Maenaliis cera conjungo sub antris»

possitque aliquis hoc quoque loco *geminatas cicutas*
de cannis in fistulam junctis intelligere; praestat
tamen de tibiis accipere, quas binas plerumque
simul inflatas esse constat. Appulejus (in florid.
p. 541): «Primus Hyagnis — duas tibiis uno spi-
ritu inflavit, primus laevis ac dextris foraminibus
acuto tinnitu gravi bombo concentum musicum
miscuit.»

numeris] Id est *passibus*. VULCAN. — *Passibus*
proxime sequitur; *rationes* potius *harmonicae* in-
telligendae sunt, ut apud Lucretium (2, 631):

«Ludunt in numerumque *exsultant sanguine*
laeti.»

complexionibus] Codices Monacensis (C) et
Darmstattensis *complexibus*.

effigies theatralium] Viscontinus (in Mus. Pio-
Clem. II, p. 192 Mediol.) Euterpes hic imaginem

orbis non chelys nec barbiton nec tetrachordon apparebat, sed ignota rotunditas omnium melodias transscenderat organorum. Denique mox ingressa atque ejusdem orbis sonuere concentus, cuncta illa quae dissona suavitas commendarat velut mutescencia tacuerunt; ipseque tunc Jupiter coelestesque divi, superioris melodiae agnita granditate, quae in honorem cujusdam ignis arcani ac flammae insopibilis fundebatur, reveriti intimum patrimumque carmen paululum in
911 venerationem extramundanae omnes intelligentiae surrexerunt. Tunc egersimon ineffabile virgo concludens ad Jovem reversa aliis modulis numerisque, voce etiam associata, sic coepit:

Te nunc astrisonum carmine, Jupiter,
 Quo gemmata poli volvere sidera
 Suevit lege rata sacra recursio,
 Praefandum veneror, quippe potissimus
 Nectis sceptrifero sub diademate,
 Omnigenum genitor regna movens deum,

exhiberi censet, vereor ne temere, quum Harmoniam se pingere claris verbis Martianus profiteatur.

rotunditas] *Rotunditatem* vocat ipsum orbem, ut alibi *animatamque rotunditatem*. Videtur autem hic sistrum innuere. GROTIUS. — At sistrum nullum rotundum; cur non Martiani verbis insistens *ignotum* instrumentum dixit? Ceterum recte anteriorum editionum lectionem *reconditas* respuit, quae a tota constructione aliena est. Si quid video, orbis ille sphaerarum coelestium concentum significat, de quo plura superius (§. 12. 27. 169), sive fustum illum harmonicum, quo Plato (republ. 10, p. 516) ipsius illius concentus imaginem expressisse videtur.

atque ejusdem] Mira constructio; sed videtur *mox atque* dixisse ut *simul atque*, ut sensus hic sit: «simul atque ingressa (illa) ejusdem orbis concentus sonuere» cet.

patrimum] *Patrimum carmen* contra vulgarem

loquendi usum Martianus illud appellare videtur, quod ad deorum patriam atque originem spectaret. Respicit autem arcana illa quae in libri secundi fine Neo-Platoniorum placita secutus tetigerat (§. 203 — 206).

egersimon] Excitativum. VULCAN. — Vide nos superius (ad §. 2).

astrisonum] Forsan *astrisono*. GROTIUS. — *Astrisonum* male legitur. HERNIUS. (ad Ovid. T. III, p. 177 Barm.) — Sed legitur in omnibus tam scriptis quam editis libris. Jupiter sane e planetis fuerat, qui coelestem sive *astrisonam* edidere harmoniam; jure igitur ipse *astrisonus* appellari poterat.

gemma] Radiantia et praelustria explicat Barthius (advers. p. 1555).

potissimus] Alii teste Grotio in margine *potissimo*, sed vulgatam retinui, uti *mox rotat* pro *regit*, et *sufficis* pro *subjacit* vel *subjicis*.

Mundum perpetuo dum rotat ambitu
 Mens, quam sidereo sufficis impetu.
 Te nam flammigeri semina fomitis
 Spargentem referunt astra micantia;
 Te foveant sacro munere lumina,
 Terris purpureum dum renovant jubar,
 Testata ambrosium splendentem diem;
 Sic tua noctis honos lampade menstrua
 Auratis crevit praemia cornibus,
 Sub te plaustrilucis lumenat ignibus
 Anguis Parrhasias disjiciens feras.
 Sic solidi tenerum corporis ambitum

912

impetu] Sic codices Monacensis (C) et Darmstatensis; Grotius *impete*. Totus locus ex Aristotelis stoicorumque doctrina explicandus est, qui vim aetheream, qua sidera mundusque perpetuo ambitu rotentur, simul pro mente habuerunt, ut superius annotavi (ad §. 567).

te foveant] Heinsius (in *Burm. anth. Lat. I*, p. 137) sic legi jubet:

«Te Phoebæ sacro munere lumina,
 Terris purpureum dum renovant jubar,
 Testata ambrosium splendentem diem;
 Cynthia noctis honos, lampade menstrua
 Auratis rubuit praedita cornibus»;

quae licet in nonnullis justo audacius grassentur, sensum tamen loci corrupti egregie declarant. In codicibus nihil subsidii inveni; pro *lumina* margo Grotiana inepte *flumina*.

auratis] MS. «auratis decuit praemia cornibus.» Sane sic saepe loquitur Capella, personaliter nempe, ut ajunt grammatici. Ceterum *praemia* hic vox nihili. Forte *praevia*; de Luna enim sermo, quae Solis quodammodo πρόδρομος. Grot.

plaustrilucis] Error ex accentu; nisi malis *plaustrilucis*. Grot. — Sensus hic esse videtur: «Draconem cum duabus Ursis, quibus medius interpositus est, lucere ignibus qui plaustri speciem referant»; licet constet non Draconem sed majorem ex duabus Ursis sive Septemtriones plaustri nomen gessisse; confer J. H. Vossium (ad *Virg. georg. 3*, 384). Sed mutandi causa nulla est, neque egemus lectione in margine posita *plaustrilucis*.

Parrhasias] Id est *Aradicas*. Unde Ovidius (*heroid. 18*, 152):

«Quaeque micat gelido Parrhasis Ursa polo»,
 et (*trist. 1*, 3, 48):

«Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erant»,
 et Martialis (*4*, 11, 3):

«Impia Parrhasia movisti bella sub Ursa.»

disjiciens] Aratus (*phaen. 45*):

Τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρων οἴη ποταμοῖο ἀπορῥῶξ
 Εἰλεῖται μέγα θαῦμα Δράκων περὶ τ' ἀμφὶ
 τ' ἐαγῶς.

ambitum] Alii teste Grotio in margine *habitus*, inepte. Sensus hic esse videtur: «tellurem axibus

Tellus non prohibens axibus inditur,
 Alternisque regit et regitur polis;
 Sic Nerca freti noscere limitem,
 Sicque ignem superum lambere pabula,
 Ut nulli scateant dissona litibus,
 Atque ita perpes ament dissita vinculum,
 Ut semper metuant foedifragum chaos.
 Tu rector superum, tu pater optimus,
 Complexuque pio sidera colligans,
 Natos perpetuo corpore vividos,
 Salve, nostra cui perficitur chelys,
 Bis plenum omnisona cui recinunt mela.

Jam vos verenda quaeso coeli germina,

mundi inditam, hoc est in centro mundi positam, non prohibere, quominus mundus ipsius corpus ambiat. *Tenerum* interpretor *lenem* sive *mollem*, qui sensibus vix comprehendi possit.

Nerca] Mediam produxit Jonice, *Νηρῆα*. Sic Virgilius: *Idomenea ducem*. *Ἰδομενῆα*. Grot. — Ad *noscere* supple ex antecedentibus *non prohibens*.

pabula] Hoc est humores et marinos et terrenos longo intervallo extenuatos, quibus *ali sidera* ex stoicorum placitis Cicero (N. D. 2, 16) tradit. Idem aliis locis (2, 15): *quum Sol igneus sit oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu possit permanere*, et (2, 16): *sunt autem stellae natura flammeae, quocirca terrae maris aquarum vaporibus aluntur*, ubi plura Creuzerus (p. 265). Adde Fischerum (ad Anaereont. od. 19, 4; p. 80).

nulli scateant] Vide ne corrigendum sit *nullis*.

dissita] Hoc est *diversis in partibus sita*, ut apud Appulejum (florid. init.): *Homines enim ne-*

que longae *dissita* neque proxime *assita* possumus cernere. Totius igitur carminis haec sententia est: *Jovis regimine fieri, ut omnia in mundo rite et ordine procedant, et quamvis inter se diversissima tamen perpetuo vinculo retineantur, neque in chaos relabi possint.*

vividus] *Vividare* dixit suo more. Alludere autem videtur ad *ἔτυμολογίαν Ζῆνος ἀπὸ τοῦ ζῆν*. Grot. — Ediderat scilicet *vividas*, verbum inauditum, neque structurae loci nostri accommodum, quae saltem *vividans* postularet, nisi mox *solus* pro *salve* ex margine Grotiana recipiatur; sed longe praestat quod e Darmstattensi codice reposui. Nati Jovis perpetuo corpore *vividi* ipsa sunt sidera, quae antecedente versu commemoravit, quaeque Martiano pro diis esse saepe jam monui (§. 95. 97. 123. 811. 813).

bis plenum] *Δις διὰ παθῶν*. Grot. — Recte; vide Bullialdum (ad Theon. Smyrn. p. 254) et Erasmus (adag. chil. 1, 2, 65).

Quae multiforme scit ciere barbiton,
 Afflata nostris ferte corda cantibus,
 Miscilla sacrae dum feruntur curiae,
 Mulcere vestrum quae velim consortium.
 Jam vos vicissim proque lege numinum
 Post has sonabit disgregato plasmate,
 Suisque cunctos allubescentes tonis
 Deducit, urget, atque dehebit locis,
 Stimulosque rursus lene permulcet melos.

Nunc igitur alma quae senatum lumina
 Deum verendo culminatis vertice,
 Bis sena quamvis vos Etrusci numina
 Ritus frequentent atque opiment victimis,
 Tamen gemellis quae refulget cursibus

914

multiforme] Ob varietatem sonorum. STEPHAN. (ad Saxon. p. 87) — Mox restitui lectionem codicum Leidensium (vide Ondendorp. ad Appul. met. 8, p. 524 et Burmann. ad anthol. Lat. I, p. 496) et Reichenauensis *scit ciere* pro vulgata *scitis cire*, quae non metro minus quam sensui repugnabat. Neque enim hoc sibi vult Harmonia, divos ipsos barbiton ciere scire, sed corda eorum barbiton cieri sive moveri, ut *quae* pro accusativo, *barbiton* pro nominativo habendum sit.

afflata] Sic codex Grotianus; vulgo *affata*, languide. Persius (1, 125):

— *audaci quicumque afflate Cratino.*

miscilla] Mixta carmina ex vero et falso. VULCAN. — *Miscilla* sive *miscella* generatim dicitur de omnibus mixtis, et non tantum ad verum falsumve referendum, sed ad omne diversum vel varium. Unde intelligo tam ea, quae in sacra curia cantantur, quam quae sine musica pronunciantur. Sic inferius

(§. 996) *miscillum flamen* carmina denotat immixta solutae orationi (v. Burm. syll. epistol. T. IV, p. 428. 432. 434).

velim] Codices Darmstattensis et Monacensis (C) pariter atque margo Grotiana exhibent *vellent*; sed hoc metro repugnat neque sensu postulatur; facile enim *quae* pro accusativo accipies.

disgregato] Unumquemque particulatim canam. VULCAN. — Recte; *vicissim* est ἐν τῷ μέρει, suo quemque loco et ordine, ut jam a summo Jove ad duodecim deos oratio transeat.

plasmate] Hoc est *fictione*, ut inferius (§. 997):

— — *disciplinas cyclicas*

Garrere agresti cruda finxit plasmate, et apud Ausonium (perioch. Homer. praef.): *plerique Helenam juxta Homericum plasma ad Trojam deportatam fuisse existimarunt.*

bis sena] Vide nos superius (ad §. 42) et Mullerum (Etrusc. II, p. 81).

Natura honoro protulit fastigio
 Phoebæa vero præferens vocabula:
 Pallas corusca ac decens Latoïa
 Lunare quippe hac venit consortium,
 Phaëthontos ardens scandet axem Delius.
 Nunc vos pudici nostra fratres culmina
 Precabor ipsa, ne verendos contrahant
 Vultus jugandis quæ ferenda carmina,
 Hymenque nostrum invehat fastidium;
 Psallente plectro concinentur nuptiæ,
 Fidibusque luxa Fescennina prodient.

915

Jam nunc blanda melos carpe Dione,
 Durus quippe rigor cedit amori.

Novit nam tenerum probare carmen
 Ipsum spumigenæ salum Cytheres,
 Nerinaque chely movet Camoenam,
 Dum conchis Galatea personante

vero] Margo Grotiana *utero*, haud scio an melius.

Pallas] Hanc pro Luna olim acceptam esse superius docuimus ad verba «*tertia Luna*» (§. 568).

quæ ferenda] MS. *quæ ferenda crimina*; forte: «*quæ ferenda carmina*» aut: «*jugandis quæ feram dis carmina*». — GROTIUS. — Olim enim edebatur:

«*Vultus jugandis ferendos carmina*»,
 inepte, quapropter libenter Grotio obtemperavi.

invehat] Alii teste Grotio in margine *inveniat*.

luxa] «*Luxa copiosa*» gloss. GROTIUS. — Alias significat *luxata* v. c. membra, ut apud Festum est; nunc vero apparet pro *luxuriosis* dici, ut ipsum substantivum *luxus* a luxaturæ significatione in potestatem vitæ voluptuariæ et delicatæ transiit. De Fescenninis vide superius (ad §. 904).

prodient] Sic codex Grotianus, melius ob antecedens *concinentur* quam vel *prodeunt* vel *prodeant*, quod in margine Grotius notavit.

rigor] Ita Seneca (in Hippol. 683):
 — — «*hoc meus meruit rigor*».

Dura igitur austeritas amori opponitur.
personante] Forte:

«*Dum conchis Galatea personantes
 Nantes fluctigenas chorumque Phorci
 Flagrans cura trahit*» — —

Flagrans cura ut: «*meus ardor Amyntæ*». — GROTIUS. — Egregia hæc emendatio est; neque enim *Galatea* pro ablativo accipi metrum permittit, neque *conchis* Galatea personat, sed *Tritones*, quos Martianus fingit Galatæe amore trahi; sed codices nihil variant.

Nantes fluctigenas chorumque Phorci
 Flagrans cura trahit, nivalibusque
 Inrestitus aquis triumphat ardor.

Jam nunc blanda melos carpe Dione,

916

Durus quippe rigor cedit amori.

Carmen Maenaliae tulere pinus,
 Percussaque modis sonat Lycacis
 Sollers Arcadia nemus cicuta;
 Pernix semiferi puella Panos
 Nam versa in calamos sonat loquaces;
 Quam dum forte deus premit labellis,
 Suspirat velut osculis canorem.

Jam nunc blanda melos carpe Dione,

917

Durus quippe rigor cedit amori.

Puer ipse versiformis
 Facibus studet Cupido,
 Arcusque dulcines
 Roseo ligans ramali
 Feriato liquit arcu,

chorumque Phorci] Virgilius (Aen. 5, 240):

«*Nereidum Phorcique chorus*» — —

ubi vide Heynium.

inrestitus] Ita codex Reichenauensis pro *in-*
terstitus in editis. Male Darmstattensis *inrestrinc-*
tus; pejus Monacensis (C) *inrestrinctus*.

pinus] Hoc est: «carminis amatorii argumentum
 ex pinu etiam Arcadica repeti potest»; si quidem
 haec et ipsa virgo Panis amica fuisse tradebatur,
 unde Propertius (1, 18, 20):

«*Fagus et Arcadico pinus amata deo*»;

ubi plura dabit Bronkhusius.

Arcadia] Grotius legi vult *Arcadiae*; sed vide

ne ita construendum sit: «et Arcadia modis Lycacis
 percussa sollers nemus cicuta sonat»; cicuta enim
 (§. 906) per appositionem nemus dicitur.

puella Panos] Syrix, Panos amica, de qua
 vide *αἰνυγμα* illud Sittamii, quod incipit:

Σύριγξ ὄνον μ' ἔχεις, ἀφει δε σε μέτρα βο-
 φης.

GROR. — Conferendus omnino Ovidius (metam. 1,
 691), praetereaque Achillob Tattius (8, 6; p. 175
 Jacobs) et Nicetas Eugenianus (narr. amat. 3, 300).

liquit] Sic pro *liquit* in editis melius codices
 Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (Q),
 quod et olim legisse alios in margine Grotius notavit.

Calamos parante Musa;
 In carminis leporem
 Curam negat sagittis,
 Tenerumque arundinetum
 Nostrum in melos reliquit.
 Nunc ergo corda mulcent
 Vapor et caenor jugati;
 Placet ac decet, vicissim
 Cantemus atque amemus.

Jam nunc blanda melos carpe Dione,
 Durus quippe rigor cedit amori.

Prudens puella pulchrae
 Mater fuit Lacaenae,
 Illecta sed canore
 Nescit dolum cavere;
 Nam candidus nivosis
 Olor involutus alis,
 Argenteis minorem
 Plumis videns decorem,
 Nec posse purpuratis
 Nimium placere ocellis,
 Teneros ciere cantus
 Phaëthontiasque Musas
 Coepit repente ficta
 Fraudem parans senecta;
 Sic admovetur ori,

mater Lacaenae] Heleneae mater Leda. Martialis Confer Apollodorum (3, 10, 7).
 (9, 104, 2):

Quae capta est alio nuda Lacaena cygno?

parans senecta] Cygni enim moribundi dulcissime cantare dicuntur. VULCAN.

Roseumque circumactae
 Rapit osculum puellae,
 Gremioque complicatus
 Pretium tulit pudoris.

Jam nunc blanda melos carpe Dione,
 Durus quippe rigor cedit amori.

919

Carmen Ladmiadeum

Lucis diva secundae
 Sacris praetulit astris;
 Antrum quippe secuta
 Linquens culmina coeli
 Pastoralibus ardens
 Palmam dedit cicutis;
 Pulso et luminis auro
 Pandit septa balantum;
 Sordentique adoperta
 Pratis gaudet amictu;
 Ac tunc conscia noctu
 Pascit monte capellas
 Spectans sidera mundi,
 Mage percrepat flagello,
 Nec curare deorum

circumactae] Circumventae, seductae. VULCAN.
 — Immo quae se averteret osculumque renueret,
 ut apud Plinium (11, 55): «non connivere diximus,
 quae non obliquis oculis, sed *circumacto* capite
 cernerent.»

Latmiadeum] Latmiadem vocat Endymionem.
 GROT. — Reliqui poetae omnes, Ovidius, Martia-
 lia, Valerius Flaccus, Propertius rectius appellant
Latmiam, a Latmo nimirum Cariae monte. Fabula

ipsa nota vel ex Apollodoro (1, 7, 5), quam variis
 rationibus veteres explicarunt; confer Davisium (ad
 Cic. Tuscul. 1, 38) et Harduinum (ad Plin. h. n.
 2, 9).

lucis diva secundae] Diana quippe Lunae dea.
pulso et luminis auro] Expulso radio Solis.
 VULCAN. — Recte; perperam alii teste Grotio in
 margine legerunt *culminis* pro *luminis*.

nec curare] Scilicet *probat*, vel *curare* pro *cu-*

Pensa aut ferre susurros
 Illex carminis ampli
 Aegram cura coëgit.
 Temnit noctis honorem,
 Præfert antra subulci,
 Rupe et dura quiescit,
 Et post regna tonantis
 Stramen dulcius herba est.

920 Talibus Harmoniae carminibus oblectati omnes permulsique divi, nec minor quippe ex fidibus suavitas quam vocis modulamine resultabat; denique qua industria comparatum quibusve assequendum ediscendumque opibus vigili cura repromittat, ut in tam dulcem eblanditamque mollitiem intima mentium liquescat affectio, Jove admirante disquiritur. Ac tunc virgo, quum artis praecepta a se expeti examinandae eruditionis intentione conspiceret, paulum melicis temperans, exhortante quoque Delio Palladeque, sic coepit:

921 Jam pridem quidem exosa terrigenas et fastidiosa mortalium coeli orbis stellantes incutio, in quibus artis praecepta edissertare prohibitum, quum

rabat. VULCAN. — Immo referendum esse ad *coëgit* vix est quod moneam.

aegram] Sic codices Darmstattensis, Reichenauensis, et Monacensis (C); Grotius enim *aegrum* ediderat. *Aeger amore* legitur apud Livium (30, 11).

honorem] Hactenus *horrorem* editum. Emendavi *honorem*, ob versum et ob sententiam. Nam supra de Luna dixit:

«Sic tua noctis honos.»

GROR. — Eadem Vulcanius jam monuerat, quem silentio praeterire non debebat. Monacensis (C) etiam codex habet *honorem*.

rupe et dura] Forte per vocum *μετάθεσιν* iuvandus versus:

«Dura et rupe quiescit.»

GROR. — «Latmia saxa» dicunt Ovidius (*heroid.* 18, 65) et Catullus (66, 5).

herba] Hoc e codice Reichenauensi et ante Grotium editis reposui pro Grotiano *herbae*. Dianae enim herba dulcius stramen est, quam quod habet in regno Jovis.

oblectati] Codex Monacensis (C) addit *sunt*, et Darmstattensis omittit quod in editis sequitur *omnes*; sed mutandi causam non vidi.

vigili cura] Alii, Grotio teste in margine, *vigil*; sed praestat Harmoniam pro subjecto accipere.

edissertare] Grotiana margo: «al. *dissertare*.»

melodiam omnissonis convenientem pulsibus modulorum machinae obeuntis ipsa rapiditas et concinat et agnoscat; sed quoniam emersa terris virgo nuptura vanescentia intercapedinatae prolixitatis obliviam jam supero debet vigore discutere, jussa percurram, si prius ingratae mortalitatis commoda repediata recenseam. Dum me quippe germanam gemellamque coelo illa incogitabilis **922** effigientiae genuisset immensitas, sidereaevolutionis excursus atque ipsa totius molis volumina comitata superos incitosque fulgores modis associans numeros non reliquit; sed quum illa monas intellectualisque lucis prima formatio animas fontibus emanantes in terrarum habitacula rigaret, moderatrix earum jussa sum demere; denique numeros cogitabilium motionum totiusque voluntatis impulsus ipsa rerum dispensans congruentiam temperabam. Quam **923** rem debere mortalibus universis Theophrastus laboravit; Pythagorei etiam docuerunt, ferociam animi tibiis aut fidibus mollientes, cum corporibus ad-

melodiam omnissonis] Nimirum sphaerarum centum, de quo superius (§. 905).

repediata] Forte *repudiata*, ni malis *repedata* antiqua voce. *Repedare* enim est *pedem retrahere*, ut grammatici docent. Grot. — In margine facillior lectio exstat *repetita*, sed hoc jam in sequenti *recenseam* continetur; quare malim *repudiata*, ut supra etiam (§. 899) «terrigenae stoliditatis ignaviam» et «melicorum indocilem mortalitatem» eam orbe terrisque abegisse dixit.

coelo] Quo melius sequentia intelligas, adi paleographiam meam criticam (III, §. 470) et Platonem (de re publ. 7, p. 531 Steph.).

effigientiae] Alii teste Grotio in margine *efficientiae*, quod eodem redit, siquidem hoc loco de summo deo rerum omnium creatore ex Platonis sententia loquitur; sed eam ipsam ob causam vulgatam lectionem quamvis insolentiosem praetuli.

animas] Platonis Timaeum respicit (p. 41. 42), ubi postquam ipsius mundi anima harmonicis ra-

tionibus conflata fuerit (p. 35. 36), eodem temperamento etiam singulas hominum animas distributas esse legimus. De monade vide superius (§. 731).

moderatrix] De vi musices ad excolendum hominem ex sententia Platonis egregia exstat disputatio Anne-den-TeXii (Trajecti ad Rhen. 1816), quam vide.

Theophrastus] Theophrasti libros *de musica* laudat Diogenes Laërtius (5, 47); insigne fragmentum exstat apud Porphyrium (in Harmonicam Ptolemaei p. 241), vide Fabricium (in bibl. Gr. 3, 9; p. 251); qui Martianum quoque idem opus respicere censet.

ferociam animi] Athenaeus (14, 18; p. 623 E): *θηραυρός ἐστὶ καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἀπαδὲ τοῖς μαθητοῖσι παιδευθεῖσι τε καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραῖνει. Κλεινίας γοῶν ὁ Πυθαγόρειος καὶ τῶ βίῳ καὶ τοῖς ἡθεσὶ διαφορῶν, εἰ ποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν*

haerere nexum foedus animarum. Membris quoque latentes interserere numeros 924 non contemsi. Hoc etiam Aristoxenus Pythagorasque testantur. Denique benignitate largissima sensim ipsam notionem meae objectionis aperui. Nam fides apud Delphos per Deliacam Citharam demonstravi; tibiae per Tritonidam

αὐτὸν δι' ὄργην, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιδάριζε, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν ἔλεγε· κραῖνοναί. Adde Jamblichum de Pythagora ipso (in vita Pythag. 15, 64; p. 50 Kust.): τὴν διὰ μουσικῆς παιδεύειν πρώτην κατεστήσατο διὰ τε μελῶν τινῶν καὶ ῥυθμῶν, ἀφ' ὧν τρόπων τε καὶ παθῶν ἀνθρωπίνων ἰάσεις ἐγένοντο — — δι' ὧν ῥαδίως εἰς τὰ ἐναντία περιέτρεπε καὶ περιῆγε τὰ τῆς ψυχῆς πάθη ἀλόγως θυνησάμενα καὶ ὑποφύομενα — — ἐπανορθούμενος πρὸς ἀρετὴν τούτων ἕκαβτον διὰ τῶν προσηκόντων μελῶν ὡς διὰ τινῶν ὠπηρίων φαρμάκων: et de Pythagoreis in universum eundem alio loco (32, 224; p. 181): Ἦν δὲ τινα μέλη παρ' αὐτοῖς πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πεποιημένα, πρὸς τε ἀθυμίας καὶ δηγμοῦς — καὶ πάλιν αὖ ἕτερα πρὸς τε τὰς ὀργὰς καὶ πρὸς τοὺς θυμοῦς, δι' ὧν ἐπιτείναντες αὐτὰ καὶ ἀνιέντες ἄχρι τοῦ μετρίου σύμμετρα πρὸς ἀνδρείαν ἀπειργάζοντο. Confer et Aristidem Quintilianum (2, p. 63. 76. 126) et quae inferius (§. 926) narrantur.

Aristoxenus] Lactantius (inst. divin. 7, 13): «Quid *Aristoxenus*, qui negavit omnino ullam esse animam, etiam dum vivit in corpore; sed sicut in fidibus ex intentione nervorum effici concordem sonum atque cantum, quem musici harmoniam vocant, ita in corporibus ex compage viscerum et vigore membrorum vim sentiendi existere; quo nihil dici delirius potest; et alio loco (de opif. dei 16): «Volunt igitur animum simili ratione constare in

homine, qua corporis partium firma conjunctio membrorumque omnium in unum consentiens vigor motum illum sensibilem faciat animumque concinet, sicut nervi bene intenti conspirantem sonum. Plura dabunt Davisius (ad Cic. Tuscul. 1, 10) et Mahnius (in diatribe de Aristoxeno jam superius §. 212 laudata), qui simul et ipsi monuerunt, jam ante Aristoxenum idem placitum ab aliis inque primis Pythagoreis propositum esse, quorum sententias jam Plato (in Phaedone p. 85 sequ.) et Aristoteles (de anima 1, 4) reprehenderint. Siquidem Pythagoras, Plutarcho teste (de plac. phil. 4, 2), animam dixit esse ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινεῖντα, discipulus autem ejus Philolaus (apud Claudium Mamert. 2, 7) eandem docuit «indi corpori per numerum et immortalem et incorporalem convenientiam»; vide Boeckhium (in Philolao p. 229) et Kitterum (Gesch. d. pythag. Philos. p. 215).

objectionis] Forte *oblectationis*? GROT. — Minus placet correctio, quam quod in libris scriptum est. *Objectionis meae notionem aperui* idem est, ac si dixisset: «monstravi quid utilitatis meo intervenitu proveniat. *Objectionis* et *afflictio* pro *objectionis* et *afflictio* saepe scribi advertit Meibomius (p. 345 v. 25).

Deliacam Citharam] Nescio quam puellam citharae inventricem fingit, quam plerique ab Apolline vel Mercurio, vel qui humanos auctores quaerebant, ab Orpheo, Amphione, Lino inventam tradiderunt (Pausan. 8, 14, 6; Plin. hist. nat. 7, 57). Ceterum emendavi pravam scribendi rationem *Cytharam* et hic et in sequentibus.

nostri comitem Marsyamque Lydium sonuerunt; calamos Mariandyni et Aones in laudes inflavere coelestium; panduram Aegyptios attentare permisi, ipsisque me pastoralibus fistulis vel cantus avium vel arborum crepitus vel susurros fluminum imitantibus non negavi. Psaltas, chordacistas, sambucos, hydraulas

Tritonidam] Minervam tibus invenisse, inventas abjecisse, abjectas Marsyam sibi vindicasse, nota fabula est. Unde Ovidius (met. 6, 584) de Marsya:

«*Quem Tritoniaca Latous arundine victum
Affectit poena.* — —

Vide Aristotelem (polit. 8, 6, 8), Ovidium (fast. 6, 696 sequ.), Plutarchum (in vita Alcibiad. 2), quosque praeterea laudant Spanhemius (ad Callin. h. in Dianam 244) et Boettigerus (über die Erfindung der Flöte in Wieland Mus. Att. T. I, p. 285 sequ.).

Lydium] Immo Phrygium (Plutarch. d. mus. p. 1135. Athen. 14, p. 616 f.), sed vicinae regiones facile confunduntur.

Mariandyni] De Mariandynis Heracleae Ponticae accolis et tributariis vide Platonem (de legibus 6, p. 776 Steph.), Strabonem (12, p. 542 Cas.), et Athenaeum (6, p. 263); sed imprimis huc pertinet Eustathii locus (ad Dionys. perieg. 791), qui nomen eorum derivat a Mariandyno Tityi filio, qui Marsum (Marsyam?) Auletis (i. e. tibicinis) patrem tibus canere docuerit; ejus fabulae vim acute perspexit Welckerus (in ephem. scholast. 1830, n. 2; p. 11. 12. 13).

Aones] Hoc est Boeoti (Strab. 7, p. 321; 9, p. 401 Casaub. Pausan. 9, 5, 1. Virgil. ecl. 6, 65. Steph. Byzant. p. 90), quos omnium maxime tibus operam dedisse constat. Confer Maximum Tyrium (diss. 23, 2; T. I, p. 440 Reisk): *Θηβαῖοι ἀλλητικὴν ἐπιτηθεόνουσι καὶ ἔδυν ἢ δι' ἀλλῶν μούδα ἐπιχώριος τοῖς Βοιωτοῖς*: et inscriptionem apud Dionem Chrysostomum (7, p. 123 Mo-

rell.): *Ἑλλὰς μὲν Θήβας νικῶν προὔκρινεν ἀλλοῖς*. Thebanos et Heracleotas conjungit Athenaeus (4, 84; p. 184).

attentare] Malim cum patre *attemperare*, quam supra dixerit:

— — *tentat psallere Melpomene.*

Graec. — Non capio, quid pater filiusque in Martiano hic reprehendant. Superius enim Martiano jam hoc verbo usus est (§. 888 et 895) ac vidimus ab eo Claudianum attente esse lectum; atqui is (in rapt. Pros. 5, 217) similiter:

— *digitisque attentat mollibus arcum.*

Ceterum codices Monacensis (C) et Darmstattensis hic quoque *attemperare* scribunt. De pandura dixi superius (ad §. 906).

susurros fluminum] Sic Ovidius (fast. 2, 316) *garrulum* appellat *rivum*, Horatius (od. 3, 13, 15) *loquaces lymphas*.

psaltas] Editum fuit hactenus *spaltas*, male, quod et Vulcanius vidit; nam sequuntur chordacistae, hydraulae et sambuci. Gloss. Isidori: *sambucus saltator.* Graec. — Pari errore in marmore apud Gruterum (942, 1A) *Terpsichore* pro *Terpsichore*, neque raro in ipsius nostri codicibus Monacensibus inveni *Spyche* pro *Psyche*. Hic tamen in ipso Monacensi (C) recte legitur *psaltas*.

chordacistas] *Χορδαμιστὰς* in Graeco sermone non novimus, sed *κορδαμιστὰς*, qui *κόρδανα* saltarent, de quo vide Athenaeum (14, 27; p. 629) et Lucianum (de saltat. 22); verumtamen quum hic de instrumentis musicis agatur, Martiani potius

923 per totum orbem ad commodum humanae utilitatis inveni. Per me quippe vestrum homines illexere succursum, irasque inferas per naenias sedavere. Quid quod bella victoriaeque undique meis cantibus conquisitae? Nam Crètes ad citharam dimicabant, Lacedaemonii ad tibias, nec aggrediebantur fata proeliorum, priusquam illis contigerat litare Musis. Quid Amazones nonne ad calamos arma tractabant? quarum una, quae concipiendi studio venerat, quum Alexandrum salutarct, donata tibicine, ut magno munere, gratulata discessit.

quam librariorum errorem esse arbitror, qui a *chorda* vocem derivandam sibi persuaserit.

sambucos] Apud Athenaeum (14, p. 633 Casaub.) legimus «sambucam esse quatuor fidibus tensum instrumentum, usitatum Parthis et Troglodytis» (adde eundem 4, p. 182). Strabo quoque (10, p. 421 Casaub.) barbarum esse nomen affirmat. Phoeniciam ei originem tribuit Spanhemius (de usu et praestant. num. T. I, p. 709). Festus «*sambucam* organi genus esse» scribit «a quo *sambucistriae* dicantur»; quo nomine et Livius (59, 6, 8) utitur, easque per Asiaticam luxuriam in Latium introductas esse ait. Adde Scipionis Aemiliani orationem apud Macrobius (Saturn. 2, 10): «docentur praestigias inhonestas: cum cinaedulis et *sambuca* psalterioque eunt in ludum histrionium» cet.

hydraulas] *Hydraulam* et *choraulam* jungit Suetonius (in Nerone 54). De hydraulico exstat commentatio Meisteri (in comm. Gott. nov. T. II, p. 152).

illexere succursum] Macrobius (in somn. Scip. 2, 5): «sonos musicos sacrificiis adhibuerunt, qui apud alios lyra vel cithara, apud nonnullos tibiis aliisque musicis instrumentis fieri solebant.» Plura dabit Saubertus (de sacrif. vet. 27, p. 624 sequ.).

naenias] Sic codices nostri Reichenauensis, Darmstattensis, Monaccensis (C), pariterque Leidensis, quem Burmannus (ad Ovidium I, p. 605) citat. Vulgo *me etiam*, quo nihil languidius. Ma-

crobius (somm. Sc. 2, 3; p. 455 Zeun.): «mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt.» Adde Boëthium (de musica in op. p. 1373).

Cretes] Athenaeus (14, 24; p. 627): *διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ' ἀλλῶν στρατεύονται, Κρηῆτες δὲ μετὰ λύρας, μετὰ δὲ βύριγγων καὶ ἀλλῶν Ἰνδοί, ὡς Ἡρόδοτος ἰστορεῖ.* Adde Clementem Alexandrinum (paedag. 2, 4; p. 164): *χρῶνται γοῦν παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν Τυρρῆνοι μὲν τῇ βάλπιγγι, βύριγγι δὲ Ἀρκάδες, Σικελοὶ δὲ πηκτίδιον, καὶ Κρηῆτες λύρα, καὶ Λακεδαιμόνιοι ἀλλῶ, καὶ κέρατι Θραῖκες, καὶ Αἰγύπτιοι τυμπάνῳ, καὶ Ἀραβες κυμβάλῳ.*

Lacedaemonii] Vide Agellium. Grot. — Sed cur Gellium (1, 11) laudat, non quem is ipse auctorem habuit Thucydidem (5, 70)? Plures vide apud Meursium (misc. Lacon. p. 102 et 150). Adde Maximum Planudem (schol. ad Hermog. T. V, p. 458 Walz).

contigerat] Ita Meibomianorum alter (p. 345 v. 1), Reichenauensis, et Monaccensis (C) pro *contingeret* in editis.

litare Musis] Plutarchus (in Lacon. p. 258) docet «Lacedaemoniorum regem ante pugnam Musis sacra fecisse.»

donata tibicine] Hanc historiam apud nullam

Lacedaemonios in Graecia, in Italia Sybaritas tibicines ad proelia praecire quis nesciat? Tubas non solum sonipedes atque bella, sed agonas acuere certamenque membrorum, nunc quoque compertum. Quid pacis munia nonne nostris cantibus celebrata? Graecarum quippe urbium multae ad lyram leges decretaque publica recitabant. Perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui. Nam phreneticos symphonia resanavi;

alium ita reperiri puto. Forsan illorum auctorum aliquis, qui a Plutarcho in Alexandri vita memorantur, hoc perscripserat, unde Martianus id desumserit. MEMOR. — Historia ipsa exstat apud Diodorum Siculum (17, 77), Strabonem (11, p. 505 Casaub.), Curtium (6, 5), Justinum (2, 4, 33; 12, 3, 5; 42, 3, 7); Thalestria sive Minithyam appellatam ferunt. Confer Petitum de Amazonibus (p. 364 sequ.).

Sybaritas] Haud scio an Martianus negligentia lapsus sit, animo ejus obversante historia illa de Sybaritani exercitus equitatu ad symphoniae cantum saltatione quadam moveri solito (Plin. 8, 64), quem tamen ea ipsa re bello minus idoneum fuisse intelligimus ex Athenaeo (12, 19; p. 520).

tubas] Boëthius (de musica 1, 1; in oper. p. 1373): »Nonne illud etiam manifestum est, in bellam pugnantium animos tubarum carmine accendi?»

agonas] Vide hunc morem apud Plinium hist. n. lib. 7; Tertull. de spect. cap. 11; Sidon. Apollin. pan. urb. Narb.; Heliod. lib. ult. Graec. — De tuba signo commissionis, uti verae pugnae ita variorum certaminum, vide locos veterum apud Just. Lips. Saturn. II, 19, p. 108; Fabr. Agonist. III, 16. Aeneid. 5, 113:

»At tuba commissos medio canit aggere ludos.»
Stat. silv. III, 1, 139, conf. 151:

»Jam placidae dant signa tubae.»

Addo Sophocl. El. 711; Poll. 4, 86 — 89. Non deest tubicen in tabula picta ex amphitheatro, in qua apparatus certaminis cernitur, in Guil. Gellii Pompejanis tab. 75. WELCKER (in Sylloge epigr. p. 66).

ad lyram] Huc refer illud Aristotelis probl. cap. 19: *διὰ τι νόμοι καλοῦνται οὗς ἄδουσιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ἦδον τοὺς νόμους* et cet. Graec. — Adde Clementem Alexandrinum (strom. 1, p. 308): *μέλος τε αὐτῷ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντιόχαιος*. Aelianum quoque (var. h. 2, 39) in partes vocare licet; sed simul etiam conferenda sunt, quae Nitzschius (melet. de hist. Homeri I, p. 38 sequ.) de omni hoc argumento sollerter et accurate monuit.

perturbationibus] Similis locus apud Boëthium de musica lib. 1, cap. 1. Graec. — Adde Aristotelem (polit. 8, 5), Plutarchum (de virtute morali p. 441), et Athenaeum (14 p. 625 f. Cas.).

corporeisque morbis] Macrobius (in somn. Scip. 2, 3): »Ita denique omnis habitus animae cantibus gubernatur, ut et ad bellum progressui et item receptui canatur — iram suggerit, clementiam suadet, *corporum quoque morbis medetur*; nam hinc est quod aegris remedia praestantes praecinere dicuntur.» Ἐπαοιδὰς significat, quibus jam Aesculapium usum auctor est Pindarus (Pyth. 3, 51).

quod Asclepiades quoque medicus imitatus, quum consulentibus urbium patribus plebis inconditae vulgus infremeret, seditiones accensas crebriore cantu inhibuit. Ebrios juvenes perindeque improbius petulantes Damon unus e sectatoribus meis modulorum gravitate perdomuit; quippe tibicinem spondeum canere jubens temulentae perturbationis dementiam infrēgit. Quid afflictationibus corporceis nonne assidua medicatione succurri? Febrem curabant vulneraque veteres cāntione; Asclepiades item tuba surdissimis medebatur. Ad affectiones animi tibias Theophrastus adhibebat. Ischiadas quis nesciat expelli

Adde Platonem (in Charmide p. 155 Steph.). In primis autem Pythagoram morbos curasse musicæ ope ferunt (Jamblich. vit. Pythagor. 25 et 34; p. 93 et 196 Kuster. Porphyr. vit. Pythag. p. 37).

Asclepiades] Receptit hæc ad verbum Cassiodorus (de musica in op. 2, p. 557 Gar.). Asclepiadarum historiam invenies apud Walchium (in antiqu. medicis, Jenæ 1772, p. 119 sequ.), cui adde Antonii Cocchii disputationem (discorso primo supra Asclepiade, ed. Raim. Cocchi, Flor. 1758) et Fabricium (in bibl. Gr. 6, 9; T. XIII, p. 87 sequ.).

seditiones] Confer Terpandrum, τὸν τὴν γενομένην ποτὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις στάβιν καταλύσαντα, apud Plutarchum (de mus. p. 1146) et Christodorum (in anthol. Pal. T. I, p. 42):

Ὡς ποτε δινηέντος ἐπ' Εὐρώταο ῥοάων
Μυδτιπόλω φόρμιγγι κατεπρήνηεν ἀείδων
Ἀγχεμάχων κακότητας Ἀμυκλαίων ναε-
τήρων.

crebriore cantu] Sic codex Monacensis (C); vulgo *crebrior cantus*.

ebrios] Idem Pythagoræ tribunt Quintilianus (1, 10, 32) aliique, quos ibi laudat Spaldingius (p. 227); cum nostro consentit Galenus (de dogm. Hippocr. et Plat. 9, 5), vide Fabricium (ad Sextum Emp. 6, 8; p. 337) et Kusterum (ad Jambl. Py-

thag. 112). In universum confer Athenæum (14, p. 627) et Meibomium (ad Aristid. p. 301).

Damon] Commemorant hunc Plato (Lach. p. 180; Alcib. p. 118; Axioch. p. 364 Steph.), Plutarchus (in vita Pericl. p. 153; Aristid. p. 319), Diogenes Laertius (2, 19), Suidas, alii; confer Hemsterhusium (ad Aristoph. Plut. p. 352), Jacobsium (in add. animadv. in Ath. p. 336), et Sævernium (de Aristoph. nub. p. 60).

medicatione] Sic legendum esse jam Grotius vidit, quum vulgo *meditatione* ederetur, confirmaturque ejus conjectura a codice Meibomiano utroque (p. 345, v. 18) et nostro Reichenauensi a prima manu.

vulneraque] Appulejus (de magia p. 491 Oud.): «Veteres quidem medici etiam carmina remedia *vulnerum* norant, ut omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Ulixi de vulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim, quod salutis ferendæ gratia fit, criminosum est.»

ischiades] Confer Gellium (4, 13): «Creditum hoc a plerisque est et memoriæ mandat, *ischiaci* quum maxime doleant, tum si modulis levibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrime in Theophrasti libro scriptum inveni, viperarum moribus tibicinium scite modulateque adhibitum mederi. Refert etiam idem Democriti liber, qui in-

aulica suavitate? Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat. Thaletem Cretensem citharae suavitate compertum est morbos ac pestilentiam fugavisse. Herophilus aegrorum venas rhythmorum collatione pensabat. Animalium vero **927** sensus meis cantibus incunctanter adduci saltem Thracius citharista perdocuit; in quo non fabula sed veritas gloriam procreavit. Unde enim cervi fistulis capiuntur, pisces in stagno Alexandriae crepitu detinentur, cygnos Hyperboreos citharae cantus adducit? elephantes Indicos organica permulsos detineri voce

scribitur *περὶ λοιμῶν*, in quo docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse inentiones tibiarum.

Thaletem] Plutarchus (d. mus. p. 1146): *ὄν φραδί κατὰ τι πνυδόχρηστον Αἰκνεδαιμονίουσ παραγενόμενον διὰ μουσικῆσ ἰάδασθαι ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντοσ λοιμοῦ τὴν Σπάρτην*. Plura de eo vide apud Strabonem (10, p. 481. 482) et confer omnino Müllerum (Dor. II, p. 170) et Hoeckium (Cret. III, p. 342. 364). Cave autem eum philosopho Milesio confundas, qui nominativo casu *Thales* erat, non *Thaletes*.

Herophilus] Praefixi aspirationis literam, quam Grotius ad marginem rejecit. Vide enim de hoc medico Plutarchum (in plac. phil. 4, 22; p. 903. 5, 2; p. 904), Sextum Empiricum (adv. mathem. p. 493), Plinium (11, 37, 8 f. 26, 2, 6), Tertullianum (de anima 10), et Celsum (in praef.). Adde Fabricii bibliothecam Graecam (13, p. 185 f.).

venas] Eadem Plinius (29, 1, 5) retulit. Adde Aristidem Quintilianum (1, p. 31 Meib.), Vitruvium (1, 1; p. 17 Bip.), et Gellium (3, 10), ubi legimus ex medicorum musicorum sententia «venas vel potius arterias numero moveri septenario, quod ipsi appellant *τὴν διὰ τεσσάρων ὀμφρανίαν*, quae fit in collatione quaternarii numeri.» Vide et nostrum inferius (§. 968). Pro collatione alii olim, teste Grotio in margine, collatione, inepte.

incunctanter] Grotiana margo *si cunctantur*, quo nihil languidius.

cervi fistulis] Macrobius (in somn. Scip. 2, 3): «Quid mirum si inter homines musicae tanta dominatio est, quum aves quoque, ut luscinae, cygni, aliaeque id genus, cantum veluti quadam disciplina artis exerceant, nonnullae vero vel aves vel terrenae seu aquatiles belluae invitante cantu in retia sponte decurrant, et *pastoralis fistula* ad pastum progressis quietem imperet gregibus? Cervos ipsos Solinus (19, 11) «sibilos *fistularum* mirari» testatur, praecedente Plinio (hist. nat. 8, 50), ubi plura dat Harduinus.

pisces] Paulo aliter apud Varronem (de R. R. 3, 17, 4; p. 406 Gesn.) legimus, ad tibiae cantum pisces gregatim venisse.

crepitu] Id est «crepitaculi sonitu.» Μειμον. (p. 346, v. 29).

elephantes] Strabo (15, p. 705): *πειθαρχεῖν διδάσκοντι, τοὺς μὲν διὰ λόγου, τοὺς δὲ μελιθμῶ ἢ τυμπανισμῶ τινὶ κηλοῦντες*.

fistulis aves] Martialis (14, 218):

«Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales» et Cato, seu quisquis distichorum auctor sit (l. d. 12):

«*Fistula dulce canit, volucrem quam decipit auceps.*»

compertum, fistulis aves allici comprobatum, infantibus crepitacula vagitus
 928 abrumpere, fides delphinis amicitiam hominum persuasere; quid? cantibus
 allici dirumpique serpentes, glandem messesque transire, manes cieri Lu-
 namque laborare, nonne ipsius vetustatis persuasione compertum? in Lydia
 Nympharum insulas dici, quas etiam recentior asserentium Varro se vidisse
 testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiaram
 929 primo in circulum motae dehinc ad litora revertuntur. In Actiaco litore mare
 citharam sonat. Megaris saxum ad ictum pulsus cujuscunque fidicinat. Possem
 innumera mortalibus a me collata percurrere, ut non me terras fugiendi studio

crepitacula] Πλαταγὰς, de quibus Aristoteles
 (polit. 8, 6, 1).

delphinis] Plinius (hist. nat. 9, 8): «Delphinus
 non homini tantum amicum animal, verum et musicae
 arti, mulcetur symphoniae cantu et praecipue hy-
 drauli sono», ubi plura Harduinus. Sed nota in-
 primis Arionis historia, de qua supra (§. 908).

serpentes] Manilius (1, 92):

«Consultare fibras, et rumpere vocibus angues.»

Calpurnius (ecl. 11, 70):

«Cantavit, quod Luna timet, quo rumpitur
 anguis.»

glandem] Dele ferunt cum MS. et conjunge
 cum praecedentibus. Graec. — Vulgo enim «glandem
 ferunt messesque», quod tamen non rectius esse
 videtur, quam quod alios praemittere Grotius in
 margine notavit «in Thracia Orpheo canente», nam
 hoc loco de incantationibus et praestigüs agi mani-
 festum est; quare facile Grotio obtemperavi, sed
 ita ut cum sequentibus potius «vetustatis persuasione
 compertum» mutata interpunctione conjungerem.

Lunamque] Conferatur palaeographia mea (T.
 III, §. 74), ubi omnino latius de incantationibus egi.

in Lydia] Plinius (hist. nat. 2, 95): «In Lydia,
 quae vocantur Calaminae, non ventis solum, sed

etiam contis quo libeat impulsae, multorum civium
 Mithridatico bello salus. Sunt et in *Nymphaeo* par-
 vae Saltares dictae insulae, quoniam in sympho-
 niae cantu ad ictus modulantium pedum moventur.»
 Seneca etiam (nat. quaest. 3, 25; p. 734 Lips.):
 «Sunt multi pumicosi et leves, ex quibus quae
 constant insulae in Lydia natant. Theophrastus est
 auctor. Ipse ad Cotylas natantem insulam vidi» cet.
 Adde Strabonem (13, p. 614 Cas.), ubi vulgo per-
 peram καλουμένην νῆσον pro καλαμίνην. Ce-
 terum pro vulgato *lympharum* scripsi *Nympharum*
 e codice Reichenauensi et utroque Meibomiano
 (p. 346, v. 2), quibuscum plurimi alii concinunt
 a Scaligero ad Varronem et Salmasio (ad Solin.
 polyh. p. 125) laudati.

Actiaco] Sic margo Grotiana codicesque et
 Meibomiani (p. 346, v. 6) et nostri Reichenauensis,
 Darmstattensis, et Monacensis; vulgo *Attica*. Actium
 promontorium Apollini sacrum fuisse notum est
 (Strabo 10, p. 311. Plin. 4, 2. Sueton. Oct. 18).

Megaris] Pausanias (1, 42, 1): ἐστὶ λίθος
 ἐφ' οὗ καταδεῖναι λέγουσιν Ἀπόλλωνα τὴν
 κιδάραν — ἣν τύχη βαλῶν τις ψηφίδι, κατὰ
 ταῦτὰ οὕτως τε ἤχηθε καὶ κιδάρα κρον-
 σθεῖδα.

reliquisse sed ingratae humanitatis ignaviam viderer jure damnasse; sed jam ad artis praecepta desiliam, ut nupturae virgini promissum munus impendam.

QUID SIT OFFICIUM MUSICAE.

Et quoniam officium meum est bene modulandi sollertia, quae rhythmicis et melicis adstructionibus continetur, prius de melicis dissertabo. Dico quidquid rite sonuerit, aut tonum esse aut hemitonium aut quartam partem toni quae diesis appellatur. Verum tonus est spatium cum legitima quantitate,

bene modulandi] Initium hic facit tractandi de ipsa arte musica, cujus interior finis est bene modulari. Huc omnis institutio tendit. Ita intelligendi omnes, qui musicam bene modulandi scientiam definiunt, ut Augustinus quoque libro 1 de Musica ΜΕΙΒΟΜ.

rhythmicis] Id est Harmonica et Rhythmica. Melica ipsi sunt τὰ ἀρμονικά. Nemo alius ita locutus. Ceterum duas tantum illas partes ad bene modulandi artem facere dicit exclusa Metrica: quae tamen ad perfectum cantum, in quo etiam verba considerantur, vel maxime est necessaria; v. Aristidem p. 28. ΜΕΙΒΟΜ. — Nescio quid offensionis invenerit Meibomius in vocabulo melicus pro harmonico usurpato, quum μέλος et ἀρμονία promiscue eodem sensu adhiberi soleant. Sic verbi causa Plato, licet (in republ. 3, p. 398 Steph.) pariter atque Aristoteles (in poet. 1, 4) tres carminis partes appellet λόγον, ἀρμονίαν, ῥυθμόν, tamen alio loco (in Gorg. p. 302): εἴ τις περιέλοιτο, inquit, τῆς ποιήσεως πάσης τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμόν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ λόγοι γίνονται τὸ λειπόμενον; itaque (de legibus 2, p. 669) inter se opponit μέλος et ῥυθμόν, quum paulo antea (p. 658) περὶ ῥυθμόν καὶ ἀρμονίαν οὕτως τῆς μουσικῆς dixisset. Ceterum utriusque partis vim egregie declarat idem

in his (p. 665): τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἶη, τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκρατημένων, ἀρμονία ὄνομα προσαγορεύοιτο: plura dabit Stallbaumius (ad Phileb. p. 36).

quartam partem] MS. quartam tantum. Ego cum patre partem tantum malim et alia rite sonant. Gaor. — Recte codex (B); editus rite. Est haec locutio insolentior. Hoc autem vult (Martianus): «Quodcumque intervallum modulamur (incompositum, et intra quod aliud cadere nequeat) dico aut tonum esse, aut quartam partem toni.» — Quod hic Grotius notat, id ex musices ignorantia est natum; uti et quod sequenti nota dicit: «hemioleae proportio appellatur harmonica, ut sesquitercia arithmetica» plane est erroneum. ΜΕΙΒΟΜ. — Vulgata utique sana est. Aristides Quinctilianus (p. 45 Meib.): τεταρτημόριον, inquit, τοῦ τόνου ἢ διεβίς ἐστίν, pariter ut noster inferius (§. 933). Adde Vitruvium (5, 4; p. 137 Bip.), Plutarchum (de musica p. 1140), Sextum Empiricum (adv. mus. 6, 47), Euclidem (de harm. p. 10), et quos laudat Creuzerus (in meletem. T. III, p. 19). Aliis tamen generalius est τὸ ἐλάχιστον μέτρον τῶν ἐναρμονίων διαβτημάτων, ut Suidae verbis utar; confer Aristotelem (metaph. 13, p. 291 Brand.), Dionysium Halicarnassensem (de compos. T. V, p. 76

qui ex duobus sonis diversis inter se invicem continetur; hemitonium dicitur, quod toni medium tenet; diesis vero distantiae sunt tres. Nam prima brevior, quae tetartemoria nominatur, ex eo quod quartam partem toni recipiat; enarmonios quoque dicitur propterea quod enarmonion modulandi genus per hanc maxime dimetitur. Secunda ab illa major est, nam tritemoria nominatur, quoniam habet partem tertiam toni; itemque chromatrice appellatur, quod chromaticum modulandi genus per ipsam finditur. Tertia vero habet toni tertiam partem ac dimidiam tertiae, et vocatur hemiolia et harmoniae divisio, quoniam hemiolii modum complet.

Reisk.), Aristidem (p. 14), Bacchium (p. 2 Meib.) etc.; unde factum est ut etiam pro hemitonio usurparetur, ut in fragmento Philolai apud Stobaeum (p. 466 Heeren.), ubi immerito haesit doctissimus editor; adde Theonem (de mus. p. 77), Censorinum (de die nat. 10, 7), et Macrobius (in somn. Scip. 2, 1). Quid quod posterius omnino disparuisse vel evanuisse videbatur minima illa pars toni, ἀπόλωλεν ἐκ τῆς ἡμετέρας αἰσθήσεως, ut ait Photius (in bibl. n. 242, p. 560 Hoeschel.), vide et Macrobius (in somn. Scip. 2, 1).

tonus est] Euclidi (p. 2 Meib.) est τόπος τις τῆς φωνῆς δεκτικὸς οὐβτήματος ἀπλατῆς. Uberius Aristides Quinctilianus (p. 22): «Tonum in musica tripliciter appellamus: aut enim est idem quod tensio, aut certa aliqua vocis magnitudo, uti qua a diapente superatur diatessaron, aut modus systematicus, ut Lydius aut Phrygius.» Nunc secunda significatio valet.

legitima quantitate] Per legitimam quantitatem rationem epogdoi intellige. Gloss. Grot. — Haec est ratio superoctava. Glossae: «ratio epogdoi», scribendum epogdox. MEBOM. — Vide nos superius (§. 108) et Boeckhium (in Creuzeri stud. T. III, p. 58).

diesis vero] In his Aristoxenum ante oculos habuisse videtur, ejus doctrinam hisce compre-

hendit Boethius (de mus. p. 1477): «Dividit enim tonum in duas partes, atque id semitonium vocat; dividit in tres partes, cujus tertiam diesin vocat chromatis mollis; dividit in quatuor, cujus quartam cum propria medietate, id est cum octava totius toni, appellat diesin chromatis hemiolii; rursus solam quartam ejus vocat diesin enharmoniam.» Confer ipsum Aristoxenum (in elem. harm. p. 46) et Claudium Ptolemaeum (in harmon. 1, 12).

chromatrice] Scribe chromatica: subauditur enim diesis. MEBOM. — At cur Graeca forma uti Martianum prohibeamus?

tertia vero] Hoc plane falsum, quamvis scripti codices aeque ac editi hanc lectionem ingerant. Restituo veterem ac germanam, neque enim tam crassam ignorantiam Capellae imputabo: «tertia vero habet toni quartam partem ac dimidiam quartae.» Hemiolia quippe diesis habet quatuorsemis dodecartermoria, seu duodecimas toni partes, id est quartam partem toni et quartae dimidiam, ideoque et sic idem enunciare potuisset: «tertia vero habet tetartemorianam diesin ejusque dimidiam.» MEBOM.

harmoniae] Pater conjicit «ex harmoniae divisione.» Forte tamen «et harmonice divisio» legendum sit, nam hemiolice proportio appellatur harmonica, ut sesquitertia arithmetica apud Romanos.

DE SONIS.

Tonus igitur idem plerumque appellatur et sonus. Verum soni sunt 931
per singulos quosque ac per omnes tropos numero duodeviginti. Quorum

Si conjecturis paulo audacioribus, ut in aliis, ita in hoc auctore locus, legendas et transponendas voces hoc modo censuerim: «*προςλαμβανόμενος*, apud Romanos vero idem dicitur *acquisitus*: secundus *ὑπάτη ὑπάτων*, hoc est *principalis principalium*, qua eadem voce uti summus Jupiter statuit. Jupiter enim *ὑπάτος ὑπάτων* appellatur, ideoque *ἐμπατικῶς* Capella *summum* addidit eique *hypate ipsa sacra* teste Boëthio lib. I, cap. XX. Simili de ratione Jupiter etiam *ἀγαμέμνων* vocatus est, quod nempe Agamemnon apud Homerum *ὑπάτος κρείόντων* dicatur. GROT. — Haec barbara sunt, adeoque expungenda. Etenim ratio, cur diesis illa hemiolia vocetur, ex Aristoxeno aliisque est clarissima, quod videlicet haec diesis sit hemiolia dieseos enarmoniae; ut numerus quatuorsemis est hemiolius numeri ternarii. Si retinenda sint, hanc explicationem adferemus: vocabulum *modus* hic idem significat quod *modulatio*, ut et p. 180 v. 21 (p. 316 Gr.) p. 183 v. 25 (p. 319 Gr.); deinde pro *harmoniae divisio* legendum *ab harmoniae divisione*, et *hemiolum* pro inepto *hemiolis* (quemadmodum etiam glossae interdum superoctavam rationem imperite vocant rationem *epogdoi* pro *epogdoam*), ut hic sensus bonus ac verus ex ineptis verbis colligatur: «et vocatur (sc. illa diesis) hemiolia, ab harmoniae divisione; quoniam hemioliam modulationem complectitur. Quod si vocabulum *modus* pro *diastemate* accipiamus, ut idem usurpatur p. 186 v. 20, ultima eodem sensu legemus: «hemiolum diastema complectitur. MEMOR. Sat credo superque nunc habes conjecturarum, certi

nil, neque quidquam variant codices, ut Martiani potius quam librorum errores esse putem.

de sonis] Hanc inscriptionem Meibomio praecedente recepi, quoniam ipse sensus jubebat; vulgatum *de tropis* suo loco et ordine infra (§. 935) posui; licet enim Aristides Quintilianus (3, p. 156 Meib.) *tropos* eosdem *tonos* vocari deceat, inde tamen non sequitur, *tonos* etiam *tropos* appellari posse.

tonus igitur idem] Hoc certum est ex Aristide nostro p. 22 v. 28, Euclide p. 19 v. 6. Inde *ἑπτάτονος λήρα* dicebatur, quae septem diversos sonos habebat. Inepte autem p. 180 v. 26 (p. 316 Gr.) inquit: «nam sonum id est tonum productionem vocavi»; neque enim tonus ibi appellari potest productio quatenus sonus est, sed quatenus spatium cum legitima quantitate, quod duobus sonis continetur, ut supra. MEMOR. — Rectius tamen *sonus* (*φθόγγος*) et *tonus* (*τόνος*) distinguuntur, id quod Nicomachus (p. 1 et 2 Meibom.) docuit.

duodeviginti] Accurate haec omnia explicavit Boeckhius (in Creuzeri stud. T. III, p. 62 sequ. et de metr. Pind. p. 208 sequ.), quapropter antiquiores auctores enumerare supersedeo. Quanquam de numero discrepantia est, quum paulatim tantum soni ad tantam amplitudinem accreverint, ut alii plures alii pauciores numerent, qua de re vide Cuperum (in apoth. Homer. p. 32). Sunt adeo qui duodetriginta statuunt, ut auctor tabulae quam specimenis causa ex codice Monacensi (C. fol. 220) cum omnibus erroribus orthographicis hic subjeci; sed huiusmodi generum chordas in unum conjungunt, qua de re dixi infra (§. 940).

primus dicitur apud Graecos *προλαμβανόμενος*, apud Romanos vero, quia non eadem nos voce uti summus Jupiter statuit, idem dicitur acquisitus; secundus *ὑπάτη ὑπατῶν*, hoc est principalis principalium; tertius *παρυπάτη*

Prolambanomenos I acquisitus	
Ypodorius subprincipales.	Ipate ipaton ·I· principalis principalium.
Ypofrigius.	Pari ipate ipaton ·I· subprinc. principal.
Ypoeolius.	Ipaton ·I· penult. princ. in ermonico genere distat a nete duob. tonis.
Ypoiastius.	Penultima principal. in cromatico gen. tria emitonia distat a nete.
Ypolidius.	Penultima principalium in diatonico gen. distat tono a nete.
Dorius ·I· princip.	Lichnos ipaton ·I· ultima princip. et princip. mediarum.
Frigius.	Paripatemeson ·I· subprincipa. mediarum.
Eolius.	Meson diatonos ·I· mediarum extenta in ermonico gen.
Jastius.	Extenta mediarum in cromatico genere.
Lidius.	Extenta mediarum in diatonico genere.
Yperdorius ·I· super princ.	Mesen ·I· media et est principalis conjunctarum.
Yperfrigius.	Tritesin eugmen̄ ·I· tertia conjunctarum a fine.
Ypereolius.	Sineugmen̄. ditonos ·I· conjunctar. extenta in ermonico gen.
Yperiaastius.	Extenta conjunctarum in cromatico genere.
Yperlidius.	Extenta conjunctarum in diatonico genere.
	Nete sineugmen̄ ·I· ultima conjunctarum.
	Paramesos ·I· prope medium.
	Tritedia zeugmen̄ ·I· tertia divisarum a fine.
	Diazeugmen̄. diatonos ·I· divisar. extenta in ermonico.
	Extenta divisar. in cromatico genere.
	Extenta divisar. in diatonico genere.
	Nete diazeugmen̄ ·I· ultima divisar. et principalis excellent.
	Trite Yperboleon ·I· tertia excellentium a fine.
	Iperboleon diatonos excellentium extenta in ermonico gen.
	Extenta excellentium in cromatico genere.
	Extenta excellentium in diatonico genere.
	Nete Iperboleon ·I· ultima excellentium.

non eadem nos] Sic codices Darmstattensis, Reichenaucensis, et Monacensis (C); vulgo «quia eadem voce.» Respicit autem superiorem locum (§. 333).

ὑπατῶν] Imperite in edito ubique *ὑπάτων* pro *ὑπατῶν*, quamvis grammaticorum canones posterius minus probent. Μερσον.

ὑπατῶν, id est subprīncipalis principalium; quartus ὑπατῶν διάτονος, id est principalium extenta; quintus ὑπάτη μέδων, id est principalis mediarum; sextus autem παροπάτη μέδων, quod est subprīncipalis mediarum; septimus μέδων διάτονος, id est mediarum extenta; octavus μέβη, hoc est media; nonus τρίτη συνημμένων, id est tertia junctarum; decimus συνημμένων διάτονος, hoc est junctarum extenta; undecimus νήτη συνημμένων, id est ultima junctarum; duodecimus παραμέβη, id est prope media; tertius decimus τρίτη διεξευγμένων, id est tertia divisarum; quartus decimus διεξευγμένων διάτονος, quod est divisarum extenta; quintus decimus νήτη διεξευγμένων, id est ultima divisarum;

διάτονος] Duabus primis διατόνοις vox λιχάνων adjungenda, duabus posterioribus παρανήτης. Mirum tamen est, si hoc ita sit, uti sane ease et res ipsa et aliorum musicorum collatio facillime demonstrat, quod in Latina interpretatione nihil aliud quam extenta addatur, quod διάτονον designat, ut ipse Martianus infra docet. Sed perpetuus ferme hic error tum in Capella tum in ipso etiam Vitruvio, quod διάτονος simpliciter ubique et sine ulla adjec-tione ponatur, quum tamen constet διάτονον non tropam certum significare, sed, ut ipse Martianus infra de sonis ait, indicium generum modulandi, uti et enharmonion et chromaticon. GROT. — Inepta et erronea est tota haec Grotii annotatio. MEIBOM. — Omnium facillimum fuisset pro διάτονος utroque loco reponere quod alios legere Grotius in margine annotavit λιχανος, quo vocabulo constat hos sonos plerumque appellari (vide ad §. 946); sed vulgatam retinui jam propter interpretationem Latinam extenta, quae διάτονον tantum significat, quum λιχανος index nuncupandus foret; accedit autem Nicomachi (p. 21 Meib.) testimonium, qui disertis verbis nihil interesse ait, utro nomine in his chordis utamur.

συνημμένων] Συνημμένων optime uterque

scriptus, nisi quod pro H omnibus tribus locis male est E. Editus ubique συζευγμένων; in margine tamen appositum «al. συνημμένων.» Miror doctissimos viros hoc emendare non potuisse, quum ne quidem Graecum sit. Scribendum enim fuerat συζευγμένων. MEIBOM.

conjunctarum extenta] Hanc vocem apud Grotium omissam restitui e codicibus Meibomianis (p. 347 v. 8), Reichenauensi, Monacensi (C), Darmstat-tensi, accedentibus etiam ante Grotium editis.

prope media] Codex B male prope mediam. MEIBOM. — Non prorsus improbem.

ὑπερβολαίων] Ita et Euclides, sive verius Cleonides, neque enim illa Euclidis sunt, quae titulo Harmonices sub ejus nomine circumferuntur, ut sagacissime pater meus ex aequalitate semitoniorum aliisque similibus argumentis odoratus est. Vitruvius tamen ὑπερβολέων. Et ita MS. et Veicetianus, Lugdunensis, et Basileensis. GROT. — Vallae codex Euclidis harmonicae etiam Cleonidae praetulit, quem etiam Grotii pater illius introductionis in harmonicam (in notis ad superiorem Martiani locum) auctorem existimavit, sed futili argumento. MEIBOM. (in Music. auct. T. I praef. ad Eucl. init.). Confer Nicomachum (1, p. 20) et Boëthium (p. 6 f. Meib.).

sextus decimus *τρίτη ὑπερβολαίων*, id est tertia excellentium; septimus decimus *ὑπερβολαίων διάτονος*, hoc est excellentium extenta; octavus decimus *νῆτη ὑπερβολαίων*, id est ultima excellentium. Hi sunt igitur soni, qui modulationem
 932 apte et cum ratione componunt. Constat autem omnis modulatio ex gravitate soni vel acumine. Gravitas dicitur, quae modi quadam emissione mollescit; acumen vero, quod in aciem tenuatam gracilis et erectae modulationis extenditur.

DE SYMPHONIIS.

935 Ex supradictis itaque sonis, qui et singulis et omnibus tropis rite conveniunt, symphoniae tres sunt, quarum est prima *διὰ τεσσάρων*, quae Latine appellatur ex quatuor, et recipit sonos quatuor, spatia tria, productiones

septimus decimus] Sic, et paulo post *octavus decimus*, uterque Meibomianus pro *decimus septimus* et *decimus octavus* in editis.

cum ratione] *Ῥητῶς*. Vide notas ad Aristidem p. 15 v. 29. MEIBOM.

emissione] Pater *remissione*, *ἀνέθει*. GROT. — Pro *emissione* lego *remissione*, quod et Grotium notasse deinde vidi. Vocabulum *modi* utriusque codicis glossae explicant *soni*; minus commode. Malim *modulationis*, quae explicatio generalior est, et aliis quoque hujus auctoris locis applicari potest, sed et sequente versu confirmatur. Ceterum quid *gravitas* sit, quid *acumen*, clarius habemus p. 182 v. penult. (p. 318 Gr.). Versa autem illa sunt ex Aristide p. 8 v. ult. MEIBOM. — Nihil muto. Namque Aristides, qui laudatur, ipse inquit: *ἐκ δὴ τούτων τὰ γνώμενα τὸ μὲν βαρύτητα, τὸ δὲ ὀξύτητα προσαγορεύομεν· γίνεται δὲ ἡ μὲν βαρύτης κάτωθεν ἀναφερομένου τοῦ πνεύματος, ἡ δ' ὀξύτης ἐπιπολῆς προϊεμένου. Προϊεῖσθαι autem est emitti.*

erectae modulationis] Alii teste Grotio in marginae rectae.

de symphoniis] Censorino (de die nat. 10, 5) «symphonia est duarum vocum disparium inter se junctarum dulcis concertus»; Cassiodoro (de mus. Op. II, p. 565 Gar.) «temperamentum sonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens»; pariterque Bacchius (p. 2 f. Meib.) eam definit *κράβιν δύο φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι λαμβανομένων*.

symphoniae tres] Totidem et superioribus locis numerat (§. 105. 735) pariterque Censorinus (10, 6); alii plures, sed ut has tantum ipsas inter se conjungant, ut Macrobius (in somn. Sc. 2, 1) quinque: *διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ παδῶν, διὰ παδῶν καὶ διὰ πέντε, δις διὰ παδῶν*: Vitruvius autem (5, 4; p. 138 Bip.) sex, addita *diapason eum diatessaron*, ac sic etiam Bacchius (p. 3 Meibom.) et noster inferius (§. 950). Vide omnino Boeckhium (in Creuzeri stud. T. III, p. 51. 58). Ad didi autem sunt vulgo omissum ex codice Darmstattensi.

productiones] Hoc barbare vertit et inepte. Latine potuisset, ut p. 185 v. ult. (p. 322 Gr. v. 1). MEIBOM.

duas et dimidiam; nam sonum, id est tonum, productionem vocavi; est autem hemitoniorum quinque, quae ad productiones plenas et integras mediatenus valent; *διέσεων* decem, diesis vero interpretatio est, sicut supra dixi, quarta pars toni. Sed haec symphonia est in epitriti ratione; epitritus autem dicitur, qui et numerum ternarium habet et trium tertiam, quod est unus, ut sunt quatuor ad tres. Alia symphonia quinary est, et dicitur *διὰ πέντε*, 934 atque constat sonis quinque, qui inter se quatuor spatiis dividuntur. Productiones habet tres mediamque praecedit, hoc est tonos tres ac medium, hemitonia septem, diesisque quatuordecim, atque hemiolii possidet rationem, quae forma et eundem numerum circa collata detinet et ejus medium, ut sunt tres ad duos. Tertia *διὰ παδῶν*, quae ex omnibus dicitur, octo sonos recipit, spatia septem, productiones sex, hemitonia duodecim, diesis viginti quatuor, atque constat ex ratione diplasia, hoc est duplici.

(DE TROPIS.)

Tropi vero sunt quindecim, sed principales quinque, quibus bini 933

quae ad—valent] Haec barbara sunt et superiorum seculorum inficitias redolent: ideoque male infereta delenda censeo. MEMOR.

epitritus] Vide superius (§. 107. 761) et inferius (§. 951. 957. 978). Gellius (18, 14): *epitritos* est qui habet totum aliquem numerum et ejusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. Confer omnino Aristotelem (probl. 19, 25), Nicomachum (2, p. 50 Meib.), Aristidem (1, p. 49; 5, p. 115), Censorinum (10, 8), Sextum Empiricum (hypot. Pyrrh. 5, 18, 153; p. 163 Fabr.), Macrobius (in somn. Scip. 2, 1; p. 127 Zeun.), Fulgentium (mythol. 3, 9; p. 128 Munck.) etc.

quod est unus] Haec delerem. Scribenda fuissent: *quae (tertia pars) est unitas, vel unus* ut

Aristides quoque (p. 35 v. 4). ΜΕΜΟΡ. — Multa profecto delenda essent, si talia displicerent.

diesisque] Uterque hic *diesisque*. Atque in hoc vocabulo fere semper quartus casus pluralis *is* finit. ΜΕΜΟΡ.

duplici] Sic bene codex B; reliqui perperam *dupli*. ΜΕΜΟΡ. — Obtemperavi quia praecedit *diplosia*, etsi vulgatam lectionem minime falsam dixerim; vide superius (§. 785).

tropi vero] Hos Graeci *τόνους* appellant. GORT. Unde Cassiodoro (de musica in op. II, p. 556) *toni* sunt qui nostro *tropi*. Bacchius vero (p. 15 et 18 f. Meib.) definit tropum *πλοκῆς ἐμμελοῦς σχῆμα*, recensetque tres: Lydium nimirum, Phrygium et Dorium; ab aliis autem addit statui septem: Mixolydium, Lydium, Phrygium, Dorium, Hypoly-

cohaerent, id est Lydius, cui adhaerent *ὑπερλύδιος* et *ὑπολύδιος*; secundus Iastius, cui sociatur *ὑποιάβτιος* et *ὑπεριάβτιος*; item Aeolius cum *ὑποαιολίω* et *ὑπεραιολίω*; quartus Phrygius cum duobus *ὑποφρυγίω* et *ὑπερφρυγίω*; quintus Dorius cum *ὑποδωρίω* et *ὑπερδωρίω*. Verum inter hos tropos est quaedam amica

dium, Hypophrygium, et Hypodorium. Scilicet pariter ut de sonis monitum est paulatim tantum ad illum numerum creverunt, adjectis utrinsecus compositis, de quibus vide Euclidem (p. 19. 20), Aristidem (p. 23 sequ.), Athenaeum (14, p. 624) cum nota Casauboni (p. 898), imprimis autem Alypium, et doctissimas Boeckhii commentationes (in Creuzeri stud. T. III, p. 74 sequ. et de metris Pind. p. 235 sequ.), qui etiam de singulorum troporum vi et indole copiosissime disseruit. Suam enim cuique virtutem peculiarem fuisse jam apud Platonem legimus (de republ. 3, p. 398. 399), ubi multos alios auctores veteres laudat Stallbaumius (T. I, p. 205. 206); adde Lucianum (in Harmon. c. 1): *τῆς Φρυγίου τὸ ἐνθεον, τῆς Δωρικοῦ τὸ σεμνόν, τῆς Ἀυδίου τὸ βακχικόν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν*, et Appulejum (in flor. p. 16. 17 Oud.): «Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculae melleus modulator, et idem omnibus modis peritus modifier; seu tu velles *Aeolium simplex*, seu *Iasium varium*, seu *Lydium querulum*, seu *Phrygium religiosum*, seu *Dorium bellicosum*»

id est Lydius] Conjicit Meursius noster: *I Lydius* pro *primus Lydius*; putat enim ex abbreviatione natum errorem, quod si verum, infra pro *item Aeolius* libens legerim: *III Aeolius*, hoc est *tertius Aeolius*. GROT. — Nonne hoc abuti est patientia nostra? Nescio qua acerbitate Grotius miserum illud *id est* persequitur!

ὑπερλύδιος] Verte ordinem: *ὑπολύδιος* et *ὑπερλύδιος*, ut apud Alypium et in sequentibus. ΜΕΙΒΟΧ. — Ceterum *ὑπερλύδιος* ab aliis *ὄντο*.

υπολυδιτί appellatur, ut a Platone (de republ. 3, p. 398 f). Confer Boeckhium (de metr. Pind. p. 225).

secundus Iastius] Hoc plane falsum. Auctorum nullus, vel Graecorum vel Latinorum, primum tonum dixit Lydium et secundum Iastium. Itaque ordini suo sic restituendus, ut primus sit Lydius, secundus Aeolius, tertius Phrygius, quartus Iastius, quintus Dorius. Boëthii vitiosum diagramma secuti a gravioribus ordinem arcessunt. ΜΕΙΒΟΧ.

ὑπερδωρίω] Ita Aristoxenus; plerisque appellabatur *μξολύδιος*; confer Boeckhium (de metr. Pind. p. 216).

verum inter] Quenam haec sit doctrina satis est obscurum. Si legeretur: «ut inter Dorium et Hypodorium», et «inter Phrygium et Hypophrygium», et sic de ceteris, omnia statim paterent. Succurrit tandem, illud velle Martianum, alternos modos Hypodorium et Hypophrygium eo inter se convenire, quod binas diatessaron consonantias deinceps positas in diapason communes habeant, quae etiam iisdem notis signantur. Quippe Hypodorii diatessaron ab hypate hypaton ad hypaten meson idem est quod diatessaron Hypophrygii ab ejus proslambanomeno et hypaton diatono comprehensum. Sic diatessaron Hypodorii ab hypate meson et mese comprehensum idem est iisdemque notis signatur, quibus diatessaron Hypophrygii, hypaton ac meson diatonis ejusdem toni contentum. Similiter Hypoiastium et Hypolydium diatessaron et diapente consonantias non quidem deinceps positas, sed tamen intra diapason communes habere, ex notis est manifestum. Haec ex-

concordia, qua sibi inuicem germani sunt, ut inter *ὑποδώριον* et *ὑποφρύγιον*, et item inter *ὑποιαύτιον* et *ὑποαιόλιον*, item conveniens aptaque responsio inter *ὑποφρύγιον* et *ὑπολύδιον*, qui tantum duplices copulantur. Mediae vero grauiorum troporum his qui acutiores sunt *προσλαμβανόμεναι* fiunt. Verum tropi singuli quoque tetrachorda faciunt quina. Tetrachordum autem est affectio quaedam sonorum quatuor per ordinem compositorum, quorum extremi sibi debeant convenire. Sed haec posterius. Nunc ad inchoamentorum ratum ordinem redeamus. Praedicta enim ideo primo dicta sunt, ut altius tenerentur.

plicatio verissima est adeo, ut v. 18 pro *Hypophrygium* et *Hypoaecolium* legendam censeam vel *Hypophrygium* et *Hypolydium*, vel *Hypoiastium* et *Hypoaecolium*. Atque haec troporum concordia ex ipsis notis diagrammatis XV modorum facile colligitur. Sed nova hic difficultas oritur ex illis verbis: «qui tantum duplices copulantur», quae, si versu anteriori legeretur *Hypoaecolium* et *Hyperlydium*, sic optime explicarentur; nempe Hypoaecolium et Aecolium, item Hypolydium et Lydium, duplices tantum copulari secundum Aristoxenum, qui XIII duntaxat modos facit, non autem triplices, ut reliqui; quod, ut dixi, Hyperaecolius et Hyperlydius ex Aristoxeni sententia non numerentur, sed juniorum quorundam, de quibus Aristides p. 23, v. 18. Haec tamen explicatio non adeo placet; nec praecedentibus convenire videtur: ut simpliciter dicendum putem, superiorem illam modorum concordiam inter binos tantum considerari, quum etiam inter ternos possit et quaternos ac plures. Exempli gratia concordia quaedam amica est inter Hypodorium, Hypophrygium, Dorium, Phrygium: quia hi quatuor toni unam diatessaron consonantiam, ω Ω signatam, communem habeant. ΜΕΙΒΟΜ. — Adde Boeckhium (de metr. Pind. p. 255. 255), qui recte monet errare si qui de harmonia innotuisse veteribus

quidquam negent; etsi obscuram esse hanc doctrinam hic ipse noster locus ostendat. Ceterum reposui *ὑποαιόλιον* ex codice Monacensi pro *ὑπολύδιον*, ut mox *ὑπολύδιον* pro *ὑποαιόλιον*.

qui tantum] Pater «qui tanquam duplices» legendum conjicit. GROTI.

mediae vero] Haec binas explicationes admittere possunt, prout vocabulum *mediae* vel de integri systematis *bis diapason* media chorda accipitur, vel de unius *diapason* systematis media, quae est *hypate meson*. Priori tamen modo usitatus. Sic Hypodorii media est proslambanomeuos Hyperphrygii; et in binis superioribus eodem modo. Ceterum v. 21 omnes codices legunt *προσλαμβανόμεναι*, non quidem male, usitatus tamen esset *προσλαμβανόμενοι*. Nec huic scripturae adversatur vocabulum *mediae*, quod praecedit. Quippe inter chordas ab omnibus *μέθη* numeratur feminino genere et *προσλαμβανόμενος* masculino. Solus Bryennius musicorum scriptorum ultimus frequenter feminino genere scribit *προσλαμβανόμενῃ*. ΜΕΙΒΟΜ.

posterius] Vide infra (§. 955).

primo dicta] Alii teste in margine Grotio *prima*, alii *primum*; sed hoc in usu ne veteres quidem sibi constituerunt.

DE TRIBUS GENERIBUS MUSICAE.

956

Primo quippe quum Lasus exorsus harmoniacam vim mortalibus divulgaret, tria tantum mei genera putabantur: *ειδικόν, ἀπεργαβτικόν, ἐξαγγελτικόν*, quod etiam *ἐρμηνευτικόν* dicitur. Et *ειδικόν* est, quod ex perseverantibus et similibus consonabat, id est sono, numeris, atque verbis; sed quae ex his ad melos pertinent, harmonica dicuntur; quae ad numeros, rhythmica; quae ad verba, metrica. *Ἀπεργαβτικόν* est quidam materiae tractus efficiens exercitium

primo quippe] MS. «Primo quippe Lasius ex urse ermon ea vir mortalibus.» Ex quibus conjicio: «Primo quippe quum Lasus exorsus harmoniae vim mortalibus divulgaret.» Illustrissimus Scaliger legit: «Lasus ex urbe Ermionea.» Suidas: *Λάβος Χαρβίνου Ἐρμιονεύς πόλεως τῆς Ἀχαιίας, γεγυώς κατὰ τὴν νῆ Ὀλυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑδράβπου· τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτα βοφοῖς ἀντὶ Περιάνδρου· πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς ἔγραψε λόγον, καὶ διδύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἐριβτικὸν εἰσηγήσατο λόγους.* Meminit ejusdem Lasi Aristoxenus. In vita Arati invenio: *ὁμῶννομος ἄλλος Λάβω τῷ ἄρμονει.* In Clem. Strom. 1: *διδύραμβον ἐπενόηθεν Λάβος (ἢ Λάβος) ἐρμιονεύς.* GROT. — Vulgo enim Hippasius, sed vera lectio Lasus est, ut et Meibomius (ad Aristoxenum p. 78) apud nostrum legit, et Darmstattensis codex habet, litera S tantum duplicata, quae nulla discrepantia est. De Laso adde Athenaeum (14, p. 624 Cas.), et quos praeterea excitant Duckerus (de Simonide Ceo p. 32) Bode (de Orph. poeta p. 95) et Boeckhius (de metr. Pind. p. 2). Sed quod in vulgatis erat *harmoniacam vim* mutare nolui, etsi codex Monacensis (C) *harmoniae eam* praebuit.

mei genera] Sic Meibomianus codex uterque

et meus Darmstattensis; vulgo inepte *ei*. Musica enim loquitur.

ειδικόν] MS. *ιδικον, ὑπερργαβτικόν, ἐξαγγελτικόν*: sed pro *ὑπερργαβτικόν* superscriptum est *πρακτικόν*: pro *ἐξαντελικόν* vero lubens legerem *ἐξαγγελτικόν*, quod idem valet cum *ἐρμηνευτικῷ*. GROT. — Codex B *ιδικον, πρακτικον, ἐξαγγελτικον*: alter *ὕδικον, ἀπαργαβτικον, ἐξαγγελτικον*. Optima lectio illa codicis B. Per *ιδικόν* autem seu *ειδικόν* intelligo musices partem contemplativam, nisi pro eo *θεωρητικόν* legendum statuamus. Nam et haec ab Aristide desumpta esse arguunt binae reliquae partes et in primis p. 182 v. 3 tres τοῦ ἐξαγγελτικοῦ partes ex Aristidis p. 8 v. 17. MEMOR. — Vulgo enim edebatur *ειδικόν, ἐργαβτικόν, ὑπερργαβτικόν*, quod neque rei ipsi neque sequentibus respondebat; quapropter Meibomii codicem alteram secutus sum, orthographia tantum, ut par erat, correcta.

id est sono] De tribus his partibus vide quae superius (ad §. 950) annotavimus.

ἀπεργαβτικόν est] Hic quoque secutus sum codicem Meibomianum alterum (A), nisi quod is perperam scriptum *ἀπαργαβτικόν* exhibet; vulgo male *ὑπερργαβτικόν*.

materiae tractus] Pro *tractatus*. Musica in tractatione materiae musicae, quae sunt sonus, rhyth-

ejus; cujus itidem tres partes, id est *μελοποιία, λέξις, πλοκή*. Ἐξαγγελτικὸν autem ad expositionem pertinere videtur, et habet partes tres, *ὀργανικὸν, ᾠδικὸν, ὑποκριτικὸν*, quae inferius rerum ordo disponet. Nunc de prima voce velut de sonitus totius parente dicemus.

DE VOCE.

Omnis vox in duo genera dividitur: continuum atque divisum. Con- 957

mus et verba, versatur, ut in cantu decore ac suaviter componendo exercitati evadamus. ΜΕΜΟΧ. — Pariter supra (§. 481) *tractus* perperam scriptum erat pro *tractatus*; sed nostro loco codicum auctoritatem desidero.

tres partes] Quin haec corrupta sint nullum dubium. Legendum censeo *μελοποιία, ῥυθμοποιία, ποιήσις*. Melopoeiae autem partes sunt tres: *λήψις* (pro quo hic inepte *λέξις*), *μίξις καὶ χρῆσις*. Quarum partium subdivisiones rursus adferendo perveniremus tandem ad *πλοκήν*. Quod enim melopoeiam tres illas partes habere censuerit, hoc clarissime patet ex p. 197 v. 25 (p. 335 Gr.). Vide Aristidem p. 6 v. 15, p. 29 v. 1. ΜΕΙΒΟΧ. — Codices nihil variant.

ἔξαγγελτικὸν] Editus perperam *ἐκδηρικὸν*. Optime tres illae partes in omnibus codicibus leguntur. Vide Aristidem (p. 8, v. 17). ΜΕΙΒΟΧ. — Solus Grotius corruptum illud habet; ante eum editi *ἔξαντελικὸν* pro *ἔξαγγελτικὸν*, majusculae enim T et Γ facile confunduntur. Sed omnino conferendus ille Aristidis locus: *τοῦ δὲ τεχνικοῦ μέρη τρία, ἁρμονικὸν, ῥυθμικὸν, μετρικὸν· τὸ δὲ πρακτικὸν εἰς τε τὸ χρηστικὸν τῶν προειρημένων τέμνεται, καὶ τούτων ἔξαγγελτικὸν· καὶ τοῦ μὲν χρηστικοῦ μέρη μελοποιία, ῥυθμοποιία, ποιήσις, τοῦ δὲ ἔξαγγελτικοῦ ὀργανικὸν, ᾠδικὸν, ὑποκριτικὸν.*

inferius] MS. *interius*. Utraque sane lectio ferri potest. GROT.

omnis vox] Melius profecto illustrari haec nequeunt, quam iis quae Vitruvius (5, 4; p. 154 Bip.) ex Aristoxeni doctrina admodum dilucide sic exposuit: «Vox mutationibus quum flectitur, alias fit acuta, alias gravis; duobusque modis movetur, e quibus unus habet effectus *continuos*, alter *distantes*. Continua vox neque in finitionibus consistit neque in loco ullo, efficitque terminationes non apparentes, intervalla autem media patentia, uti sermone quum dicimus, sol, lux, flos, nox. Nunc enim nec unde incipit nec ubi desinit intelligitur, sed neque ex acuta facta est gravis, neque ex gravi acuta apparet auribus. Per *distantiam* autem e contrario. Namque quum flectitur in mutatione vox, statuit se in alicujus sonitus finitionem, deinde in alterius, et id ultro citroque crebro faciendo inconstans apparet sensibus; uti in *cantionilus* quum *flectentes voces* varietatem facimus modulationis. Itaque *intervallis* ea quum versatur, et unde initium fecit et ubi desiit, apparet in sonorum patentibus finitionibus. Mediana autem carentia intervallis obscurantur.» Sed confer ipsum Aristoxenum (elem. harmon. 1, p. 10 sequ.) et Aristidem Quinctilianum (p. 7).

continuum] Salmasius (ad Solinum p. 249) in suo Martiani codice bis scribi *continuum* testatur.

tinuum est velut jure colloquium, divisum, quod in modulatione servamus. Est et medium, quod inter utrumque permixtum ac neque alterius continuum modum servat nec alterius frequenti divisione praeciditur, ut pronunciandi modo carmina cuncta recitantur. Horum illa, quam in divisas partes certasque deducimus, diastematica nominatur, et ei parti quae harmonica vocatur aptanda est.

DE SEPTEM PARTIBUS HARMONIAE.

938 Quae quidem harmonica habet partes disputationis septem, primam de sonis, secundam de spatiis, tertiam de systematis, quartam de genere, quintam de tonis, sextam de commutationibus, septimam de modulatione, quam melopoeiam vocamus. Ac prius de sonis, ubi artis est elementum.

Sed mera orthographiae haec discrepantia est (v. §. 897 not.).

inter utrumque] Rectius hoc e Darmstattensi codice reposui pro *in utroque*, quod in editis erat.

ut pronunciandi] Sic perperam omnes. Pro *ut lege quo*. Aristides p. 7 v. 25: ἡ τὰς τῶν ποιημάτων ἀναγνώσεις ποιούμεθα. Μειβομ. — Mutandi causam non video; nam *ut* pariter atque Graecum ἡ est *quomodo*. Quod autem ait *pronunciandi modo* carmina recitari, histriones potissimum spectat. Est enim *pronunciatio*, ut auctoris ad Herennium (1, 2) verbis utar, «vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate.» Adde Quintilianum (2, 10, 13): «quod faciunt actores comici, qui non ita prorsus, ut nos vulgo loquimur, *pronunciant*, quod esset sine arte, nec procul tamen a natura recedunt, quo vitio periret imitatio.»

harmonica] Sic optime uterque scriptus. Insulse editus *Harmonia*. Μειβομ. — A Grotio hoc factum; anteriores recte *harmonica* exhibuerant. Idem tamen vel usus vel error est apud Vitruvium (5, 4), ubi: «*Harmonia*», inquit, «est musica literatura obscura

et difficilis», quamquam ibi quoque *harmonicam* restitui Meibomius jubet.

septem] De septem hisce partibus in sequentibus (§. 939. 948. 954. 955. 960. 964. 965) agit. Presso pede in hac distributione sequitur Aristidem Quintilianum (1, p. 9 Meibom.).

tertiam de systematis] Sic recte scripti. Male editus in textu *diastematis*, in marginem rejecta vera lectione, quae est *systematis*. Μειβομ. — Facile obtemperavi, nam de *diastematis*, quae *spatia* hic appellat, in secunda parte agit (§. 948).

quam melopoeiam] Si vel nullo alio loco inscitiae vel negligentiae convinci Martianus posset, ex hoc certe non video quomodo non possit. Verba clariora sunt, quam ut interpolata ea censeamus. Latino *modulatio* respondet Graecum *μελωδία*, non autem *μελοποιία*. Μειβομ. — Accuratius infra (§. 965) «modulationis effectae habitum» appellat; verumtamen non video, cur negligentiae arguatur Martianus, qui Latini sermonis usum certe melius Meibomio callere debebat!

DE SONIS.

Sonus quippe tanti apud nos loci est, quanti in geometricis signum, 939
in arithmetiis singulum. Phthongos sonos dicimus. Verum phthongus dicitur
vocis modulatae particula una intentione producta. Est autem intentio, quam
dicimus *tasim*, in qua vox persistit ac perseverat. Sonus phthongus vel
speciatim vel generatim appellatur; sed generale vocabulum habent et specialia,
quae *ιδιότητα* Graja voce perhibentur. Ut si quemadmodum nobis scribendum

phthongos] Negligenter Grotius quater in hac
paragrapho *phthongos* edidit, quod corrigendum erat.
Ceterum confer Censorinum (de die nat. 10, 8):
singulae tamen voces simplices et utcumque missae
φθόγγοι vocantur; discrimen vero, quo alter
φθόγγος acutior est, alter gravior, vocatur *διά-*
στημα.

particula] Addit Aristides (p. 9) *minima* (*ἐλά-*
χίστος). Aristoxenus (elem. harmon. 1, p. 15):
φωνῆς πτώδεις ἐπὶ μίαν τάβιν ὁ φθόγγος.
τότε γὰρ φαίνεται φθόγγος εἶναι τοιοῦτος,
οἷος εἰς μέλος τάττεσθαι ἡρμοσμένον, ὅταν
ἢ φωνὴ φανῆ ἔσταναι ἐπὶ μᾶς τάβεως. Plura
dabit Fabricius (ad Sextum Empir. p. 365), qui
etiam nostrum locum laudat.

persistit] Alii teste Grotio in margine *qua vox*
persistit, omisa *in*, alii *consistit*, sicut etiam Fa-
bricius, sed neutro egemus.

vel speciatim] Haec quum obscura sint et cor-
rupta breviter explicabimus. Phthongos sonos vel
speciatim (*τῇ δυνάμει potestate*, quomodo octo-
decim in singulis sunt generibus) vel *generaliter*
(*τῇ τάβει, intentione*, quomodo infiniti soni exis-
tunt) appellamus. Sed generale vocabulum (*sonus*,
quod infinitis aequae competit, ut et ipse Martianus
docet) speciales (illi octodecim in quoque genere
solum) habent (adeo ut ex reliquis innumerabilibus

nulli id tribui soleat), qui (*soni*) *δυνάμεις* Graja
voce perhibentur. Sic legendum censeo, sic explican-
dum; vocabulum *ιδιότης* hic prorsus est ineptum.
Videri tamen possit ex Aristidis conformatum ver-
bis, qui p. 9 v. 3: *ἢ δὲ, inquit, τῆς μελωδικῆς*
φθόγγος ἰδίως καλεῖται. MEMOR. — Nimis acute
Meibomius, praesertim quod *ιδιότητα* in *δυνάμεις*
mutari vult, quum nihil aliud dicere videatur Mar-
tianus, nisi specialia eodem cum generali nomine
indicari; *sonos* igitur et universos pariter et sin-
gulos dici. Quamquam libenter *ιδιότητες* cum
Grotio scripsissem pro *ιδιότητα*, facili confusione,
si codices addicerent; nunc nulla varietas enotatur,
nisi quod in margine Grotiana aequae ac codice
Monacensi (C) corrupte legitur *idiotetra*.

ut si] *Is punctus* deest in MS. et aliis; *is*
punctus valet, quomodo sequitur scribendum. GROT.
— «Ut si quemadmodum» ita uterque scriptus;
editus perperam «ut si is punctus.» Corruptus hic
locus est et difficillimus, quem explicabo: «ut si
(audito vel lecto vocabulo) quemadmodum nobis
scribendum sit (quas literarum potestates, *τῶν*
στοιχείων δυνάμεις, quos ductus adhibere de-
beamus in illo exarando) cogitemus.» Plane enim vo-
cabulum *δυνάμεις*, quod praecesserat, explicare
voluit, ut etiam ex his adjunctis est evidens: *ita*
haec virtus phthongi docet (exempli gratia mese,

sit cogitemus; ita haec virtus phthongi docet, quid vel acuminis exseramus
 940 vel lenius remittamus. Verum ex istis alia faciunt, alia patiuntur. Faciunt
 intentio vel remissio; patiuntur acumen et gravitas. Productio autem est,
 hoc est *ἐπίταβις*, vocis commotio a loco graviore in acutum locum; *ἀνεβις*
 vero contra, nam ab acuminis culmine in grave quoddam seriumque descendit.
 Fit autem soni gravitas, quum ex intimo quidam spiritus trahitur; acumen
 vero ex superficie oris emittitur. Sunt igitur innumerabiles soni, sed spe-
 941 cialiter per singulos tropos duodeviginti tantum poterunt convenire, quorum
 nomina superius memoravi. Quorum prior est acquisitus, qui ideo tali nomine

nete diezeugmenon, proslambanomenos) *quid acuminis exserere debeamus, vel quid lenius remittere.*
 MEIBOM. (not. p. 352). — Verba *is punctus*, quae apud Grotium post *ut si leguntur*, in anterioribus editionibus omissa sunt, quare et ipse rectius, arbitror, expunxi.

acuminis] Forte *acutius* vel *acuminatius*, ni pro *lenius* legas *leniminiis*. GROT. — Non necesse.

ex istis] Sic codices Meibomianus, Reichenauensis, et Darmstattensis pro *his* in editis.

faciunt] Haec male cum praecedentibus cohaerent, ut locum hunc mutilum censeam. Neque etiam transpositione juvari potest. Porro quum hoc Aristides non habeat, quem tamen etiam hoc loco vertisse deprehenditur, sed Aristoxenus, illum p. 8 v. 28 mutilum censeo. Ita autem Aristoxenus p. 11 v. 25: «atque ex his», inquit, «quae diximus, planum est, et remissionem esse diversum quid a gravitate, ut faciens ab eo quod fit; intentionem quoque ab acumine eodem modo.» MEIBOM. — Verisimilius dixerim vel ipsum Aristoxenum, vel alium qui ex illo hausisset, a Martiano adhibitum esse, qui etsi omnia ex aliis congesserit, tamen in uno fonte neutiquam acquievit, cumque et superius et inferius haud raro cum Aristoxeno consentire videmus.

ἐπίταβις] Aristides (p. 8): *τάβις δὲ ἐστὶ μὴ καὶ στάβις τῆς φωνῆς, ταύτης δὲ εἶδη δύο, ἀνεβις τε καὶ ἐπίταβις. ἀνεβις μὲν οὖν ἐστὶν, ἥνιστα ἂν ἀπὸ ὀξύτερον τόπον ἐπὶ βαρύτερον ἢ φωνῆ χωρῆ, ἐπίταβις δὲ, ὅταν ἐκ βαρύτερον μεταβαλῆ πρὸς ὀξύτερον.* Sed haec quoque fere iisdem verbis apud Aristoxenum leguntur, ut dubium sit utrum noster potissimum secutus sit.

seriumque] *Τὸ κατ' ἤθος.* GROT. — Vide inferius (§. 947).

quidam] Lege: «quum ex intimo *quidem* spiritus trahitur, acumen vero et cet. GROT. — Non opus esse correctione censeo.

duodeviginti] In editis erat XXVIII, et quamvis Aristides (p. 9) et Nicomachus (1, p. 9 et 2, p. 35^o Meib.) scribant sonorum et chordarum numerum esse viginti octo; apud nostrum tamen omnino legendum *duodeviginti*, id quod et quae sequuntur et superior locus (§. 951) docent. Confusio autem inde nata est, quod in unoquoque trium generum sonorum numerus quidem est XVIII (Euclid. in introd. harm. p. 5 et 4 Meib.); quum vero miscentur ex illis generibus, XXVIII (id. p. 5). Sunt enim in iis plures communes et vagantes, de quibus vide inferius (ad §. 945).

nuncupatur, quoniam eorum quae tetrachorda nominantur nulli omnino consentit, sed extrinsecus velut acquisitus accedit propter consortium mediae, cui concinere consuevit; qui acquisitus uno tono a principali principalium separatur; quae principalis principalium, quia prima in tetrachordo collocatur, quasi cujusdam rectoris nomen accepit; subprincipalis denique dicitur, quae principali subjecta conjungitur. Principalium vero *ἐναρμόνιος* et *χρωματικός*, 942 quam nos vix forsitan recte colorabilem memoramus; et ideo hoc nomen accepit, quia inter principales colores album tetrumque quidquid interjacens invenitur colorabile Graja significatione perhibetur. Ergo enarmonius, chromaticus, itemque diatonus, quam extentam dicimus, indicia sunt generum modulandi. Multiplex quippe tetrachordorum ratio sic firmatur. Principalis autem mediarum, quia prima est medii tetrachordi, ideo id nomen accepit; cui subnexa subprincipalis mediarum esse dicitur; denique reliquae tres sui similibus obediunt. Dictum vero hoc tetrachordum mediarum, quia in

extrinsecus] Sic codices Meibomiani nostrique Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C); vulgo *extrinseco*. Ceterum confer Boeckhium (de metr. Pind. p. 206): «Accedente deinceps versus acutum tetrachordo *ὑπερβολαίων* totum systema factum disdiapason deficiente tono, cui supplendo versus grave *adjectus* tonus, ejus gravior sonus qui dicitur *προσλαμβανόμενος* totius systematis disdiapason gravissimus est.»

ἐναρμόνιος] Adde ex MS. «et rei veritate *διάτονος*.» GROS.— Quod Grotii MS. addit *διάτονος* nescio ubi ponere debeam. Longe melius a reliquis id abest, quia *etiam* sequitur. MEIBOM.

album tetrumque] Sextus Empiricus (adv. mus. 6, 44; p. 364 Fabr.): «ὡςπερ φαιάν τινα καὶ μέλαιναν καὶ λευκὴν φωνὴν ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν ὄραβιν αἰσθηθεῶν κεκλήκαμεν. Scilicet alteram acutis alteram gravibus sonis comparabant. Plura vide inferius (§. 956).

generum modulandi] Vitruvius (5, 4; p. 136 Bip.): «Genera vero modulationum sunt tria: primum quod Graeci nominant *ἁρμονίαν*, secundum *χρῶμα*, tertium *διάτονον*. Est autem harmoniae modulatio ab arte concepta et ea re cantio ejus maxime gravem et egregiam habet auctoritatem; chroma subtili sollertia et crebritate modulorum suaviorem habet delectationem; diatoni vero, quod naturalis est, facilior est intervallorum distantia.» Macrobius (in somn. Scip. 2, 4): «Quum sint melodiae musicae tria genera, enarmonium, diatonum, et chromaticum, primum quidem propter nimiam suam difficultatem ab usu recessit, tertium vero est infame mollitiae; unde medium, id est diatonum, mundanae musicae doctrina Platonis adscribitur.» Plura dabit Boeckhius (in Creuzeri stud. T. III, p. 64). Vide et nos inferius (§. 955).

obediunt] E Darmstattensi codice pro *obedient* in editis.

943 medio locatum est inter principalium tetrachordum et tetrachordum conjunc-
tarum. Post supradictas autem quae sequitur media nominatur: quae ideo
media dicitur, quia tam gravis modi finis est, quam in tropis omnibus futuri
acuminis caput, atque ipsius quodammodo vinculo tam gravis modulatio quam
acuta connectitur, ut in Lydio modo, ubi rectum iota mesen notat. Verum
post mediam extendentem hemitonium conjunctarum erit tertia, quae in
eodem modo, id est Lydio, labda supinum pro nota habebit. Post hanc illae
quae a nobis superius expressae sunt tres sequentur, *ἐναρμόνιος*, *χρωματικός*,
et *διάπνοος*, quae et parancte dicitur, quam Latine penultimam perhibemus;
post quam ultima sociatur, quae ideo dicta est conjunctarum ultima, quia
in hoc tetrachordo finem tenet. Omne autem tetrachordum conjunctarum ideo

inter principalium tetrachordum] Restitui ex anterioribus editionibus; Grotius enim his *tetrachordum* ediderat. Alii teste eodem in margine vocem prorsus omiserant, quod tamen non probarim.

tam gravis modi] Modum vocat quem et supra *τρόπον*, more tamen Gracis non admodum usitato. Per gravem modum intelligo Hypodorium cum patre, quem et Censorinus alicubi gravissimum appellat. GROTIUS. — Vocabulum *modus* hic pro *modulatio* usurpari certum est ex verbis sequentibus, ubi idem dicitur *gravis modulatio*. Nec sequentia permittunt, ut per gravem modum intelligatur Hypodorius. Errat itaque hic cum patre suo Grotius. Ceterum mese ultima est respectu proslambanomeni, ut nete respectu mesen. Est itaque post mesen hic ordo: ultima, penultima, tertia ab ultima, suprema, quae mese. Vide notas ad Aristidem p. 212. MEIBOM. — Speciatim Aristoteles (probl. 19, 45): «Quum extrema concentus nete et hypate sint, hisque interjacent reliqui soni, quorum medius nominatus solus principium alterius tetrachordi est, jure medii nomen habuerat: principium enim idem esse

potuit quod medium est eorum, quae inter aliqua clauduntur extrema.»

iota mesen] Confer Aristidem Quintilianum (1, p. 28 Meibom.), Alypium (p. 3. 23. 44), et Boëthium; quamquam Aristides *jacentem* potius literam significare videatur, neque Alypii verba satis clara sint: *Ἰῶτα καὶ λάμβδα πλάγιον*.

Lydio labda] MS. *labda supinum*, quae lectio si non omnino arridet, lege eodem sensu sequens vulgatae lectionis vestigia: «L sive A inversum.» GROTIUS. — Non video cur non arrideat, quum *supinum* id ipsum significet quod Alypii *πλάγιον* (vid. not. ant.), nimirum ita collocatum: <. Quapropter sine haesitatione recepi, quum vulgata lectio *literam* manifesto corrupta esset.

conjunctarum ultima] Nicomachus (p. 23 Meib.): «Tetrachorda in universum existunt quinque — in quibus duae sunt disjunctiones, conjunctiones vero tres. Et quidem conjunctionum illa, quae inter hypaton et meson, et ista, quae eorundem meson est et synemmenon, et ultima, quae diezeugmenon et hyperbolacon.»

dictum, quia mediae ipsi, quae perfectam symphoniam prima complevit, adjungitur, ac producente media sequentem tonum ille qui sequitur sonus *παράμεδος* nominatur, quod hunc satis proximum sonus adjunctae modulationis offendat. Dehinc divisarum tertia, quae plenum systema diapason finit; unde **944** divisarum tertia perhibetur; post hanc soni ceteri consequuntur. Sonus vero divisarum ideo hoc nomen accepit, quia uno et dimidio tono a mediae fine divellitur. Post hoc tetrachordum excellentium collocatur, quod ideo excellens nomen accepit, quia in singulis tropis in omne acumen erigitur, in singulis modulationibus fastigiatur. Horum igitur sonorum, id est *phthongón*, sunt **945** alii quos consistere et perseverare necesse est, alii vero sunt vagi; denique alii *βαρόπυκνοι* nominantur, alii *μεσόπυκνοι*, alii *ὀξύπυκνοι* perhibentur. Spissum

mediae ipsi] Codex Monacensis (C) *mediae et ipsi*; sed mutandi causa nulla.

prima complevit] MS. «cum prima complevit» vere et probe. GROTIUS. — Ego τὸ cum melius a reliquis abesse censeo. ΜΕΙΒΟΜ.

adjungitur] Alii teste Grotio in margine *producitur*, inepte.

proximum sonus] Sic probe uterque scriptus. Editus *sonum*. ΜΕΙΒΟΜ.

unde divisarum] Sic codex A, quia etiam praecedit *divisarum tertia*. Perperam editus *conjunctarum*. ΜΕΙΒΟΜ. — A solo nempe Grotio editus. Namque ante eum editi recte habebant *divisarum*. Alii, teste eodem in margine, *cunctarum*, errore fortasse ex antecedentibus verbis *διὰ παθῶν* nato. Quamquam ipse Martianus ibi in errore versatur, quum non *tertia* sed *ultima* divisarum plenum systema finiat. Vide et Meibomium inferius (ad §. 962).

ideo hoc nomen] Satis inepte. ΜΕΙΒΟΜ. — Ineptias non video. Διάξενξις enim, ut Euclidis (intr. harm. p. 17) verbis utar, est *ὄνο τετραχόρδων ἐξῆς μελωδομένων ὁμοίων κατὰ σχῆμα τόνος ἀνά μέτρον*. Quod autem uno et dimidio

tono divelli ait noster, de heptachordo loquitur, ubi demta *τρίτη* majus intervallum factum erat. Confer Boeckhium (de metr. Pind. p. 205) et Aristotelem (problem. 19, 47).

a mediae] Sic recte uterque scriptus. Editus perperam *medii*. ΜΕΙΒΟΜ. — Morem gessi Meibomio, licet etiam vulgata ita defendi possit, ut *tetrachordi medii* sive *mediarum finem* intelligamus, qui in ipsa *media* scil. chorda cernitur.

alii quos consistere] Vitruvius (5, 4): «Sonitus, qui Graece *φθόγγοι* dicuntur, in unoquoque genere sunt decem et octo; e quibus octo sunt in tribus generibus *perpetui et stantes*, reliqui decem, quum communiter modulantur, sunt *vagantes*.» Plura dabit Euclides (intr. harm. p. 9) et Theo Smyrnaeus (de musica 36, p. 142).

vagi] Hi ab Euclide et Gaudenzio (p. 18) appellantur *κινούμενοι*, a Bacchio (p. 9 Meib.) *φερόμενοι*.

alii ὀξύπυκνοι] Omissum in editis supplervi e codice Grotiano.

spissum] Hoc est *πυκνόν*, de quo videndus Boeckhii (de metr. Pind. p. 208) et noster infra (§. 950).

vero dicitur trium sonorum compositiva quaedam qualitas; βαρύπυκνοι autem sunt, qui velut regiones primas spissi retentant; μεβόπυκνοι vero, qui media possident; ὀξύπυκνοι, qui ultima tenent; ἄπυκνοι, qui in positione sonorum
946 trium, qui sunt spissi, nullo genere aut lege junguntur. Stantes autem perseverantesque dicuntur vel ἄπυκνοι vel βαρύπυκνοι, qui veluti quandam speciem et formam sibi principalium vindicabunt; ideo autem a quibusdam statarii nominantur, quia diversas extentiones recipere non possunt. Alii autem vagi et errantes habentur, quia interdum largiora, interdum minora spatia receperunt; sed hi alii παρυπατοειδείς, alii λιχανοειδείς vocantur. Verum primi ideo sic dicuntur, quod statim prioribus subnectuntur; λιχανοειδείς dicuntur a digito, qui minister artis et cantus singulos movet; est autem primus a
947 pollice. Hi vero alii sibi invicem congruunt, alii discrepant et resultant. Sed illi ὁμόφωνοι, quia sibi invicem conjunguntur; διάφωνοι autem, id est dissentientes sunt, qui quum percussi fuerint invicem discrepant; ὁμόφωνοι, qui vocis quidem aliam significationem gerunt, eundem tamen impetum servant. Sunt autem et aliae sonorum diversitates; et prima quidem per intentionem, ut aut acumine aut gravitate dissentiat; secunda per spatiorum

in positione] Sic codex Grotianus et Meibomianus alter (B); vulgo *impositionem*.

largiora] Grotiana margo *longiora*; non necesse.

λιχανοειδείς] Λιχανός nomen erat chordae, quam supra (§. 931) διάτονον appellavit, quia digito indice pulsabatur. Confer Nicomachum (p. 21. 22), qui λιχανὸν scribit καλούμενον ἀπὸ τοῦ τὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς δάκτυλον τὸν παρὰ τὸν ἀντίχειρα αὐτῶ ἀεὶ ἐπιτίθεσθαι.

verum primi] Id est παρυπατοειδείς: prioribus, id est ὑπάταις. ΜΕΙΒΟΜ.

et cantus] Alii teste Grotio in margine *cantor*, male.

hi vero] Codices quidem Grotianus et Meibomianus B *horum vero* praebent, sed vulgatam

eo magis servavi, quod hi Graecismus est, quo clarius haec omnia e Graeco sumpsisse Martianum pateat.

sed illi ὁμόφωνοι] Lege ὁμόφωνοι, de homophonis postea sermo. Grot. — Confer omnino Boeckhium (in Daub. et Creuz. stud. III, p. 51).

per intentionem] Hoc quoque secundum Aristoxenum; vide Boëthium (de musica p. 1472): «Quoniam vero sonum omnes consentiant esse aëris percussionem, *gravitatis* atque *acuminis* differentiam diversa ratione ponebant, Aristoxenum secuti et Pythagoricos; Aristoxenus quippe sonorum differentias secundum gravitatem et acumen arbitrabatur in *qualitate* consistere, Pythagorici vero in *quantitate* ponebant. Intentio autem *qualitatis* est.

perceptionem, quum uni aut pluribus conjungitur spatiis; tertia per conjunctionem systematis, quod aut unum aut plura recipit; et quod secundum morem dicitur, κατ' ἤθους: alium quippe morem acuta significant, alium graviora. Nunc jam de diastematis disserendum.

QUID SIT DIASTEMA.

Diastema est vocis spatium, quo acuta et gravior includitur. Sed in 948 diastematis breviora illa, quae sunt in diesi enarmonia; majora vero sunt, quae per singulos tropos bis ex omnibus faciunt, quo nihil majus in tropis possumus invenire. Atque in spatiis alia sunt composita, alia disjuncta atque 949 asyntheta. Et composita sunt, quae per ordinem currunt; incomposita autem, quae ex diversis sibi invicem copulantur. Item alia logica, alia aloga memorantur. Ac rationabilia illa sunt, quorum consensus possumus praestare rationem; irrationabilia, quibus non subest ratio. Item alia cohibentia, alia

Confer omnino Aristoxenum ipsum (elem. harmon. 1, p. 16).

conjunctionem] Legendum *communione*. ΜΕΤΕΒΟΝ. (p. 354 v. 6).

secundum morem] Boeckhius (de metr. Pind. p. 251): »Praeterea duo afferuntur melopoeiae discrimina, alterum *moris* (ἠθους), alterum *systematis*. More differunt *diastaltica*, *systaltica*, et *hesychastica*.

diastema] Secunda hic pars harmonicae incipit. Aristoxeno (1, p. 15 Meib.) est »quod duobus sonis non eandem tensionem (τάβιν) habentibus finitur.« Addit autem: »Sed tensionum differentia est magis aut minus esse tensum.« Euclidi (p. 1 Meib.) »diastema est quod continetur duobus sonis acumine et gravitate differentibus.« Atque hoc est, quod noster *spatium* appellat, alii *tonum*. Gaudentii (p. 4) de eo verba haec sunt: »Diastema est quod duobus sonis continetur. At planum est quod sonos tensione inter se differre oporteat. Differentia igitur

acutioris ad graviorem sonum, et gravioris ad acutioris dicatur diastema: illud autem tonus est. Et tonus quidem tum diastematis magnitudo est; tum systematum differentia. Si diastematis magnitudo, in hemitonia secatur et in diesi. Congruunt haec cum iis, quae Censorinus (d. d. nat. 10, 3 sequ.) docet.

in diastematis] MS. *diastematis*: eleganter pro *diastematibus*, ut lib. 2 supra *aromatis* pro *aromatibus*. GROTIUS. — Vulgo enim *diastemate*, sed Grotii lectionem amplexi sumus, quia sensus hic est: »inter diastemata brevissimum esse *diesin enarmoniam*, quae est quarta pars toni (§. 950), maximum *disdiapason*, quod Latine vertit *bis ex omnibus* (§. 950). Nam comparativis pro superlativis uti Martiano usitatissimum est (§. 6). Ceterum in codice Reichenauensi additur *alia*, quo tamen melius caremus.

rationem] Alii teste Grotio in margine *proportionem*, quod glossema esse videtur. De rationabilibus vide Arithmetica (§. 776).

discrepantia; tuncque alia enarmonia, alia chromatica, alia diatonica; item alia artia, alia perissa; sed prima aequalia, secunda excurrentia memorabo. Verum aequalia sunt, quae in aequas partes poterunt separari, ut tonus in
 950 duo hemitonia; perissa autem, quae in tria hemitonia discernuntur. Deinde alia diastemata spissa, alia rariora. Spissa sunt, quae per diesis colliguntur; rariora, quae tonis; et in his alia sibi congruunt, alia discrepant. Sed discrepantium nimia multitudo. Convenientia vero per singulos tropos sex sunt, id est diatessaron, quod de quatuor dicimus, diapente, quod de quinque, dehinc diapason, quod ex omnibus concinit; illud etiam, quod ex omnibus et ex quatuor constat, vel ex omnibus et quinque, vel bis ex omnibus, quod
 951 bis diapason dicitur. Sed illud quod diatessaron, hoc est ex quatuor dicitur, recipit sonos quatuor, spatia tres, tonos duo et semis, hemitonia quinque, diesis vero decem, et est in epitriti ratione, ut sunt quatuor ad tres. Diapente, quod ex quinque est, sonos recipit quinque, spatia quatuor, tonos tres et semis, hemitonia septem, diesis bis septem, et est in hemiolia ratione, quod sunt tres ad duo. Diapason autem sonos habet octo, spatia septem, tonos sex; hemitonia duplicat, diesis quadruplicat, atque in diplasia ratione versatur,

alia cohibentia] Alii *conibentia*, sed legendum *convenientia*; infra *convenientia vero*. Nisi vox lateat antiquior. Gloss. Isidori: «Conivoli, concordēs. Cohibuli, concordēs, conjuncti. Cohibentia, conclusio.» GROT. — Approbat Meibomius (p. 354 v. 18), neque aliter mox (§. 950) legitur; sed codicum consensum desidero.

artia] Grotius inepte ediderat *aria*, quod ipso sensu jubente correxi; *περιβοῖς* enim opponuntur *ἄρτια*, de quibus plura in Arithmetica.

spissa] *Πυκνά*, de quibus jam superius egerat (§. 945). Aristoxeno (elem. harm. 1, p. 24) est τὸ ἐκ δύο διαβτημάτων συννεβτηκός, ἃ συντεθέντα ἔλαττον διάβτημα περιέξει τοῦ λοιπομένου διαβτήματος ἐν τῷ διὰ τεσσάρων,

unde sequitur, ut in diatonico genere spissum nullum sit, sed in chromatico et enarmonio.

sex sunt] Vide nos superius (ad §. 933).

concinit] Recepi hoc e codicibus Darmstattensi, Monacensi (C), et Meibomiano A; in editis erat *continetur*.

duo et semis] Meibomius utriusque codicis sui auctoritate et hic et inferius *et tollendum censet*; sed in his, quae notis plerumque non verbis perscripta traduntur, vel optimorum codicum exiguum momentum est.

quod sunt] Omissum in editis verbum *sunt* codices Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C) suppeditarunt.

quae est unis ad duo. Quod vero ex omnibus et ex quatuor dicitur, sonorum est undecim, et spatiorum decem, tonos habet octo et semis, hemitonia duplicat, diesisque praedicta ratione multiplicat, et est in diplasi et diametri regula, ut sunt octo ad tres. Quod vero ex omnibus et ex quinque constat, recipit sonos duodecim, spatia undecim, tonos novem et semis, hemitonia geminantur, diesis tetraplantur, et est in triplasia ratione, ut quatuor ad duodecim. Quod disdiapason dicitur, habet sonos quindecim, spatia bis 953 septena, tonos decem ac duo, hemitonia duplicata, diesis quadraginta octo; atque est in tetraplasi ratione, ut sunt duodecim ad tres. Est autem tonus in epogdoi ratione. Ubique diesim in enarmonio debemus accipere, quae est in quarta particulatione. Nunc quid sit systema perhibendum.

QUID SIT SYSTEMA.

Systema est magnitudo vocis ex multis modis constans, quae licet multa 954 divisionum genera recipiat, tamen quia eadem in diastematis memoravi, praetereo. Sunt autem absoluta et perfecta systemata numero octo. Et primum est, quod ab acquisito, quem Graece *προσλαμβανόμενον* dicimus, ad mediam,

in diplasi] Lectio haec, si ulla, depravata est et insulsa. Rescribo: »in *diplasiapiditrita* ratione.« Posses quoque: »in *diplasiapidimoira* ratione«; sed minus usitate. ΜΕΜΟΧ. — Sensus certus est, nam quum diapason habeat intervallum trium ad sex, diatessaron autem sex ad octo, utrumque conjunctum habet rationem trium ad octo, quae est duplicis numeri et duarum partium; eamque duarum partium notionem in corrupta lectione *diametri* inesse apparet, sed quomodo corrigendum sit, codicum meliorum indagatio docere potest.

tetraplantur] Grotius *tetraplatur*, sed *diesis* plurali numero dictum est (§. 933).

tetraplasi] Sic omnes. Id formatum putarunt barbari homines, ut *diplasi* et *epogdoi*. ΜΕΜΟΧ.

in enarmonico] Deleta vocabula *in*, quae est praecedentium duarum literarum repetitio, lego: »diesim *enarmonion*.« De hac distinctione vide superius (§. 930).

ex multis modis constans] MS. »est magnitudo vocis constans« deletis tribus vocalibus. GROTIUS. — Systema Euclidi (introd. harm. p. 1), Aristidi Quinctiliano (p. 13), et Gaudentio (p. 5) est quod *ἐκ πλειόνων ἢ ἐνὸς διαβτημάτων* constet, Bacchio autem (p. 2), quod *plures duobus* habeat sonos; quorum utrum amplectare, Grotiani codicis lectionem nihili esse videbis.

quae licet] Meibomius ex codice suo (B) reponendum duxit *quod*, sed necessitatem mutandi non video.

quam mesen diximus, omne conficitur; secundum, quod a principali principalium in parameson usque distenditur; tertium quod a subprincipali principalium in divisarum tertium jungitur; quartum, quod ab extenta principalium usque in divisarum diatonum profertur; quintum, quod a principali mediarum in neten divisarum usque progreditur; sextum, quod a subprincipali mediarum in tertiam excellentium trahitur; septimum, quod a mediarum extenta in excellentium diatonon exsurgit; octavum quod a media excellentium in ultimam ducitur.

DE GENERIBUS TETRACHORDORUM.

955 Quibus excursis genera tetrachordorum modulandique discurrem. Tetrachordos est chordarum cum certa qualitate divisio. Genera autem modulandi sunt

omne conficitur] Ita omnes inepte. Lego: »ex omnibus (διὰ παῶν) conficitur.« MEIBOM. — Ad sensum recte, sed quaeritur annon idem vulgata continere possit. Codices certe nihil variant.

tertium] Lego cum patre »in divisarum tertiam.« GROTIUS. — Omnes perperam *tertium*. Mirum in scriptura adeo manifesta errari potuisse. MEIBOM. — Non chordam, sed fortasse sonum in mente habuit, ut supra »ab acquisito, quem« cet.

in neten] Sic recte codex A, alter male in *tertiam*. Editus in *nete*. MEIBOM. — A Grotio scilicet. Anteriores recte in *netem* habebant.

a media excellentium in ultimam] Distinguo: »quod a media, excellentiam in ultimam ducitur« vel ordine vulgari »quod a media in excellentium ultimam« transposita vocula. GROTIUS. — Sic quoque recte distinctus erat codex B; at male editus. MEIBOM.

tetrachordos] Omnes perperam *tetrachordos*. Grotius legit: »tetrachordos est quatuor chordarum.« Non vidit ineptum esse illorum verborum sensum. MEIBOM. (p. 555 v. 2). — Certe hic locus, si quisquam alius, est vitiosus. Rescribo: »genus est qua-

tuor chordarum (vel si mavis *tetrachordi*) cum certa qualitate divisio.« Quippe nullam dabium quin Aristidis locum verterit Martianus. Tetrachordi definitionem satis accuratam jam ante tradiderat (§. 935) et deinde (§. 960). Bene vocem ποιός seu ποιότης interpretatus est *certa qualitas*. IDEM (in Aristid. p. 230, v. 15). — Aristidis verba (p. 18) haec sunt: γένος δέ ἐστὶ ποιὰ τετραχόρδον διαίρεσις, pariterque Gaudentius (p. 5); sed non video cur non et tetrachordorum genera ipsa tetrachordi nomine appellare licuerit.

genera autem] Particulam *autem* vulgo omissam e codice Monacensi (C) supplevi.

sunt tria] In primis hic comparandus est Aristides Quintilianus (p. 18 Meibom.), quem ipsum ante oculos habuisse Martianus videtur; ceterum in vulgus nota est haec distinctio, neque a musicis tantum ut Euclide (p. 3), Gaudentio (p. 5), Nicomacho (p. 24), sed ab aliis quoque saepe commemoratur. Confer modo Vitruvium (5, 4; p. 136), Plutarchum (quaest. sympos. 9, 14; p. 744), Jamblichum (de vita Pyth. 13, 64; p. 50 Rust.), Alci-

tria, *ἑναρμόνιον, χρώμα, διάτονον*. Enarmonion quidem dicitur, quod pluri- 956
 bus spatiis et angustioribus separatur, diatonon vero, quod tonis copiosum;
 chroma, quod hemitioniis componitur; sicut enim quod inter album nigrumque
 est, color dicitur, ita hoc chroma, quia inter utrumque est, nominatur. En- 957
 armonion quidem, quum immutabilibus sonis cingitur, modulationi obediens
 in acumen per diesin et diesin et ditonon in compositum; in gravem vero
 sonum e contrario modulatio tota submittitur. Chroma autem hoc modo melos
 accipit: per hemitonium et hemitonium et tria hemitionia, quae in composita
 provenient; in gravem vero ex diverso recurret. At vero diatonum ipsis con-
 tentum sonis in acumen quidem ita accipiet modulationem, ut per hemitonium
 et tonum et tonum modum integrum compleat; at vero graviorem per con-
 trarium ordinem persequetur. Sed nunc maxime diatono utimur. Sed horum 958

phronem (epist. 1, 18; p. 69 Bergl.), Macrobius (in somn. Scip. 2, 4), et omnino Boeckhium (de metr. Pind. p. 207).

pluribus spatiis] *Pluribus* valet *majoribus*. Grot. — Perperam Grotius. Respexit Martianus ad vocem *πυκνόν*. Meibom. — Vide superius (§. 950). Harmonia enim, ut Vitruvii verbis utar, tetrachordorum et tonos et dieses habet binas, quum chromati duo hemitionia in ordine composita, tertium trium hemitioniorum sit intervallum, diatoni autem duo sint continuati toni, tertium hemitonium finiat tetrachordi magnitudinem.

color dicitur] Vide superius (§. 942). Omnino quidquid ornatum et variatum esset in musica, *χρώμα* appellabatur, ut Philochoro apud Athenaeum (14, p. 638): *χρώματά τε εὐχρόα πρώτος ἐκθάρις*: quamquam hunc loquendi usum reprehendit Plato (de legibus 2, p. 655).

per diesin] Adde et *diesin et ditonon*. Editus mutilus et depravatus: «per diesin et diatonon». Meibom. — Corrigenda haec erant ex haece Aristidis: «ἢ δὲ ἀρμονία ἐπὶ μὲν τὸ βαρὺ κατὰ δίτονον

καὶ δισδὼν καὶ διεδὼν, ἐπὶ δὲ τὸ ὀξὺ ἐναντίως, κατὰ διεδὼν καὶ διεδὼν καὶ δίτονον.»

submittitur] Vulgo *sumitur*; sed rectiorem lectionem praebent codices et Grotianus et Meibomianus uterque et nostri Reichenauensis, Darmstadiensis, Monacensis (C). Est autem idem quod paulo inferius (§. 958) *deficit*.

in gravem] Legendum censeo «in gravitatem» vel «in grave». Meibom. — Quousque tandem! Repete *sonum*, ut paulo superius. Ceterum pro *ex diverso* margo Grotiana *per diversum*, praeter necessitatem.

ipsis] Lege cum patre *is ipsis*. Grot. — Num *is ipsis* voluit? Sed nulla mutatione egemus; sensus est, sonis non variatis vel fractis sed naturalibus uti diatonon, ut etiam Vitruvius: «diatoni vero» inquit «quod naturalis est, facilius est intervallorum distantia.»

modum] Modulationem integram; ut indubitatum sit vocabulum *modus* a Martiano usurpato pro *modulatio*, quod notent quoque lexicographi. Male hic explicaremus *modum integrum ὅλον τρόπον ἢ τόνον*. Meibom.

alia modulamur per agogen, alia per plocen. Per agogen est, quum per ordinem sonus sequitur; ploce autem dicitur, quum diversa sociamus. Exhinc in modulando alia euthia dicitur, quod est recta; alia anacamptos, quod est revertens; alia peripheres, hoc est circumstans: euthia est, quae a gravi in acumen erigitur; anacamptos, quae e contrario deficit; peripheres, quae ad
 959 utramque aut commodatur aut servit. Sed quum tetrachordorum, quos quadri-
 fidos appellamus, divisiones innumerabiles sint, sex sunt notae: enarmoniae una; chromatis tres, quarum prima quae mollis ac soluta, secunda quae hemiolia est, tertia quae est tonia; diatonicae duae, una mollis, altera robusta. Et modos quidem accipit enarmonia a totartemoria diesi, id est toni parte quarta;

per agogen] Uberius Aristides Quinctilianus (p. 29 Meibom.) explicat quae sequuntur hisce verbis: «*Ἀγωγῆς μὲν οὖν εἶδη τρία· εὐθεία, ἀνακάμπτουσα, περιφερής. Εὐθεία μὲν οὖν ἔστιν, ἢ διὰ τῶν ἐξῆς φθόγγων τὴν ἐπίτασιν ποιοῦμένη. Ἀνακάμπτουσα δὲ, ἢ διὰ τῶν ἐπομένων ἀποτελοῦσα τὴν βαρύτητα. Περιφερής δὲ, ἢ κατὰ συνημένων μὲν ἐπιτείνουσα, κατὰ διεζευγμένων δ' ἀνιείδα, ἢ ἐναντίως.*»

erigitur] MS. «*oritur.*» Non male, nam sequitur contrarium «*deficit.*» GROTIUS. — Melius *erigitur*, quia sequitur in *acumen*.

quadrididos] A *quatuor* et *fides* minus scite compositum vocabulum. MEIBOMIUS. — Usurpatur quidem vox illa ab optimis scriptoribus, Virgilio, Valerio Flacco, Columella, Claudiano, aliis, sed ut non a *fidibus* sed a *findendo* derivanda sit et *quadrididiam* *fissum* significet; nostro loco ab eo quod est *fides*, *χορδῆ*, formatam esse dubitari non potest.

enarmoniae] Codex Meibomianus alter (B) *enarmonii*; sed *divisionis* supplendum esse ipse Meibomius inferius intellexit. Sic mox *diatonicae*, et in fine paragraphi iterum *enarmoniae*, ubi eadem

varietas. Rei illustrandae inservient, quae olim a Boeckhio cum Heindorfio (ad Plat. *sophist.* p. 368) communicata integra hic apponere liceat: «*Etenim ex sex illis coloribus unus in enarmonico, duo in diatonica, tres in chromatico genere sunt. In chromate est color ἡμόλιος, color τονιαῖος, et μαλακός: sive ἡμόλιον χρώμα, τονιαῖον sive ὄντονον χρώμα, et χρώμα μαλακόν. In diatono duo colores sunt διάτονον ὄντονον et διάτονον μαλακόν. Illa ὄντονα sunt intentiora, μαλακὰ molliora. Euclid. introd. harmon. p. 10. 11. Aristox. harm. elem. I, p. 24 sequ. Gaudent. harmon. introd. p. 17.*» Plura dabit idem loco superius citato (de metr. Pind. p. 207).

tonia] *Toniaea* emendavi utriusque scripti lectionem *tonia*, quae etiam in margine editi habetur. Pessime in textu *diatonia*. MEIBOMIUS. — Antiores quoque editiones *tonia* habent, quam lectionem retinui, donec codices usitatiorem formam praeberiant.

modos] Sic uterque scriptus. Editus perperam *modus*. MEIBOMIUS. — Editus nempe a Grotio; namque ante eum editi recte habebant *modos*.

enarmonia] Scripti *enarmonion*; editus *enarmonia*, quod ferri potest subaudito *divisio*. MEIBOMIUS.

illud vero, quod mollius diximus, per tritemoriam diesin copulatur; ipsum vero chroma hemiolion fit ab hemiolia diesi ejus quae sit enarmoniae. Sed nunc de tonis.

DE TONIS.

Tonus est spatii magnitudo, qui ideo tonus dictus est, quia per hoc **960** spatium ante omnes prima vox quae fuerit extenditur, hoc est de nota qualibet in notam; ut a media in paramesen, ut est in Lydio, si a iota directo in sigma jacens signa concurrant. Verum quia hemitonia diesisque quid vel quantae qualesve sint docui, troporum etiam nomina numerumque monstravi; nunc de tetrachordis eloquamur. Nam singuli quique tropi tetrachorda quina

illud vero] Locus ita vulgo edebatur: »in illud vero — per tritemoriam diesin copulatur«, quod ex utroque Meibomiano correxi; diesin etiam Darmstattensis noster praebuit. De tribus dieison generibus vide superiorem locum (§. 930).

tonus est] Dubium de quo tono haec verba sint accipienda, quippe de utroque intelligi possunt, tam tono superoctavo quam eo qui et τροπος appellatur; potius tamen de priore, si sequentia verba considerentur. Sin tractationis ordinem inspiciamus, hic agendum esset de tonis seu modis. Tanta hic confusio, cujus ipsum Martianum merito postulamus. Nam si vel maxime dicatur, breviter eum toni notionem explicando, et duplicem ejus significationem ostendendo, ad praecedentia lectorem remittere voluisse; quid attinebat agere de tetrachordis et pentachordis, quae utraque, quum systemata sint, in tractatu de systemate pertractari debuissent? ΜΕΙΒΟΜ. — De variis significationibus vocis tonus vide superiorem notam (ad §. 931). Praepostere Martianum egisse negari nequit, qui quum multa jam antea praemisisset, scilicet ut altius

tenerentur (§. 935 f.), jara suo loco et ordine quid novi profferret non habebat.

de nota qualibet] Haec verba ferme ejicerem. Nisi enim largissime toni vocabulum accipias, errorem pariunt, quippe ab hypate meson ad parypaten in diatono non toni sed hemitonii intercedit intervallum; nempe, ut recentiores loquantur, a mi ad fa. ΜΕΙΒΟΜ.

in sigma] Lege in sigma jacens. Literis enim, ut ex superioribus liquet, omnia modulationum genera distinxerat. GROTIUS. — Sed et haec erronea. Si haec verba a Iota directo retinere velimus, scribendum: »si a Iota directo in Zeta signa concurrant:« sin verbum jacens, hoc modo: »si a Iota directo et Lambda jacente in Zeta et Pi jacens signa concurrant.« ΜΕΙΒΟΜ. — Vulgo inepte edebatur summa jacens, quod e codice Darmstattensi correxi; praeterea si quis huic loco error inest, Martiano potius quam librariis tribuatur. Ceterum confer superiorem notam (ad §. 945).

quique] Reposui hoc e Grotiano codice et Meibomiano B pro quinque in editis.

custodiunt, sicut superius quoque notavi. Verum horum extremos sibi aptandos esse non dubium est. Tetrachordum quippe est quatuor sonorum
 961 in ordine positorum congruens fidaque concordia. Sunt autem tetrachorda principalium, mediarum, conjunctarum, separatarum, excellentium. Et primum tetrachordum, quod est gravius, incipit a principali principalium et desinit in principalem mediarum. Verum principalium et mediarum connexum, quod conjunctarum vocatur, erit tetrachordum a media in neten conjunctarum usque. Atque ab his divisum longeque discretum, quod est quartum, divisarum a submedia in neten separatarum usque conjungitur. Quod autem ex diversis conjunctum est, in acutiorem sonum et quintum excellentium profertur. Sed de tetrachordis satis dictum. Nunc de pentachordis videamus.

notavi] Alii, Grotio teste in margine, *non tacui, affectate*. Ceterum vide superiorem locum (§. 955).

sibi aptandos esse] Hoc est consonantes sive *συμφώνους* inter se esse oportere; nisi ita intelligere praestat, quinque tetrachorda ita se excipere ut alterius primum alterius sit extremum, quod ex parte tantum verum est.

tetrachordum] De tetrachordis conferatur Boeckhii (in Crenzeri stud. T. III, p. 61).

principalium] De quinque, quae hic nominat, generibus Vitruvius (§, 4; p. 138 Bip.) sic deserit: «Tetrachorda autem sunt quinque, primum *gravissimum*, quod Graece dicitur *ὑπατον*: secundum *medianum*, quod appellatur *μέσον*: tertium *conjunctum*, quod *δυνημιμένον* dicitur: quartum *disjunctum*, quod *διεξουγμένον* nominatur; quintum, quod est *acutissimum*, Graece *ὑπερβόλαιον* dicitur.»

connexum] Hic integram tetrachordum excidit, quod neutro codicum restitui miror. Grotius seu potius ipsius adjutores, viri summi, Scaliger, Vulcanius, nec tantillum emendare potuerunt. Rescribo: «Secundum a mediarum principali ad mediam ex-

tenditur. Verum principalium et mediarum (sc. tetrachordis) connexum.» ΜΕΙΒΟΜ.

in neten] Sic probe uterque scriptus: editus in *nete*. ΜΕΙΒΟΜ. — Ante Grotium editi jam in *netem* habebant. Eadem res paulo post, ubi Grotius in *nete separatarum*, anteriores in *netem*, codices et Meibomiani et nostri Monacensis (C) et Darmstatisensis recte in *netem*.

usque] Hoc e codice Monacensi (C) addidi, quia clariorem sententiam reddit. Facile autem a sequenti *atque* hauriri poterat.

submedia] Nota quod vocabulum *παράμεσος* vertat *submedia*. ΜΕΙΒΟΜ. — Male Grotius divisio verbis *sub media* edidit.

quintum excellentium] Parens meus vellet: «Quod autem ex diversis conjunctum est et quintum, in acutiorem sonum excellentium profertur.» *Quintum* enim ait non ad sonos sed ad tetrachorda referendum. Et sane excellentium modi non plures quatuor, ut et aliorum tetrachordorum. ΓΑΟΥ. — Rescribo: «et quintum est, et a nete separatarum in neten excellentium profertur.» Parum hic vidit parens Grotii. ΜΕΙΒΟΜ.

DE PENTACHORDIS.

Ac similiter haec quoque quinque esse non dubium est. Primum igitur, 962
quod et gravius principalium esse dicimus, quod incipit ab acquisito et in
principalem mediarum terminatur. Sequens in acumen ejusmodi est, et constat
a principalium extenta in mediarum illam, quae in Lydio iota rectum habet.
Tertium autem conjunctarum est, quod a mediarum extenta in ultimam
conjunctarum ducitur. Quartum vero, quod per divisionem est, a media in
tertiam divisarum connecti solet. Quintum in acumen erigitur, atque in neten
excellantium terminatur. Haec quae dixi artis nostrae doctissimis approbantur. 963
Nam non sum nescia asserere quosdam, tetrachorda ab hemitoniis initia posse
sortiri, quod est in modulatione diatonica situm, de qua superius multa dixi-

haec quoque] Copulativam et, quae in editis sequitur, expunxi codicum Monacensis (C), Darmstattensis, et utriusque Meibomiani auctoritate.

quod et gravius] Sic codex Meibomianus B; vulgo «quod est gravius»; Monacensis (C) dubiam voculam prorsus omisit.

in mediarum illam] Hoc ineptum videri possit, ut simpliciter sit scribendum *in mediam*. Attamen commodam hic explicationem adferre possumus. Quatuor enim sunt mediae chordae; nimirum suprema mediarum, penesuprema mediarum, mediarum extenta, ultima mediarum, quae uno nomine et κατ' ἔξοχὴν media appellatur. Dicit itaque in mediarum illam quae in Lydio (exempli gratia) Iota rectum habet, id est in ipsam mediam, extendi illud tetrachordum; non autem in mediarum extenta etc. ΜΕΜΟΝ.

autem conjunctarum] Grotiana margo *cunctarum* inepte. Συνημμένον enim significari apparet.

per divisionem] Κατὰ διάσενξιν, melius *per disjunctionem*. ΜΕΜΟΝ.

in tertiam] Lege *in ultimam*. Ita correxi omnes

codices tam scriptos, quam editos, qui mendose legunt *in tertiam divisarum*. Neque hoc videre potuit Grotius. ΜΕΜΟΝ.— In vitis codicibus nihil mutò; ipsiusque Martiani errorem arbitror (v. ad §. 944).

in neten] Forte *in neten*, et sane ita legendum docet MS. GAOT.— Voculam *is* addidi ex utroque codice. Ita autem hic legendum: «atque a divisarum extenta in neten excellentium.» ΜΕΜΟΝ.— Vulgo enim «atque *nete* excellentium terminatur», quod quatenus codicum auctoritas jubeat, facile correxi, licet vulgata quoque defendi possit.

asserere quosdam] *Asserere quaedam* probe uterque scriptus. Pro *tetrachorda* plane legendum *pentachorda*. ΜΕΜΟΝ.— Interpunctione recte posita omnia sana apparebunt; quorum sensus ex Martiani loquendi ratione non alius est quam hic: tetrachorda non ab integris sonis sed vel ab hemitoniis, ut in diatonico genere, vel ab aliis sonorumpartibus initia capere, quapropter ab *acquisito* ordiri non posse, qui a *principali principalium* integro tonto distat; pentachorda, quae secundo demum loco hemitonion habere solcant, posse.

Sane notum atque intimatum velim, acquisitum in omnibus quidem aliis collocari, in his autem, quae non per sonos fiunt, in tetrachordis fieri non posse; in his enim semper ab hemitoniis principia ducuntur; in aliis autem, quae pentachorda nominantur, nec tamen modulationi subjiciuntur, ut per sonos constare videantur, apponitur. Secundum enim in his hemitonium possumus ponere. Nunc de transitu modulantium.

DE TRANSITU VOCIS.

964 Transitus est alienatio vocis in figuram alteram soni. Fit autem transitus modis quatuor: per genus, ut ab enarmonio genere aut in chroma aut in diatonon; vel per systema, ut a principali principalium si forte in sub-

acquisitum] Haec et quae sequuntur re vera sunt obscura, quibus an lucem aliquam adferre possim videbo. Dubitatio proposita haec est: Tetrachorda ab hemitoniis incipiunt, cur non aequae pentachorda? Mediocriter in musicis exercitatus responderet, quia illo modo pentachordum quidem erit, seu quinque chordarum systema, sed illud non conficiet diapente; uti tetrachordum diatessaron. Si enim pentachordum incipiat ab hemitonio, in acumen progrediendo, bina in illo hemitonia ponentur. Hoc docere vult Martianus. Verba illius ita explicarem: Acquisitum in omnibus quidem aliis consonis intervallis, nempe in pentachordo, octachordo, hendecachordo, dodecachordo, pentecadecachordo, collocari; at in tetrachordis collocari non posse, quod soni huiusmodi consequenter sumti tetrachorda (ut ex enarmonio genere et chromatico est evidens) non conficiant, quae diatessaron consonent. *MEMOR.*

ab hemitoniis] Nempe in genere diatono et chromatico toniaeo, quae limitatio est addenda. *MEMOR.*

ducuntur] Ita codices Darmstattensis et Meibomianus B, pro *dicuntur* in editis, et sic etiam correctum in Reichenauesi.

nec tamen] Tamen pro *tam* in editis reposui auctoritate codicum Monacensis (C) et Darmstattensis.

apponitur] Gl. A *adquisitus*, non male. *MEMOR.*

transitus] Aristides Quintilianus (p. 9 Meib.) sextam hanc harmonicae partem *περι μεταβολῶν* inscripsit. De iisdem scripsisse videtur Aristoxenus secundum Plutarchum (non posse suaviter vivi secundum Epicurum p. 1095).

per genus] Sic optime codex B; reliqui perperam in *enarmonio aut in chromate aut in diatono*. *MEMOR.*

vel per systema ut] Elegantissime pater meus: »vel per systema, ut e principali principalium« etc. *MS.* tamen: »Per genus ab enarmonio, aut in chroma, aut in diatonon, vel per neten, aut a principali« etc. *GRÆC.* — *Vel per systema ut*, sic probe codex B; reliqui male aut. Quae sequuntur: »a principali principalium si forte in subprincipalem aut in aliud forte systematum aut tanquam inepta expuncta mallet. Harmonicorum nullus ita loquitur. Euclides et Bryennius simpliciter: »Transitus per systema est quum ex conjunctione in disjunctionem aut vice versa fit mutatio.« *MEMOR.* — *Ut* pro *aut* etiam Monacensis (C) codex habet.

principalem aut in aliud forte systematum, aut quum de conjunctis ad divisas transitum facimus; vel per tonum, quum a Lydio vel in Phrygium vel in alium tropum cantilena transducitur; vel per modulationem, quum ex alia specie modulandi in aliam desilimus, vel quum a virili cantilena transitus in femineos modos fit. De genere modulandi consequenter edisseram.

DE MODULATIONE.

Melopoeia est habitus modulationis effectae. Melos autem est actus acuti 965 aut gravioris soni. Modulatio est soni multiplicis melo expressio. Melopoeiae species sunt tres: hypatoïdes, mesoïdes, netoïdes. Hypatoïdes est, quae appellatur tragica, quae per graviores sonos constat; mesoïdes, quae dithyrambica nominatur, quae tonos aequales mediosque custodit; netoïdes, quae et νομικός

tropum] Sic quoque recte uterque scriptus. Grotius perperam MS. lectionem laudat »in aliam locum.« Quamvis enim tonus vocis locus definiatur, illud tamen vocabulum hic plane est alienum. MEMOR.

modulationem] Sic insigni errore omnes codices, quem tamen non male ipsi Martiano tribuimus, qui Graecum μελοποιία illo Latino vertit, ut supra. Legendum per melopoeiam, quod ex sequentibus est certum. Vide Euclidem p. 21 v. 16. Bryennium lib. I, cap. ultimo. MEMOR. — Vide superius (ad §. 958).

de modulatione] Partium harmonicas, quas p. 182 (§. 958) proposuit, ordo requirit, ut agat de melopoeia, quod vocabulum etiam recte sequitur. Sed modulandi genus hic vocat quod Graeci γένος μελοποιίας. Sic Aristides p. 29 v. ult. Modos melopoeiae genere facit tres: *nomicum*, *dithyrambicum*, *tragicum*; vel etiam illas melopoeiae species ita vocat, quas Aristides tradit p. 28 v. 32, et ipse hic. MEMOR.

melopoeia] Euclidi (p. 2 Meib.) est »usus eorum quae harmonicae tractationi sunt subjecta, ita ut

cuiuslibet argumento character suus tribuatur.« Aristidi (p. 28 Meib.) est »facultas conficiendi cantum.« Ac septima et ultima haec est e partibus harmonicae (§. 958). Confer Burretum (Mem. de l'acad. X, p. 304).

melos] Differt, ut Aristidis (p. 29 f. Meib.) verbis utar, »melopoeia a melodia: quod haec sit cantus indicium (ἐπαγγελία μέλους), illa habitus effectivus (ἐξίς ποιητική).«

melos] Hanc vocem in editis omissam auctoritate Monacensis (C) inserui. Melos etiam secunda declinatione Latina flexum esse probat Nonius (p. 213 Merc.).

hypatoïdes] Quia *principalium* inprimis tetrachordo utebatur, quo *nomicum* abstinuisse videtur, quia hujus erat antiquam indolem servare (Plut. de mus. p. 1133), *principalium* autem tetrachordum posterius demum adjectum est; quapropter etiam Doricam harmoniam eo abstinuisse Plutarchus (ibid. p. 1136) testatur.

νομικός] Alii *nomicos*, ex quo conjicio *comicos*. Tria enim praecipua modulationum genera tragodia,

consuevit vocari, quae plures sonos ex ultimis recipit. Sunt etiam aliae distantiae, quae et tropica mela dicuntur, aliae *ὁμοιολογικά*: sed haec aptius pro rebus subrogantur, nec suas magis poterunt divisiones afferre. Hae autem
 966 species etiam tropi dicuntur. Dissentiunt autem melopoeïae ipsae modis pluribus inter se et genere, ut alia sit enarmonios, alia chromatice, alia diatonos; specie quoque, quia alia est hypatoïdes, alia mesoïdes, alia netoïdes; tropis, ut Dorio, Lydio, vel ceteris. Omnis tamen, qui melos inchoat, prae cunctis systema debet advertere, dehinc sonos miscere atque componere. Haec de septem partibus artis nostrae dixisse sufficiat. Nunc rhythmos, hoc est numeros perstringamus, quoniam ipsam quoque nostri portionem esse non dubium est.

QUID SIT RHYTHMUS.

967 Rhythmus igitur est compositio quaedam ex sensibilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque connexa. Rursum sic definitur: numerus est diversorum modorum ordinata connexio, temporis pro ratione modulationis inserviens, per id quod aut efferenda vox fuerit aut premenda, et qui nos a licentia modulationis ad artem disciplinamque constringat. Interest
 968 tamen inter rhythmum et rhythmizomenon. Quippe rhythmizomenon est materia numerorum, numerus autem velut quidam artifex aut species mo-

comoedia, et dithyrambus. ΓΑΟΥ. — Melius profecto glossa in Darmstattensi codice *legalis*; si quidem ea ipsa de causa *νόμος* appellatos esse veteres modos musicos constat, quia certis legibus adstricta essent, quas non liceret pro arbitrio migrare; confer Platonem (de legibus 3, p. 700) et Photium (in bibl. 239, p. 523 Hoesch.), ubi etiam differentia eorum a dithyrambis exponitur. Plura dabit Spanhemius (ad Callim. hymn. in Del. 304), unde prorsus absurdam esse Grotii conjecturam intelliges.

ὁμοιολογικά] Alteram lectionem *comologicam*

Grotius ad marginem rejecit. Plures variantes vide apud Meibomium (p. 359 v. 17).

rhythmus igitur est] Varias rhythmus definitiones ex veterum scriptis collegit doctissimus Boeckhiius (de metr. Pind. p. 6 sequ.), quas repetere nolumus, quia nullam eorum Martianus expressisse videtur. Huic, ni fallimur, Aristoxenus ante oculos erat, cujus rhythmicorum elementorum secundus tantum liber exstat a Morellio editus (pone Aristidis et Libanii orationes Venetiis 1785), primus, quo has ipsas definitiones contineri consentaneum erat, ad huc latet.

dulationis apponitur. Omnis igitur numerus triplici ratione discernitur, visu audituque vel tactu. Visu, sicut sunt ea quae motu corporis colliguntur; auditu, quum ad iudicium modulationis intendimus; tactu vero, ut ex digitis venarum exploramus indicia. Verum nobis attribuitur maxime in auditu visuque. Sed rhythmice est ars omnis in numeris, quae numeros quosdam 969 propriae conversionis accipiat, flexusque legitimos sortiatur. Est quoque distantia inter rhythmum metrumque non parva, sicut posterius memorabo. Sed quia visus auditusque numero dicti sunt accedere, hi quoque in tria itidem genera dividuntur: in corporis motum, in sonorum modulandique rationem, atque in verba, quae apta modis ratio colligant; quae cuncta sociata perfectam faciunt cantilenam. Dividitur sane numerus in oratione per syllabas, in modulatione per arsin et thesin, in gestu figuris determinatis schematisque completur.

DE SEPTEM GENERIBUS NUMERORUM.

Verum numeri genera sunt septem: primum de temporibus; secundum 970 de enumeratione verborum, quae in numerum cadere non possunt, quae rhythmoides, id est similia numeris iudicantur, quaeque tribus vocabulis

aut species modulationis] Sic probe scripti; editus ad. Species hic idem quod *forma*, quae formam dat cantui, quum modi sint materia. Vide Aristidem p. 45 v. 12. ΜΕΜΟΧ. — Reichenauensis quoque aut praebet.

triplici] Confer Aristidem Quinctilianum (1, p. 31 f. Meib.): ῥυθμὸς τοίνυν καλεῖται τριχῶς· λέγεται γὰρ ἐπὶ τῶν ἀκινήτων ὁμαίων, ὡς φαμεν εὐρύθμον ἀνδριάντα, καὶ πᾶν τῶν κινουμένων, οὕτως γὰρ φαμεν εὐρύθμως τινὰ βαδίζειν, καὶ ἰδίως ἐπὶ φωνῆς.

venarum] Vide superius (§. 926 f.).

inter rhythmum] Quinctilianus (inst. orat. 9,

4, 46; p. 555 Spald.): «Nam *rhythmī*, id est numeri, spatio temporum constant: *metra* etiam ordine: ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis.» Confer et grammaticos Maximum Victorinum (p. 1955 Putsch.), Bedam (p. 2380) Marium Victorinum (p. 2484), Atilium Fortunatum (p. 2689), inprimis autem Longini fragmentum ex prolegomenis ad Hephaestionem de metris (p. 160 sequ. Weisk.), ubi plura Toupius. Adde Boeckhium (de metr. Pind. p. 18 sequ.).

arsin et thesin] Sic codices Monacensis (C) et Darmstattensis, male in editis *arsim* et *thesim*. Explicationem vide inferiori loco (§. 974).

tribus vocabulis] Id est *nom inibus*. Aristides

discernuntur, hoc est enrhythmon, arrhythmon, rhythmoides; tertium de pedibus; quartum de eorum genere; quintum est quod agogen rhythmicam nominamus, id est quo genere numerus modique ducantur; sextum de conversionibus; ultimum rhythmopoeia, id est quemadmodum procreatio numeri possit effingi.

QUID SIT TEMPUS RHYTHMICUM.

971 Primum igitur tempus est, quod in morem atomi nec partes nec momenta recisionis admittit, ut est in geometricis punctum, in arithmetiis monas, id est singularis quaedam ac se ipsa natura contenta. Sed numerus in verbis per syllabam, in modulatione per sonum aut spatium quod fuerit singulare, in gestu per incipientem corporis motum, quod schema diximus, invenitur. Atque hoc erit brevissimum tempus, quod insecabile memoravi; compositum vero, quod potest dividi, et quod a primo aut duplum est aut triplum aut quadruplum. Eatenus enim tempus omne numeri profertur atque ei finis est, qui plenae rationis est terminus; atque in hoc numerus toni similis invenitur;

(I, p. 33 Meib.): Horum temporum alia rhythmum habentia (χρόνοι ῥυθμοί) dicuntur, alia rhythmocarentia (ἀρρυθμοί), alia rhythmum speciem habentia (ῥυθμοειδείς). Et quidem rhythmum habentia, quae in aliqua ratione mutuum inter se ordinem servant; uti in dupla, sescupla, id genus aliis. Ratio enim est duarum magnitudinum dissimilium inter se habitudo. Rhythmocarentia, quae penitus sunt inordinata et absque ratione connexa. Rhythmum speciem habentia, quae inter haec interjiciuntur; atque interdum ordinis rhythmum habentium, interdum confusionis rhythmocarentium sunt participantia. Plura vide infra (§. 972).

agogen rhythmicam] MS. *metricam*. Forte ἀγωγὴν μετρικὴν, agogen metricam. GAOT. — Inepte. Quid sit ἀγωγὴ rhythmica, explicet Boeckhiius (de

metr. Pind. p. 46). Alia tamen harmonica, de qua supra (§. 958); vide Meibomium (ad Aristidem Quint. p. 42).

de conversionibus] Περὶ μεταβολῶν. Sunt enim plures, ut videre est apud Aristidem p. 42 v. 19. ΜΕΜΟΝ. — Hic quoque distinguendae sunt rhythmicae ab harmonicis (§. 958. 964).

primum igitur] Haec et ipsa ab Aristide (l. c. p. 32) habet. Plura dabit Boeckhiius (de metr. p. 19).

punctum] Hinc et Quintilianus (9, 4, 52; p. 560 Spald.) hoc tempus appellat *σημεῖον*.

monas] Vide superius (§. 707. 746) et Jamblicum (in Nicom. arithm. p. 81 Temul.).

per incipientem] Pro incipiente in editis hoc praebuerunt codices Monacensis (C) et Meibomianus B.

ut enim ille per quatuor species, hoc est diæsis, dividitur, ita hic etiam quaternaria temporum modulatione concluditur.

DE TRIBUS TEMPORIBUS NUMERORUM.

Sed eorum temporum, quae ad numeros copulantur, alia sunt quae **972** enrhythmata tempora nominantur, alia quae arrhythmata, tertia quae rhythmoides perhibentur. Et enrhythmata quidem sunt, quae ratione certa ordinem servant, ut in duplici, vel hemiolio, vel in aliis, quae alia ratione junguntur. Arrhythmata sunt, quae sibi nulla omnino lege consentiunt, ac sine certa ratione conjuncta sunt. Rhythmoides vero in aliis numerum servant, in aliisque despiciunt. Quorum temporum alia *στρογγύλα*, hoc est rotunda perhibentur, **975** alia *περιπλέω*. Et rotunda sunt, quae proclivius et facilius, quam gradus quidam atque ordo legitimus expetit, praecipitantur; *περιπλέω* vero, quae amplius quam decet moras compositae modulationis innectunt, seque ipsa tardiore pronuntiatione suspendunt.

quaternaria] Aristides Quintilianus (p. 44. 45): τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων δέδεικται τὰ μεγέθη τῶν στοιχείων τοῖς διαβτήμασιν ἰσάριθμα τοῦ τόνου· τὸ μὲν γὰρ ἐλάχιστον αὐτῶν τοῦ μεγίστου τεταρτημόριον ἔστιν, ὡς ἡ διέσις τοῦ τόνου. Itaque non solum longas et breves, verum etiam brevium dimidias statuit, quarum notitia ex nostra metrica prorsus disparuit.

enrhythmata — arrhythmata] Sic recte codices Meibomiani (p. 359 v. 17), quum apud Grotium corrupte legatur *enrhythmica* et *arythmata*. Pariter et Aristides in loco superius (ad §. 970) citato et Quintilianus (9, 4, 56; p. 564 Spalding). Confer Boeckhium (de metr. p. 37). Alias inter se opponuntur *εὐρρυθμον* et *ἄρρυθμον*, ut apud Platonem (republ. 3, p. 400) et Aristotelem (rhetor. 3, 8), sed aliquid interesse inter *εὐρρυθμον* et

εὐρρυθμον recte monet Dionysius Halicarnassensis (de compos. voc. T. V, p. 226 Reisk.).

despiciunt] Sic recte Grotius; anteriores *despiciunt*.

περιπλέω] Hanc lectionem restitui ex p. 34 v. 2 Aristidis. Uterque scriptus verae proximam habet legendo ΠΕΡΙΠΛΕΩ. Pessime editur et hic et paulo post *περιπλεόμενα*, at in margine aliquanto melius habetur *περιπλέω. Μετρον*. — Aristidis verba haec sunt: οἱ δὲ περιπλέω, οἱ πλέον ἤδη τὴν βραδύτητα διὰ συνθέτων φθόγγων ποιούμενοι. Pertinent autem haec ad oratorium numerum, de quo omnino conferendi sunt Aristoteles (rhetor. 3, 8), Cicero (orat. 65 sequ.), Dionysius Halicarnassensis, Quintilianus, alii; inter recentiores autem imprimis Batteusius (in mem. de l'acad. T. XXXV, p. 415 sequ.).

QUID SIT PES IN NUMERIS.

- 974 Sed temporum alia simplicia sunt, quae podica etiam perhibentur. Pes vero est numeri prima progressio per legitimos et necessarios sonos juncta, cujus partes duae sunt, arsis et thesis. Arsis est elevatio; thesis depositio
- 975 vocis ac remissio. Sed pedum differentiae sunt septem: per magnitudinem, quum alios simplices, alios multiplices pedes ponimus; et simplices quidem, ut est pyrrhichius; compositi vero, ut sunt paeones, vel eorum pares. Et simplices quidem dicuntur, qui temporibus dividuntur, compositi autem, qui in pedes etiam resolvuntur. Alios vero alogos, hoc est irrationabiles nominamus, quorumque ratio nulla praestatur, sed incondita quaedam compositio
- 976 profertur. Alia deinde differentia est, quae per divisionem quaeritur, qualis existit, hoc est ποία, quum varie et multipliciter ea, quae connexa fuerint, dividuntur; atque illa, qua simplices pedes esse multiplices nominamus. Alia est, quae per divisionem fieri consuevit; septima, quae per oppositionem fit, id est quum duobus pedibus acceptis unus habet prolixius tempus, quod praecedit ex ordine, illud autem tempus, quod insequitur, angustius, vel quum per contrarium ordinem tempora praedicta vertuntur.

podica] Hoc quoque ex Aristide (p. 54). Adde Isidorum (orig. 1, 17, 1; p. 25 Arev.). Plura dabit Boeckhius (de metr. Pind. p. 13 sequ.).

elevatio] Sic male hic omnes. Scribendum *elatio*, quod recte ubique sequitur. Quamvis Latinus sit *sublatio*, quod aliis auctoribus pro isto usurpatum. ΜΕΜΟΧ. — *Sublationem* appellavit Quintilianus (9, 4, 48; p. 556); sed Isidorus (1, 17, 21) *elevationem*, ut nec reprehendendi nec mutandi causam in nostro videam.

eorum pares] Codices Monacensis (C) et Meibomianus uterque addunt *epitriti*, quod tamen ferri nequit, nisi praeterca et insertum fuerit. Paeonum enim non epitriti sed cretici pares sunt (§. 990).

Quamquam incompósitos etiam paeones esse noster ipse agnoscit (§. 989).

alogos] Aristides Quintilianus (p. 55 Meib.): ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη ἄπερ ἄλογα καλεῖται, οὐχὶ τῶ μηδένα λόγον ἔχειν, ἀλλὰ τῶ μηδενὶ τῶν προειρημένων λόγων οἰκείως ἔχειν, κατὰ ἀριθμὸς δὲ μᾶλλον ἢ κατὰ εἶδη ῥυθμικὰ δῶζειν τὰς ἀναλογίας. Plura dabit Boeckhius (de metr. Pind. p. 39). Adde Godofredum Hermannum (elem. doctr. metr. p. 20).

per oppositionem] Sic codices et Meibomiani et nostri Reichenauensis, Darmstattensis, et Monacensis (C); vulgo *oppositum*, quod jam ex inferiori loco (§. 980) corrigendum erat.

DE TRIBUS RHYTHMICIS GENERIBUS.

Rhythmica vero genera sunt tria, quae alias dactylica, iambica, paeonica 977 nominantur, alias aequalia, [alias] hemiolia, duplicia. Denique etiam epitritus sociatur. Etenim unus semper, quum sibi fuerit aptatus, ut aequalis convenit; tria vero ad duo numerus hemiolius est; duplex vero qui fuerit ad singularem, geminam rationem tam syllabarum quam temporum servat; quatuor vero ad tria epitriti modum faciunt. Sed quae aequalia diximus, eadem dactylica esse dicimus; denique in dactylico genere signa aequali sibi jure nectuntur; verum ad alterum vel ad numerum geminum duo velut forte aequalitas numerosa decurret. Sequitur iambicum genus, quod diplasium superius expressi; in quo pedum signa duplicem rationem ad invicem servant, sive unus ad duo, sive ad quatuor gemini, vel quidquid ad duplum currit. Hemiolium sane, quod paeonicum memoratur, tunc est, quum pedum signa hemiolii rationem

sunt tria] Totidem jam Plato numerat (de republ. 3, p. 400): ὅτι μὲν γὰρ τριῶν ἄττα ἐστὶν εἶδη ἐξ ὧν αἱ βάσεις πλέκονται, ὡς περὶ ἐν τοῖς φθόγγοις τέτταρα ἐξ ὧν αἱ πᾶσαι ἀρμονίαι, τετραμένος ἂν εἴποιμι: ubi vide interpretes; adde et Ciceronem (orat. 56).

alias dactylica] Ita hic et sequentibus binis locis pro *alia* scribendum esse videram. Comprobarunt eam scripturam deinde uterque scriptus. Codex A vocula auctius legit *alias duplicia*. MEIBOM. — Monacensis (C) quoque ter iterat *alias*; sed mihi e contrario secundum jam tollendum videbatur, quare uncinis inclusi. Minus placet quod Reuvensins (in coll. litt. p. 117) legendum proposuit *alia* aequalia, *alia* hemiolia, *alia* duplicia.

etiam epitritus] Confer Boeckhium (de metris Pind. p. 24) et Godofredum Hermannum (in opusc. T. III, p. 91 sequ.), unde videbis multos hanc rationem e generibus rhythmicis exclusisse.

faciunt] Lectionem *facit*, quam uterque scriptus habet, genuinam censeo. Graecam enim loquendi rationem ὁ δὲ — πρὸς τὸν — expressit. Editus modum faciunt; τὸ modum glossae B explicant per *mensuram*. MEIBOM. — At vero superius (§. 954) legimus: *ut sunt quatuor ad tres*. Ceterum nostro quoque loco alii, teste in margine Grotio, *tres* legabant pro *tria*, quod tamen mutare nolui, quia nec ipsum Martianum vel librarios ejus, qui notis numerorum verba substituerunt, ea in re sibi constitisse Arithmeticae liber satis ostendit.

aequali] Sic scripsi pro *aequalia* in editis ex utroque codice Meibomiano.

verum ad alterum] Sensus esse videtur, non singulorum semper verum etiam binorum vel plurimum temporum duas ejus numeri partes esse posse; verba ipsa tamen praestare noli.

unus ad duo] Pro *unius* in editis, e codice Meibomiano B.

jusque sectantur, ut ad duo tria sunt. Accidit autem etiam in epitríti ratione saepe numerus, quum pes in eo accipitur, qui sit ad tria quatuor. Sed jam ad ordinem recurramus.

DE AEQUALI, DUPLO, HEMIOLIO, ET EPITRITO GENERE.

- 978 Aequale est igitur numeri genus, quod a disemo usque in sedecim pedes procedit; disemus autem appellatur pes, qui per arsin et thesin primus constare dicitur, ut est leo. Duplum vero incipit a trisemo; decem et octo autem syllabas in finem usque deducet. Hemiolum sane ab pentasemo ducit exordium; impletur autem in quindecim numeris. Epitritus ab heptasemo principium facit, quatuordecim similibus idem ponens, cujus difficilis est usus. Atque hos quidem omnes numerorum ordines ideo memoravimus, ut singulorum
- 979 leges per universa serventur. Sed numerorum alii sunt compositi, alii incompositi, alii permixti. Et compositi e duobus generibus vel pluribus cohaeserunt; incompositi, qui uno pedum genere consistunt, ut sunt tetrasemi; mixti vero, qui aliquando in pedes, aliquando in numeros resolvuntur, ut in hexasemo numero accipere debemus. At vero eorum, qui compositi esse dicuntur, alii per copulas, alii vero per periodum colligantur. Etenim *συσυγία*, id est copula,

in epitríti ratione] Sic recte codices Darmstatisensis et Monacensis (C), et hinc Meibomiani pro *rationem* in editis.

qui sit ad] Hic vocula addita legerem «qui sit ut ad.» MEIBOM. — Non necessarium arbitror.

in sedecim pedes] Infra (§. 983) *septem* tantum numerat.

decem et octo] Vide inferius (§. 987). *Syllabae* nunc videntur esse quasi *comprehensiones*, quo vocabulo generali et simplices pedes et syzygiarum vel periodorum compositiones significat.

memoravimus] Ita codices Reichenauensis et uterque Meibomianus pro *numeravimus* in editis.

tetrasemi] Simplicem enim pedem secundum

suam naturam non posse pluribus quatuor moris constare jam Aristoxenus docuerat; confer Boeckhium (de metr. Pind. p. 22 sequ.).

numeros — hexasemo] Quinque haec verba, in editis omissa, codices Monacensis (C) et Darmstatisensis et uterque Meibomianus suppeditarunt.

at vero] In MS. fuisse videtur: *Atquin eorum* etc. Phrasis Capelliana. GROT.

συσυγία] Isidorus (etym. 1, 17, 20; p. 26 Arcv.): *synzugiae* autem sunt pentasyllabi et hexasyllabi pedes, et dictae apud Graecos *synzugiae* quasi quaedam conjugationes; sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi et hexasyllabi, qui ultra quinque et sex syllabas non procedunt. Di-

duorum pedum in unum est adscripta connexio, qui in dissimiles sibi positi esse videntur. Periodus sane est pedum compositio plurimorum, equique dissimiles sibi impares sociantur. Dissimilitudinum sane differentiae tres erunt, 980 per magnitudinem, per genus, per oppositionem. Per magnitudinem, quum ex disemo vel tetrasemo componitur numerus; per genus, quum diplasium aut hemiolium simul jungimus, vel quod ex pluribus aequaliter copulatur; per oppositionem, id est antithesim, quum aut primos disemos ponimus [aut] insequentibus longe potioribus, aut tetrasemos disemis insequentibus applicamus. Verum notum esse conveniet, unum etiam pedem posse sufficere ad complendam periodon, si solus ceteris inaequalis inseritur.

DE DACTYLICO GENERE.

Sed eorum, quae in pedem recidunt, dactylicum genus primum est, 981 in quo genere pedes incompositi vocabuntur, qui numero sunt quinque, id est proceleusmaticus, dactylus, anapaestus, spondeus simplex, et spondeus major. Ac proceleusmaticus quidem est, qui et positionem brevem et elationem brevem retinet. Utetur autem hic idem tetrasemo frequentius. Namque et disemus,

stinguunt nimirum metrici inter *dipodias* et *syzygias* ita, ut illas ex duobus disyllabis, has de duobus trisyllabis vel disyllabo et trisyllabo fieri dicant (Herm. elem. metr. p. 19), quanquam Atilius Fortunatianus (p. 2688 Putsch.) aliter: «Quum unus pes simplex his positus compositum pedem fecerit, Graece *συσζυγία*, Latine *conjugatio* dicitur; haec autem quum duos pedes similes jungit, *tantopodia*, quam diversos, *dipodia* appellatur.» Noster sequitur Aristidem (p. 56 Meib.).

sibi impares] Alii, teste margine Grotiana, *pares*. Multa hic in singulis turbata esse negari nequit.

aut insequentibus] Lego *insequentibus longe prioribus*, deleta disjunctiva. Ita etiam paulo post *disemis insequentibus*. GROT. — Disjunctivum un-

cinis inclusi praeterea pro *prioribus* ex codicibus Darmstattensi et Meibomiano B *potioribus* scripsi.

numero sunt quinque] Ita auctoritate codicum Reichenauensis, Darmstattensis, Monacensis (C), et Grotiani legendum, non *numeri*, ut in editis.

proceleusmaticus] Sequens vocabulum *dactylus*, vulgo omissum, ex Grotiano codice supplevi, ut numerus constaret; licet hunc pedem infra *anapaestum a majore* appellet. Vide et Boeckhium (de metr. Piml. p. 24).

disemus id est] *Disemus hujus*; male codex A *huic*. MEMOR. — Sensum omnino corrumpit vox tam *huic*, quam *hujus*. Expunxi igitur eam et quidem Darmstattensis codicis auctoritate.

id est qui duobus temporibus impletur, proceleusmaticus quidem sed brevior nominatur; ille vero major est, qui ex quatuor brevibus efficitur. At vero brevior, id est disemus, syneches vocatur, quia ipsa assiduitas et frequentia comprehendentis se invicem syllabae nec magnitudinem aliquam nec modum divisae potestatis extendit, ideoque eo raro uti decet, ne assiduitas brevis syllabae carmen ipsum, quod cum dignitate aliqua proferri oportet, incidat. In permixtione vero aliorum pedum, qui longiores ponuntur, decenter aptatur, ut illorum prolixam moram interveniente sua celeritate compenset. Quare proceleusmaticus, qui ad numeros aptatur, a quadrisemo
 982 exordium debet accipere. Anapaestus, qui vocatur, accipiet elationem pedis unius temporis, positionem vero duorum temporum faciet. Monochronon quippe dicitur tempus etiam quum longa ponitur, quae longa duo tempora recipere consuevit; vel quum tria tempora simul brevica collocantur, vel quum sunt quatuor numero; quae omnia ad comparisonem longae syllabae computantur. Igitur major anapaestus elationem quidem suscipiet, quae monochronos esse dicatur; positionem dichronon habere monstratur. Quare utriusque temporis, quod in positione fuerit, aequali sibi posito, oportet elationis geminum tempus accipere; ita tamen, ut utroque insequenti tempore par priori esse videatur. Quare anapaestus ἀπὸ μείζονος dactylicus a nobis esse dicitur; at vero anapaestus, qui ἀπὸ ἐλάσσονος nominatur, ex duabus brevibus,
 983 quae in elatione sint, et ex una, quae in positione sit, copulatur. Simplex vero spondeus erit, qui ex producta tam arsi quam thesi jungitur. Major

brevior] Graece ἀπλοῦς, ut major διπλοῦς.
 MEMOR. — Vulgo pyrrhichius appellatur.

brevibus efficitur] Grotiana margo effingitur.

eo raro] Codex Darmstattensis eo rarius, quo tamen non magis opus est, quam quod mox Grotius in margine posuit oportet pro decet. Sed pro Grotiano nec assiduitas rescripsi ne ex Reichenauensi et Meibomiano utroque, praesertim quum jam anteriores editiones illud haberent.

a quadrisemo] Omissam in editis praepositionem a e Darmstattensi supplevi.

anapaestus qui vocatur] Sic Darmstattensis et Meibomianus alter (A); vulgo addebatur minor, sed huic repugnat quod inferius iisdem verbis sequitur de majore anapaesto.

computantur] Darmstattensis codex componuntur.
copulantur] Codex B componatur. MEMOR.

major vero] Sic probe scripti: editus infercto

vero dicitur, qui quaternariam non solum elationem sed positionem etiam videtur admittere. Per copulam vero duplices accedunt numeri, quoniam alter ex majore erit ionico, alter ex minore; atque ille, qui ex majore procedit, constabit ex spondeo simplici vel proceleusmatico, quem disemum esse non dubium est; qui vero ex minore est, contrarium facit. Atque hi quidem in dactylico genere ponentur rhythmus incompositi ac compositi, qui septem numero omnes erunt. Dactylus igitur est dictus, quia ordinem syllabarum consimilem digito **984** hominis informat; anapaestus vero, quia per ordinem redeat sursum; pyrrhichius vero, id est proceleusmaticus, quia hic assiduus vel in certamine vel in ludo quodam puerili; spondeus, quia plerumque *σπονδαῖς* inservit; ionicus sane propter numerorum inaequalem sonum; habet enim duas longas duasque correptas, quo pedum carmine multi saepe reprehensi sunt.

DE IAMBICIS METRIS.

Haec de dactylis satis: nunc iambica memoremus; in quo genere numeri **985** incompositi erant quatuor, compositi per copulam duo, at vero per periodum sunt duodecim. Qui igitur incompositi erant, isti sunt: iambus ex dimidia

verbo major vero dicitur. MEMOR. — Ego vulgatam retinui. Ceterum confer Godofr. Hermannum (elem. metr. p. 18).

ionico] Immo ionicus. Pariter infra legendum spondeo simplici et proceleusmatico; inepte vulgo vel.

dactylus] De hujus nominis et sequentium etymo vide Aristidem Quintilianum (p. 37 et 48 Meib.) et Isidorum (in etym. 1, 17, 2; p. 24 sequ. Arev.).

plerumque σπονδαῖς] Omissa a negligentioribus librariis vox Graeca, ut saepe. Itaque lego: σπονδαῖς plerumque inservit. GROT. — Aristides (p. 37): «Σπονδαῖος διὰ τὸ ἐν ταῖς σπονδαῖς αὐτὸν ἄδεδῆσαι.» Ex eo igitur, quem toto hoc

capite ante oculos habuit noster, vocem, quam voluit Grotius, inserui. Miror Meibomium mendum prorsus non vidisse. Ceterum Grotius perperam ubique Spondaeus edidit, licet Graeca vox sit σπονδαῖος.

Ionicus] Aristides (p. 37) Ἰωνικός διὰ τὸ τοῦ ἱνδοῦ φορητὸν, ἐφ' ᾧ καὶ οἱ Ἴωνες ἐκωμωδήθησαν.

incompositi erant] Codices Momacensis (C) et Darmstattensis hic et inferius inepte errant; tamen nec vulgata placet, atque haud scio an melius foret erunt, ut supra (§. 981) vocabuntur.

elatione et positione] Apparet nostrum haec vocabula nunc contraria potestate accipere, ut quam nos thesis, elationem, quam nos arsis, positionem dicat; qua de re ita Godofr. Hermannus (elem. doctr.

elatione, et positione quae gemina est; trochaeus ex duplici positione, et elatione quae brevis est; orthius, qui ex tetrasemi elatione, id est arsi, et octasemi positione constabit, ita ut duodecim tempora hic pes recepisse videatur, atque habet propinquitatem quandam cum iambico pede, quatuor enim primis temporibus ad iambum consonat, reliquis octo temporibus adjunctis; dehinc trochaeus, qui semanticus dicitur, id est qui e contrario octo primis positionibus constet, reliquis in elationem quatuor brevibus artetur.

986 Compositi sane sunt, qui per copulas colliguntur. Sunt autem hi: bacchius, qui ex trochaeo deducit auspiciam, fine autem iambici terminatur. Qui vero bacchius est, ab iambo principia sortitur, atque a contrario his quos diximus pedibus aptabitur. Per periodum vero est, quod velut per se certam viam provenit. In hoc genere quum sint duodecim numero, quatuor

metr. p. 11): Illud tempus, in quo ictus est, R. Bentlejus *arsin*, tempora autem ea, quae carent ictu, *thesin* vocavit, ducibus Prisciano p. 1289 et Martiano Capella p. 191 ed. Meibom., qui ab elevatione et remissione vocis haec nomina ducta dicunt; ceteri musici et metrici veteres, a depositione atque elevatione pedis vel manus ea nomina derivantes, tempus ictu notatum *thesin*, destitutum ictu *arsin* vocari voluerunt, quam rationem ille ipse Martianus Capella sequitur, qui, ut dictum est, definitione illa sua contrarium dicit.

orthius] Tam ex Darmstattensi codice, quam ex auctore ipso (§. 988) correxi corruptum *orchius* in editis. Eum et Plutarchus (d. mus. p. 1140) memorat. Adde doctum hujus interpretem (in Mem. de l'acad. X. p. 232. 285. 504) et Hermannum (elem. p. 660 sq.),

octasemi] Darmstattensis *ogdosemis*, male! Est enim Graeca vox *ὀκτάδημος*.

propinquitatem quandam] Alii ut codices Monacensis (C), Reichenauensis, Darmstattensis, et Meibomianus B *aliquam*, fortasse melius.

sunt autem hi] Alii *antibacchius*; sed sane anti-

bacchius a spondaeo incipit et trochaeo terminatur; an itaque faciendum *amphimacrus*? is enim trochaeo incipit et iambo terminatur. Sane *bacchius* hoc loco ferri non potest, quum statim de bacchio subjiciat. Grot. — Noster quum semper fere Aristidem sequatur, hunc conferre debet Grotius: statuit enim ille (p. 37) duo bacchios, quorum alter primum habeat iambum et secundum trochaeum, alter contra; ut appareat non quos vulgo *bacchium* et *antibacchium* sive *palimbacchium* nominent (conf. Quinctil. 9, 4, 80 sequ.; p. 588 sequ. Spald.) sed *choriambum* et *antispastum* intelligendos esse (Boeckl. de metris Pind. p. 25). Ceterum ne sic quidem locus sanus est, et si nihil aliud certe infra duabus vocibus iteratis scribendum: qui vero bacchius est *ab iambo*, *ab iambo* principia sortitur.

per se certam] Haec manifesto corrupta sunt, quibus tamen sanandis imparem me confiteor, licet facile intelligam Martianum vocis *περίοδον* etymologiam Latino sermone exprimere velle.

duodecim numero] Horum tabulam Boeckhius (l. c. p. 26) hanc proposuit:

quidem per singulas periodos accipere docetur unum iambum ac tres trochaeos; ac de iisdem quatuor primum quidem quod iambum habere monstratur, trochaeus ab iambo denominatur; qui vero rhythmus secundum iambum recipiet, a bacchio trochaeus vocabitur; qui vero iambum tertium recipit, bacchius a trochaeo poterit nominari; ille vero, qui quartum admittit iambum, appellatur epitritus iambus. Eorum vero qui ex uno trochaeo fit etiam iambus a trochaeo appellatur; secundus iambus a bacchio dicitur, aut certe bacchius medius poterit nominari; qui vero tertium recipit, bacchius ab iambo nominatur; qui vero quartum recipit trochaeum, epitritus trochaeus appellatur. Octo vero et quatuor de his, quos duodecim diximus per periodum, illi 987 esse dicuntur, qui binos trochaeos atque iampos per pyrrhichium servant; atque ille qui primo trochaeos recipit, duplex bacchius a trochaeo esse dicitur; qui vero secundos iampos habebit, duplex bacchius ab iambo nominatur;

quatuor ex tribus trochaeis et uno iambo:

— — — — — trochaeus ab iambo,
 — — — — — trochaeus a bacchio,
 — — — — — bacchius a trochaeo,
 — — — — — iambus epitritus;

quatuor ex tribus iambis et uno trochaeo:

— — — — — iambus a trochaeo,
 — — — — — iambus a bacchio,
 — — — — — bacchius ab iambo,
 — — — — — trochaeus epitritus;

quatuor ex binis iambis binisque trochaeis:

— — — — — simpl. bacchius ab iambo,
 — — — — — simpl. bacchius a trochaeo,
 — — — — — medius iambus,
 — — — — — medius trochaeus.

trochaeus ab iambo] Sic reposui Aristidem secutus (p. 37), ubi est τροχαιος ἀπὸ ἰάμβου: vulgo enim praepositio deest. Codex Grotianus quidem habet *iambodes*, sed hoc etiam ineptius vide-

batur et facile ex prima sequentis verbi syllaba oriri potuit.

a bacchio trochaeus] Vulgo inepte *trochaeo*, quod iam Grotius corrigendum esse vidit.

eorum vero] Hic aliquid excidisse certum est. Ita fere Martianus scripserat: «eorum vero qui ex uno trochaeo fiunt et iambis tribus, qui primum trochaeum habet, iambus a trochaeo appellatur.» Certe etiam in vulgatis ineptum est.

bacchius medius] Darmstattensis quidem *melius*: sed vulgatam retinui, etiam Monacensi (C) adstipulante; neque aliter Aristides: μέσος βακχέϊος. *ab iambo nominatur*] Verbum omissum hoc a Grotio tam anteriores editiones, quam codices Reichenaensis et Darmstattensis habent.

octo vero] Lectio manifesto corrupta; expectamus: «reliqui vero quatuor» cet.

atque ille qui] Secutus sum codicem Darmstattensem; vulgo inepte: «atque ille *septimus* qui trochaeos *primos* recipit.»

duplex bacchius ab iambo] MS. a trochaeo, et

quum autem trochaei medii collocantur, trochaeus medius jure dicitur; quum autem in medio iambi, medius iambus vocatur. Omnes vel qui incompositi per periodon, vel qui per copulam colligantur, rhythmus decem et octo numerati sunt. Sed iambus dictus est ab eo, quod *ιαμβίζειν* Graeci detrahere dixerunt, et hoc carmine quibusque veteres detrahebant. Item hoc nomen est ab eo, quod venenum maledicti aut livoris infundat. Trochaeus vero ab eo dictus, quod celerem reversionem faciat, veluti rota. Orthius propter honestatem positionis est nominatus. Semanticus sane, quia, quum sit tardior tempore, significationem ipsam productae et remanentis cessationis effingit. Bacchii vero sunt dicti, quod Bacchicis maxime sonis congruunt, isque Bacchi ludus est, qui illis carminibus aptatur.

DE PAEONICO GENERE.

989 In eo vero genere, quod paeonicum nominatur, incompositi duo rhythmus

subnectit: «qui secundus iambus (l. *secundos iambos*) duplex (adde *bacchius*) a diambo esse dicitur.» An itaque supra legendum *duplex bacchius a ditrochaeo*? Sane arbitrator. Graec. — Vulgatam retinui, nisi quod pro *esse dicitur* reposui ex anterioribus editionibus et codicibus Reichenauensi et Darmstattensi nominatur. Ceterum locum corruptum esse quisvis videbit, licet sensus certus sit; fortasse pro *secundos* legendum *duos*. Quos autem noster, praecunte Aristide, *bacchios* dicat, superius (ad §. 986) jam intelleximus.

rhythmus decem] Codices Darmstattensis et Monacensis (C) inepte inserunt *dicuntur et*; videtur tamen tota periodus turbata esse, quam ita probabiliter restituimus: «omnes vel qui incompositi dicuntur vel qui per periodon vel qui per copulam colligantur rhythmus decem et octo numerati sunt.»

ιαμβίζειν] Aristides (p. 38): *ιαμβος μὲν σὺν ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ιαμβίζειν, ὃ ἐστὶ λουδορεῖν,*

παρὰ τὸν ἰὼν εἰρημένος. Unde Iambus ille Archilochius maledicus (Casaub. ad Strab. 9, p. 422 et de poësi satir. p. 16 Cren.). Sed vide omnino Aristotelem (in poët. 5, 8) et Illgenium (de scoliis poësi p. CXVIII).

trochaeus] Isidorus (etymol. 1, 17, 3; p. 25 Arev.): «ab eo dictus est, quod celerem *conversionem* faciat cantilenaë, et quasi *rota* velociter currat in metris; *τροχός* enim Graece *rota* dicitur.» Aristides (p. 37. 38) eadem quae noster docet.

orthius] Ita Latine noster reddidit Aristidis (p. 38) verba: «ὁ δὲ ὄρθιος διὰ τὸ δεινὸν τῆς ὑποκρίσεως καὶ βάθους.» Inepte alios forte *artios* legere margini adscripsit Grotius.

semanticus] Graece Aristides (p. 38): «Σημαντός δὲ ὅτι βραδύς ὢν τοῖς χρόνοις ἐπιτεχνηταῖς χρῆται σημασίαις; παρακολουθήσεως ἕνεκα διπλασιάζων τὰς θεσεις.» Adde Plutarchum (de musica p. 1140).

esse dicuntur: quorum unus paeon *διπλάσιος* appellatur ex longa positione et longa elatione; ac alter paeon epibatis, id est in thesi duplici positione producta et arsi longiore ducitur. Hi sunt paeonici generis numeri, quos incompositos esse praediximus. Neque vero per conjunctionem, hoc est *συσυγίαν*, neque per periodum in isto genere rhythmus accedet. Inde *διπλάσιος* quidem dictus est, id est quasi duplicia membra discernat; epibatis autem, quia membris veluti utens quatuor et duabus diversitatibus copulatur.

DE PERMIXTIS GENERIBUS.

Verum haec genera quum permixta fuerint speciebus numerorum, primae 990 species erunt istae, quae dochiminae nominantur. Ex quibus prius quod fuerit, hac lege componitur, ut sit ex iambo et paeone, qui *διατόης* vocatur;

quorum unus] E Darmstattensi hoc codice recepi, quia cum sequenti *alter* melius convenit, quam *alius* in editis.

epibatis] Aristidi (p. 98 Meib.) *ὁ ἐπιβατός*. «Movetur magis» inquit «dupla quidem positione animum conturbans, elationis vero magnitudine ad summa mentem excitans.» Constare autem paeonem epibatam (p. 38) dicit «ex longa positione et longa elatione et duabus longis positionibus ac longa elatione — quoniam autem quatuor utatur partibus, fieri eum duabus elationibus et duabus diversis positionibus.» Eiusdem meminit Plutarchus (de mus. p. 1141).

duabus] Editi male *tria*: nostram autem lectionem non solum codices Monacensis (C), Darmstattensis, Reichenauensis, et Grotianus tenent; sed Aristides etiam (p. 39), e quo sua noster hausit, confirmat. Quanquam haud scio an altius mendum lateat et per homoeoteleuton fortasse exciderint, quae ad *epitritum* pertinent, quem ratione *trium ad quatuor* niti constat.

dochiminae] Sic editi et scripti omnes et antiquum mendum esse etiam glossa quamvis inepta in codice Darmstattensi docet, quae *approbativas* explicat, quasi a Graeco *δόκιμος* descendat. Veram et scribendi et derivandi rationem ostendit Aristides (p. 39 Meib.): *δόχμοι δὲ ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ ποικίλον καὶ ἀνόμοιον, καὶ μὴ κατ' εὐθὺν θεωρεῖσθαι τῆς ῥυθμοποιίας*: sed quamvis ipse superius (§. 519) *dochmium* pro *dochimo* restituerim, hic tamen quidquam mutare nolui. Ceterum de dochmiacis versibus peculiaris liber exstat Seidleri (Lips. 1811).

qui διατόης vocatur] MS. «*qui διατόης*»: forte: «*διάτομος* — hunc *λύκειον* posteriores Graeci nominarunt.» GROT. — Edidit enim ita: «*qui διττοὶ vocantur*: hunc *διάτομον* posteriores Graeci cognominarunt»; etsi jam antecedentes editiones *διατόης* praeberent, quod quamvis corruptum retinui, ne quid temere mutasse viderer, quum nec quod Aristides habet *διαγύος* omnino placeret. Sed sine haesitatione recepi ex Reichenauensi codice

hunc posteriores Graeci creticum cognominarunt; secunda est species, quae
 991 ex iambo dactylico et paeone constare monstratur. Qui autem deducti numeri
 nominantur, propter assiduum et compositum sonum appellari videntur. Fiunt
 autem numeri, qui et prosodiaci vocantur. Quorum alii per ternos pedes
 fiunt, pyrrhichio iambo et trochaeo; alii vero quatuor, ut his tribus pedibus
 iambus primus aptetur; alii vero ex duabus syzygiis, id est copulis, bacchio
 992 et ionico ἀπὸ μείζονος constare consueverunt. Sunt sane, qui etiam irrationa-
 biles esse dicitur, quos alogos vocitamus, quos etiam chorios appellare con-
 suevimus. Sunt autem numero duo, quorum alter diiambi figuram respicit,
 et constat ex elatione, quae longa est, et duabus positionibus, et numero
 qui est ad dactylum similis, partibus vero ad numerum ionicum jungitur et
 iambicum; alius vero est numerus, qui trochacides nominatur, id est qui
 figuram quandam speciemque trochaei habere videtur, ex elationibus geminis
 et longa positione consistens, per contrarium prioris effectus.

DE QUINQUE SPECIEBUS MIXTI GENERIS.

995 Sunt autem mixti generis quinque, id est dactylicus per iambum,

vocatur pro vocantur, ut ad proxime antecedentem
paeonem solum pertineret, unde etiam explicatur,
 quod mox ex Darmstattensi recepi *creticum*; hos
 enim ejusdem cum paeonibus mensurae fuisse satis
 constat. Vide Aristidem (1, p. 55 Meib.).

prosodiaci] Horum mentio praeter Aristidem
 Quinctilianum (p. 39), quem noster sequitur, ex-
 stat apud Dionysium Halicarnassensem (de compos.
 voc. p. 29 Reisk.), Plutarchum (de musica p. 1141),
 Hephaestionem (de metris p. 48), et scholiastem
 Aristophanis (ad nubes 652). Cave autem a *pro-*
sodia derives, Graece enim *προβοδιακῶν* scribuntur.

ex duabus syzygiis] Sic codices Monacensis (C)
 et Darmstattensis, vulgo soloece *duobus*.

ionico ἀπὸ μείζονος] Grot. *ionio*, quod correxi.

alogos] Vulgo *analogos* inepte; correxi e co-
 dicibus Reichenauensi, Darmstattensi, et Monacensi
 (C). Vide superius (§. 975).

chorius] Aristides (p. 39): εἶδι δὲ καὶ ἄλο-
 γοι χορεῖοι δύο· ἱαμβοειδῆς, ὅς συνέβηκεν
 ἐκ μακρᾶς ἄρσεως καὶ δύο θέσεων, καὶ τὸν
 μὲν ῥυθμὸν ἔοικε δακτύλῳ, τὰ δὲ τῆς λέξεως
 μέρη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἱάμβῳ· ὁ δὲ τροχο-
 εἰδῆς ἐκ δύο ἄρσεων καὶ μακρᾶς θέσεως, κατ'
 ἀντιτροφήν τοῦ προτέρου: quem illustrat Boe-
 ckhius (de metr. Pind. p. 41).

numero qui est] Boeckhii nescio unde *quidem*
est, haud profecto male.

iambicum] Sic codex Grotianus; vulgo *iamb-*
bicinum.

dactylicus in bacchio incidens qui veniat ex trochaeo, dactylicus per bacchium qui ex iambo manaverit, dactylicus per trochaicum qui ex iambo similitudine exordium mutuetur, dactylicus per chorium, qui ex similitudine trochaei videatur expressus. Et creticus quidem consonans ex trochaei positione et initio iambo *

* numeri componendi, et omnium figurarum plena perceptio. Dividitur 994 haec in eas quas et melopoeia partes, quae sunt istae: *ἐπιληψις*, id est perceptio, per quam scimus, quo quantum numero utendum sit; *χρησις*, id est usus, per quem positiones aut elationes decenter aptamus; *μιξις*, id est permixtio, per quam quod opportunum fuerit ex arte miscemus. Tropi vero, ut in melopoeia, et in rhythmopoeia tres sunt, quos systalticos dicimus, et in harmonicis eos superius memoravi. Numerum autem marem esse, melos 995 feminam noverimus. Etenim melos materies est, quae sine propria figura

dactylicus] MS. ubique *dactylus*. Grot.

in bacchio] Codex Darmstattensis *antibacchium*, male. Vide superius (§. 986).

exordium] Codex Darmstattensis *ordinem*, fortasse melius. Sed etiam certius esse videtur, pro *trochaicum* legendum esse *chorium*, quae eo facilius erat confusio, quia ipsum *trochaicum* interdum hoc vocabulo appellatum esse constat (Quinctilian. 9, 4, 80).

ex trochaei positione] Secutus sum codicem Darmstattensem et anteriores editiones, nisi quod haec in sequentibus *indicio* habent pro *initio iambo*; Grotius autem ita ediderat: *ex trochaeo positione et indicio numeri componendi* etc. Ceterum non persanatum locum esse facile apparet, quare lacunae signum posui.

ἐπιληψις] Ita et MS. Alii *ἐπιθέξις*, quod vult *ἐπίθεξις* eodem sensu. Grot. — Reichenauensis *epilepsis* praebet, Darmstattensis et Monacensis (C) *epilepsis*. Aristides (p. 43) simpliciter *ληψις*: vide superius (ad §. 936).

systalticos] Alii, Grotio teste in margine, *systalticos*; sed retinui vulgatam, etsi unus tantum *systalticorum* tropus sit (vide ad §. 947), ut reliqui omissi esse videantur. Ceterum quod superius in harmonicis eos commemorasse ait, nihil invenimus, nisi in loco de melopoeia (§. 965) exciderint. Sed in his quoque Aristidem (p. 43) caece exscripsisse arguitur.

melos materies] Materiam feminae assimilat. Sic Aristoteles lib. I *ἀκροαμάτων φυσικῶν*: ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γινομένων ἐστὶν ὡς περὶ μήτηρ etc. quae ibi sequuntur. Grot. — Vide imprimis Aristidem (p. 43 et 90 Meib.), cuius haec verba sunt: τινὲς δὲ τῶν παλαιῶν τὸν μὲν ῥυθμὸν ἄρῃεν ἀπεκάλουν, τὸ δὲ μέλος θῆλον· τὸ μὲν γὰρ μέλος ἀνενεργητὸν τε ἐστὶ καὶ ἀβχημάτιστον, ὅλης ἐπέχον λόγον διὰ τὴν πρὸς τοῦναντίον ἐπιτηδειότητα, ὃ δὲ ῥυθμὸς πλάττει τε αὐτὸ καὶ κινεῖ τεταγμένως, ποιῶντος λόγον ἐπέχων πρὸς τὸ ποιούμενον.

censetur, rhythmus autem opere quodam virilis actus tam formam sonis, quam varios praestat effectus.

996

Quae quum Harmonia intentis tam divis quam heroum populis augusta quadam suavitate percurreret, ad cantus carminumque dulcedines decenter regressa conticuit. Tuncque Jove assurgente divisque praeambulis *κοίμηθῶν* modulata in thalamum quoque virginis magna cunctorum voluptate pervenit.

997

Habes senilem, Martiane, fabulam,
Miscillo lusit quam lucernis flamine

populis] Temere Barthius (in advers. p. 1507) a libro suo praefert *pupulis*. Quod non fecisset, si totum legisset Martianum. Qui enim intenti *heroum populi* hic dicuntur auscultati esse, eosdem supra (§. 904) cum Harmonia advenisse noster retulit.

κοίμηθῶν] Editi praebebant *Cinesim*; ad quod Grotius: «Lege cum clariss. Vulcanio *κοίμηθῶν*, de qua voce supra, ubi de *ἐγερθίμοις*.» Monacensis codex (C) dat *cymesim*, melius etiam Darmstattensis *cymesin*. Pravam nempe in editis lectionem e corrupta ortam esse pronuntiatione, satis superque alibi (in palaeogr. crit. T. 4. §. 854) demonstravisse mihi videor.

habes] Reposui hoc pro *tandem* in editis, tam e variante lectione a Grotio ad marginem rejecta, quam e codicibus Darmstattensi, Monacensi (C), et utroque Meibomiano. Probavit etiam Burmannus (ad Sueton. T. I, p. 83). Alioquitur nimirum Martianus filium cognominem, quod ex initio etiam operis apparet, neque tamen intellexisse videtur Scaliger, qui Grotio teste legi voluit: «*tandem senilis Martiane fabulam*.»

senilem] Sic Fulgentius nostri simius (mythol. 1, p. 3 Munck.): «parumper ergo auscultata dum tibi *rugosam sulcis anilibus* refero fabulam; neque tamen necesse est cum Heinsio (ad Phaedr. 3, prol.

10) rescribi *anilem*; vide ipsum alio loco (ad Ovid. T. I, p. 91 Burm.).

miscillo] Sic supra:

«*Miscilla sacrae dum feruntur curiae*.»

Illustrissimus Scaliger *miscilla* legit. Gaor. — Equidem sublata interpunctione sententiam sic explanandam esse censeo: «fabulam, quam miscillo flamine ad lucernam lusit.» Vox nota, quam tamen alii, Varro, Cato, Plinius, Suetonius cet. *miscellum* scribunt. Gellius (ab init.): «*miscellum* et quasi *confusaneum*.» Appulejus (metam. 2, p. 100 Ond.) «fabulis *miscellis* explere pectus» scripserat, modo editionem principem et optimos consulueris codices. Sensum nullam habere dubitationem verbum *immiscuit* paulo post (§. 998) adhibitum docet (conf. not. ad §. 915). Metrum quidem flagitat *miscilla*; sed sane carmen hoc pluribus locis metro laborat, quibus omnibus certe nemo medicinam afferre poterit, ita ut Martianus negligenter scripsisse potius censendus sit.

lusit] *Ludere* significat *carmina componere*, ut apud Virgilium (ecl. 1, 10):

«*Ludere quae vellem calamo permisit agresti*.»

lucernis] Idem quod ad lucernas, sive lucernis ardentibus, lucem praebentibus. Ita et Cicero (Attic. 8, 2 f.): «*eadem lucerna* epistolam scripsi.» Vide superius (ad §. 2). Quapropter me non movent,

Satura, Pelagos dum docere nititur
 Artes creagris vix amicas Atticis,
 Sic in novena decidit volumina.
 Haec quippe loquax docta indoctis aggorans
 Fandis tacenda farcinat, immiscuit
 Musas deasque, disciplinas cyclicas

998

quae Heinsius, omnia corrigere tentans (ad Ovid. T. I, p. 90 Burm.) ad hunc locum adnotat, legendum videri *lucernae adflamine*. Flaminis figura e re navali petita est, in qua omnia a prospero et secundo ventorum flamine pendent.

Satura] Hanc Martianus *κατὰ προσωποποιῶν* loquentem induxit. GROTI.— Nondum hoc quidem loco; sed paulo inferius.

creagris] Artes, quae aegre ingeniosis Atticis intelliguntur. VULCAN.— Conjecit Meursius *diacris*; ita enim Attici appellati jam ante Thesei tempora. Si glossas sequamur, *criagris* legendum sit ea forma, qua *onagros* dicimus. Magis tamen crediderim innuere Capellam artes has suo tempore non tam familiares fuisse, quam culinariam, quam innuit per nomen instrumenti, quod Graecis *κρεάγρα*, Latinis ab eximendis carnibus *exemplum* dicebatur. Gloss. Isidori: «Creagrae, fuscinae, ad carnes de caldariis proferendas.» Similis est illa Ciceronis sententia: «quorum auditores discum audire malunt, quam philosophum.» Sane de artibus etiam apud Athenienses evalescentibus conqueri videtur Arithmetica, quae supra ait:

«Cetera Cecropias aequum perhibere cathedras,

Si tamen ullus inest nostris super halitus aris.»

Haec quum ita de desperato quodammodo loco cogitarem, succurrit *ὡς ἀπὸ μηχανῆς* Juliam sidus, ex quo didici Capellam *μεταφορικῶς*, ut solet, ipsa ingenia eo quod scientias apprehendant *κρεάγρας* vocasse. GROTI.— Reprehendit Heinsius (in

Burm. syll. epist. III, p. 461 et ad Ovid. T. I, p. 90 Burm.) Meursium, reponitque *theatris*, pro arbitrio scilicet, quamquam libenter concedo reprehendi facilius aliorum hariolationes posse, quam ipsum aliquid probabile afferre. Videndum tamen an subtilitates potissimum dialecticas significet, quibus unice Attici gauderent ita, ut reliquas omnes artes prae illis spernerent. Creagras enim non carnibus modo verum omnibus rebus reconditis atque repositis promendis usitatas fuisse Aristophanis locus docet (in eccles. 1047), ubi creagrae appellantur *uisci* quibus urnae ex puteis tollantur. Neque *hamus* ille negligendus est, quem occultum tenere Dialecticam supra (§. 328) noster sinxerat; nec quod Plato (in sophist. p. 210) *hamatitem* piscatum sophistas exercere dixerat. Sed ut haec sint, doctior est vulgata, quam quae corrupta haberi possit.

quippe loquax] Heinsius (ibidem) legi jussit *linguax*, quia versus vitio laboret; sed melius fuerit ipsi Martiano lapsum tribuere, quales hoc ipso in carmine etiam plures commisit.

Musas deasque] Amplexus sum distinctionem a Grotio in nota propositam. Pro *deasque* alios legere *deique* idem in margine notavit, nescio quo sensu.

cyclicas] Hae sunt ipsae illae septem artes, quae quia *orbem* quendam, ut Quintilianus (1, 10, 4; p. 209 Spald.) verbo utar, liberalis doctrinae efficere viderentur, *ἐγκύκλιοι* a Graecis vocatae sunt. Quippe, ut ait Vitruvius (1, 1; p. 16 Bip.), «*encyclia* disciplina uti corpus unum ex membris est

Garrire agresti cruda finxit plasmate.
 Hac ipsa nauci rupta conscientia,
 Turgensque felle ac bile, multa chlamyde
 Prodire doctis approbanda cultibus
 Possemque comis utque e Martis curia;
 Felicis, inquit, sed Capellae flamine,

composita. Unde Tzetzes (chil. 11, 525):

Ὁ κόμλος καὶ θυμπέρασμα πάντων τῶν
 μαθημάτων

Γραμματικῆς, ῥητορικῆς, αὐτῆς φιλοσοφίας
 Καὶ τῶν τεσσάρων τε τεχνῶν τῶν ὑπ' αὐ-
 τὴν κειμένων,

Τῆς ἀριθμολογίας, μουσικῆς καὶ τῆς γεω-
 μετρίας

Καὶ τῆς οὐρανοβάμονος αὐτῆς ἀστρονο-
 μίας.

Adde Strabonem (1, p. 13 Casaub.), Senecam (ep. 88, p. 568 Lips.), Plinium (hist. nat. init.), Sextum Empiricum (adv. math. 1, p. 216 Fabr.), Maximum Tyrium (T. II, p. 196 Reisk.), Sozomenum (hist. eccl. 5, 18; p. 623 f.), quosque praeterea laudant Salmasius (ad Solin. p. 848), Wowerus (de polym. 24), et Reimannus (idea ant. lit. p. 526 sequ.).

agresti] Erudito opponit Appulejus (Flor. 1, 3; p. 12 Oud.) et alio in loco (Apol. p. 407) cum *barbaro* conjungit.

cruda] Disputarunt de hac voce viri docti (ad Appul. apol. p. 515 Oud.). Sed apud nostrum cruda esse videntur quae non satis polita eoque inepta sunt.

plasmate] Fictione, quo de sensu jam superius (§. 913) egimus, neque erat, quod Heinsius (ad Ovid. T. I, p. 90) contra omnium codicum fidem nos reponere *phasmate* juberet.

hac ipsa nauci] Sensus hic esse videtur: «Satura ipsa nugas se egisse sibi conscia eaque re irata: possem, inquit, poetico cultu et elegantia atque

urbanitate Attica ornata prodire, sed prohibeor Capellae fortuna, qui causis orandis optimam vitae partem impendit jamque senili aetati propior curis atque egestate obtorpuit.»

chlamyde] Magno ornamento verborum. Gloss. ap. VULCAN. — Chlamys apud posteriorum temporum Romanos etiam elegantiorum hominum vestimentum fuisse videtur, ut apud Senecam (de vita beata 25), si lectio certa: «malo quid mihi animi sit ostendere praetextatus et *chlamydatus* quam nudis scapulis aut semitectis; sed sufficit nunc de Graeco cultu intelligere.

comis] Sic codices Monacensis (C) et Reichenauensis unice recte; vulgo inepte *comes*. Opponitur *agresti* et *crudo*, ut apud Horatium (serm. 1, 4, 90):

«*Hic tibi comis et urbanus liberque videtur*»
 et alio loco (serm. 1, 10, 41):

— — «*comis garrere libellos*

Unus vivorum.» —

Mox pro *utque* margo Grotiana atque, male.

e Martis curia] Areopago, in quo olim judicia, postea disputationes sophisticae habitae; nisi aliam quampiam Martis curiam Carthagini imaginemur. Grot. — Sophisticas disputationes in Areopago non novi; ceterum hunc ipsum significari a nostro certum est, licet nihil aliud dicere velle videatur, nisi ex ipsis penetralibus Athenarum Atticarum profectum.

Felicis] *Felix Capella* etiam apud Fulgentium audit (expos. ant. serm. p. 181 Mauck.).

flamine] Grotius e suo codice mavult *famine*; dubito num justa de causa. *Flamen* pro *impulsu* di-

Indocta rabidum quem videre secula
 Jurgis caninos blateratus pendere,
 Proconsulari vero dantem culmini,
 Ipsoque dudum bombinatore flosculo
 Decerptum falce jam canescēti rota,

citur, similitudine a ventis repetita, ut superius (§. 997). Ceterum in constructione anacoluthia est, quum *flamine* nihil habeat quo referatur, sed infra demum in verbis »ob hoc creatum« oratio a Martiani fortuna ad rem ipsam redeat.

rabidum] Quemadmodum *rabulas* dicimus, et *linguae rabiem* Appulejus. GROTIUS. — Vide quae superius (ad §. 122) annotavimus.

jurgis] Sic scribendum recte Grotius intellexit. Heinsius (ad Ovid. *Ibid.* 14; T. IV, p. 21 Burm.) incredibili temeritate *foris* substituit, quasi non ipsa *jurgia* causicum satis declararent. Pariter Seneca (*Hercul. fur.* 172) »*rabiosa fori jurgia*« dixit. »Curam districtiorem forensis rabulationis partibus illigatam« jam superius (§. 577) Satura Martiano exprobraverat.

caninos] Ovidius:

»*Latrat et in toto verba canina foro.*«

GROTIUS. — Non absimile veri est, totum illum Ovidii locum (*Ibid.* 254) nostro observatum esse. Ceterum eadem metaphora Sallustius (apud Lactant. 6, 18, 16) *caninam facundiam* dixerat (cfr. Cort. ad fragm. (p. 1004 et Cujacium obs. lib. IV, cap. ult.), propiusque ad nostrum Petronius *Cerberum* forensis causicum appellat.

proconsulari] Magnus Scaliger:

»*Proconsulari jura dantem culmini.*«

GROTIUS. — Inepta emendatio: quinam potest enim jura dare proconsuli? Quanquam corruptam esse lectionem haud nego; sensus tamen patet, Martianum apud Proconsulem Africae causas egisse. Quod

si metrum pateretur, proponerem *perorantem*; nunc doctiores viderint.

bombinatore] Bombinatore flosculo i. e. clamatore superfluo. VULCAN. — MS.:

»*Ipsa dudum bombinatorem flosculum.*«

Comparat se api, sic Flaccus:

— — »*ego apis Matinae*

More modoque

Grata carpentis thyna per laborem

Plurimum circa nemus uvidique

Tiburis ripas operosa parvus

Carmina fingo.«

Bombinatorem dixit quia *bombus* apum sonus proprie; hinc illae Graecis dicuntur *βομβεύειν*. Theocritus:

— — *εἶθε γενοίμαν*

Ἄ βομβεῦθα μέλιθθα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἰσοίμαν.

Malim autem hic *bombilatorem* legi, nam et auctor Philomelae canit:

»*Bombilat ore legens munera mellis apes.*«

Et Festus *bombilationem* apum strepitum esse testatur. GROTIUS. — Ego vero non video quomodo torquere se potuerint viri docti in explicando vocabulo, quod et metro et constructioni prorsus repugnet, atque omnino nullum esse videatur. Mihi nihil certius est quam Martianum scripsisse:

»*Ipsaque dum bombinat ore flosculo*«;

sed codicum auctoritatem desidero.

decerptum falce] Alii, teste Grotio in margine, *decerptam falcem*, sine sensu. *Falcem* dicit temporis, qua jam *decerptus*, hoc est imminutus, debilitatus

Beata alumnum urbs Elisae quem videt,
 Jugariorum murcidam viciniam
 Parvo obsidentem vixque respersum lucro,
 Nictanti cura somnolentum lucibus —
 Ob hoc creatum Pegaseum gurgitem
 Decente quando possem haurire poculo?
 Testem ergo nostrum quae veternum prodidit
 Secute nugis nate ignosce lectitans.

sit, quippe «incrementis lustralibus decuriatus» (§. 2). Falcem Saturni superius (§. 425) jam cognovimus.

canescenti rota] Senescente aetate. VULCAN. — Fortasse legendum:

«Decerptam falce jam canescente rosam.»

GROT. — Mihi quoque verisimillimum est, temporis rotam respiciendam esse cum Vulcanio. Si quis rem altius repetere velit, caprarum illarum nomen huc trahere possit, quas Latine *rotas* appellari apud Varonem (de re rust. 2, 1, 5; p. 257 Gesn.) legimus, ut in suo ipsius nomine docte luserit Capella; sed illo ipso loco *platycerotas* legendum esse verisimilius est.

urbs Elisae] Carthago; nam Dido alio nomine Elissa vel apud Virgilium. Confer Salmasium (ad Solin. 27) et Modium (ad Justin. 18, 6; p. 441 Gronov.). Quod sequitur vocabulum *quem*, in anterioribus editionibus omissum, jam apud Grotium recte legitur, adstipulante etiam codice Monacensi (C); ut non necessaria sit J. G. Vossii (de hist. Lat. l. 3 in oper. T. IV, p. 221) conjectura, qui post *urbs*, ne hiet versus, excidisse suspicatur *haec* vel *nunc*.

obsidentem] Ita codex Darmstattensis pro *obsidem* in editis, quod et metrum poscit.

nictanti] MS. *nictantem*: Scaliger ob versus *nictante*. GROT. — Usitatissima hypallage nihil offen-

sionis habet. De verbo *nictare* vide nos superius (ad §. 2).

somnolentum lucibus] Interdiu dormientem, noctu vigilantem, qui Afrorum mos est, ob nimium illius regionis aestum, quod et ipse Martianus l. 6 de Afris loquens ita de monte Atlante ait: «Per diem silet, nocte et ignibus micat, tibiis, fistula, cymbalis, tympanisque percrepat, Satyris Aegipanisque bacchantibus», quem morem hodie Hispana nobilitas imitatur. Nam et somnum in multam lucem protrahunt, et bonam pomeridiani partem quieti tribuunt et ut illi loquuntur *passan la siesta*, noctem alea et lusibus transigunt. VULCAN. — Vide tamen ne *lucis* pariter ut alias *lumina* nihil nisi *oculos* significant, ut apud Rutilium (itin. 1, 166):

«Non possum sicca dicere luce vale.»

testem ergo] Construe: ignosce ergo nugis lectitans, nate secute testem, quae veternum nostrum prodidit, hoc est Saturam. Pro *prodidit Barthius* (in advers. p. 1579) in suo codice legi testatur *condidit*, quod mavult, nescio quo sensu. *Veternus* est marcor senilis, ut Celsi (de medic. 3, 20) vocabulo utar, quem Graeci *λήθαργον* vocant; nunc in significationem imbecillitatis decrepitae usurpatur, ut apud Catullum (17, 24), Horatium (ep. 1, 8, 10), Virgilium (georg. 1, 124), alios; cf. Arntzenium (ad Pacat. paneg. p. 32) et Barthium (in adv. p. 2078).